Mutationes v. Mansiones iij.

Item ab Heraclea per Macedoniam Mut. aerea Mil. XVI.

Mansio	Registo	M.	XII.
Mutatio	Bedizo	M.	XII.
Ciuitas	Apris	M.	XII.
Mutatio	Zesutera	M.	XII.
	Finis Europæ & Rhodopeæ.		
Mansio	Sirogellis	M.	X.
Mutatio	Drippa	M.	XIIII.
Mansio	Gipsila	M.	XII.
Mutatio	Demas	M.	XII.
Ciuitas	Traianopoli	M	XIII.
Mutatio	Adunimpara	M.	VIII.
Mutatio	Salei	M.	VII. S.
Mutatio	Melalico	M.	VIII.
Mansio	Berozica	M.	XV.
Mutatio	Breierophara	M.	X.
Ciuitas	Maximianopoli	M.	X.
Mutatio	Adstabulodio	M.	XII.
Mutatio	Rumbodona	M.	X.
Ciuitas	Epyrum	M.	X.
Mutatio	Purdis	M.	VIII.
	Finis Rhodopeæ & Macedoniæ.		
Mansio	Hercontroma	M.	IX.
Mutatio	Neapolim	M.	IX.
Ciuitas	Philippis	M.	X.

Vbi Paulus & Sileas in carcere fuerunt.

Mutatio	Ad Duodecim	M.	XII.
Mutatio	Domeros	M.	VII.
Ciuitas	Amphipolim	M.	XIII.
Mutatio	Pennana	M.	X.
Mutatio	Peripidis	M.	X.
	Ibi positus est Euripides Poeta.		
Mansio	Apolonia	M.	XI.
Mutatio	Heracleustibus	M.	X.
Mutatio	Duodea	M.	XIV.
Ciuitas	Thessalonica	M.	XIII.
Mutatio	Ad decimum	M.	X.
Mutatio	Gephira	M.	X.
Ciuitas	Pelli *vnde fuit Alexander Magnus Macedo*	M.	X.
Mutatio	Scurio	M.	XV.
Ciuitas	Ediſſa	M.	XV.
Mutatio	Ad duodecimum	M.	XII.
Mansio.	Cellis	M.	XVI.
Mutatio	Grande	M.	XIV.
Mutatio	Melitonus	M.	XIV.
Ciuitas	Heraclea	M.	XIII.
Mutatio	Parambole	M.	XII.
Mutatio	Brucida	M.	XIX.
	Finis Macedoniæ & Epyri		
Ciuitas	Cledo	M.	XIII.
Mutatio	Patras	M.	XII.
Mansio	Claudanon	M.	IIII.
Mutatio	In Tabernas	M.	IX.
Mansio	Granda via	M.	IX,
Mutatio	Treiecto	M.	IX.
Mansio	Hiſcampis	M.	IX.

Mansio

Mutatio	Ad Quintum	M.	VI.
Manſio	Coladiana	M.	XV.
Manſio	Maruſio	M.	XIII.
Manſio	Abſos	M.	XIV.
Mutatio	Stefanaphana	M.	XII.
Ciuitas	Apollonia	M.	XVIII.
Mutatio	Stefana	M.	XII.
Manſio	Aulona Treiectũ	M.	XII.

Fit omnis ſumma ab Heraclea per Macedoniam Aulona vſq; milia DClxxxviij. Mutationes lviij. Manſiones xxv. Trans mare ſtadia mille. quod facit millia Centum.

Et venis	Odronto *Manſio.*	*mille paſſus.*	
Mutatio	Ad duodecimum	M.	XIII.
Manſio	Clipeas	M.	XII.
Mutatio	Valentia	M	XIII.
Ciuitas	Brindiſi	M.	XI.
Manſio	Spitenaees	M.	XIIII.
Mutatio	Ad Decimum	M.	XI.
Ciuitas	Leonatiae	M.	X.
Mutatio	Turres Aurilianas	M.	XV.
Mutatio	Turres Iuliana	M.	IX.
Ciuitas	Beroes	M.	XI.
Mutatio	Botontones	M.	XI.
Ciuitas	Rubos	M.	XI.
Mutatio	Ad Quintũdecimũ	M.	XV.
Ciuitas	Canuſio	M.	XV.
Mutatio	Vndecimum	M.	XI.
Ciuitas	Serdonis	M.	XV.
Ciuitas	Aecas	M.	XVIII.
Mutatio	Aquilonis	M.	X.

Finis Apulia & Campaniæ.

Manſio

Mansio	Ad Equũ magnum.	M.	VIII.
Mutatio	Vicus fornonouo	M.	XII.
Ciuitas	Beneuento	M.	X.
Ciuitas & Mansio	Claudijs	M.	XII.
Mutatio	Nouas	M.	IX.
Ciuitas	Capua	M.	XII.

Fit summa ab Aulona vsque Capuam.

Mil. CCLXXXIX.

Mutationes xxv. Mansiones xiij.

Mutatio	Ad Octauum	M.	VIII.
Mutatio	Ponte Campano	M.	IX.
Ciuitas	Sonuessa	M.	IX.
Ciuitas	Menturnas	M.	IX.
Ciuitas	Formis	M.	IX.
Ciuitas	Fundis	M.	XII.
Ciuitas	Terracina	M.	XIII.
Mutatio	Ad Medias	M.	X.
Mutatio	Appiforo	M.	IX.
Mutatio	Sponsas	M.	VII.
Ciuitas	Aricia & Albona	M.	XIIII.
Mutatio	Ad Nono	M.	VII.
In vrbe	Roma	M.	IX.

Fit à Capua vsq; ad vrbem Romam M. CXXXVI.

Mutationes xiiij. Mansiones ix.

Fit ab Heraclea per Aulonam in vrbem Romam.

vsq; Mil. vndecies centena XIII.

Mutationes xvij Mansiones xlvi.

Ab vrbe Mediolanum.

Mutatio	Rubras	M.	IX.
Mutatio	Ad vicensimum	M.	XI.
Mutatio	Aqua viua	M.	XII.

Ciuitas

Ciuitas	Vericulo	M.	XII.
Ciuitas	Narniæ	M.	XII.
Ciuitas	Interamna	M.	IX.
Mutatio	Tribus tabernis	M.	III.
Mutatio	Fani fugitiui	M.	X.
Ciuitas	Spolitio	M.	VII.
Mutatio	Sacraria	M.	VIII.
Ciuitas	Treuis	M.	IIII.
Ciuitas	Fulginis	M.	V.
Ciuitas	Foro-Flamini	M.	III.
Ciuitas	Noceria	M.	XII.
Ciuitas	Ptanias	M.	VIII.
Manſio	Herbelloni	M.	VII.
Mutatio	Adheſis	M.	X.
Mutatio	Ad Cale	M.	XIIII.
Mutatio	Interciſa	M.	IX.
Ciuitas	Foro-Simproni	M.	IX.
Mutatio	Ad Octauum	M.	IX.
Ciuitas	Fano-fortunæ	M.	VIII.
Ciuitas	Piſauro	M.	XXIV.

Vſque Ariminum.

Mutatio	Conpetu	M.	XII.
Ciuitas	Ceſena	M.	VI.
Ciuitas	Foro-populi	M.	VI.
Ciuitas	Foro-liui	M.	VI.
Ciuitas	Fauentia	M.	V.
Ciuitas	Foro-Corneli	M.	X.
Ciuitas	Claterno	M.	XIII.
Ciuitas	Bononia	M.	X.
Mutatio	Ad Medias	M.	XV.
Mutatio	Victuriolas	M.	X.
Ciuitas	Mutena	M.	III.

Mutatio	Pontesecies	M.	V.
Ciuitas	Regio	M.	VIIII.
Mutatio	Canneto	M.	X.
Ciuitas	Parmæ	M.	VIII.
Mutatio	Ad Turum	M.	VII.
Mansio	Fidentiæ	M.	VIII.
Mutatio	Ad fonteclos	M.	VIII.
Ciuitas	Placentia	M.	XIII.
Mutatio	Adrota	M.	XI.
Mutatio	Tribus tabernis	M.	V.
Ciuitas	Laude	M.	VIIII.
Mutatio	Ad Nonum.	M.	VII.
Ciuitas	Mediolanum.	M.	VII.

Fit omnis summa ab vrbe Roma Mediolanum vsque mille ccccxvi.

Mutationes xlij. Mansiones xxiiij.

Explicit Itinerarium.

Ex eod. V. C. de verbis gallicis.

Lugdunum] desideratum montem. *Aremorici* ante mare. *Are.* ante: *More* dicunt mare, & ide *Morini* marini. *Aruerni*] ante obsta. *Rhodanum* violentum. Nam, *Rho*, nimium, *Dan* iudicem Hoc & Gallice, hoc & Hebraice dicitur.

FINIS.

IVDI

IVDICIA DOCTORVM VIRORVM DE HIERONYMO SVRITA.

Fredenandus Nonius Pintianus castigationibus in Plinium.

HIERONYMVS Surita Cęsarauguſtanus à ſecretis iudicum violatæ fidei, amor & delicium generis humani: tantum illi vel ingenij, vel artis ad promerendam omnium mortalium voluntatem ſupereſt. Qui, præter multiplices alias dotes in humanis etiã literis, quę apud nos quoq; magno iam ſtudioſorum prouentu effloreſcere cœperũt, ita excellit, vt quem ei ante ferre poſſimus, habeamus ſine controuerſia neminem.

Idem in Retractationibus Melæ.

HIERONYMO SVRITAE, ſummæ in literis diligentiæ, ac tot plane meritorum, vt nulla eis par laus inueniri poſsit.

Pet. Victorius lib. 22. Variarum lectionum. Cap. 23.

Cum HIERONYMVS SVRITA Cęſar auguſtanus hac iter faceret, meque de via ſalutaſſet, in multo ſermone, quem de literis elegantioribus habuimus, intelligebatur admodum ſtudioſus eſſe ſcriptorum Ciceronis, & omnis Antiquitatis bene peritus, aperuitque mihi iudicium ſuum &c.

Gabriel Faernus emend. Terentij locum Act. 1. Heauton-timor. Sce. 1. vers. 27.

Rectum est? ego vt faciam. Non est? te vt deterream. *Sic recte interpunctum acceptum refert Hieronymo Suritæ, sic enim scribit:*

Huius loci intelligentiam HIERONYMO SVRITAE doctissimo Hispano, debemus.

Ant. Possevinus è Societ. Iesu Apparatus historicus Sectione 5. cap. 13.

HIERONYMVS SVRITA scripsit *Annales regum Arragonensium* siue Arragoniorum vsque ad mortem Ferdinandi regis Catholici lib. 30. quibus annos totidem impendit, stylo pereleganti Hispanico, quauis prolixior fuerit, & nomina inseruerit omnium eorũ, qui in Regum illorum expeditionibus fuêre. Illi vero Annales, ingentibus quinque voluminibus comprehenduntur; quę etsi perampla sunt, vtilitas tamen, quæ ex ijs capitur, molestiam temporisque iacturam superat. Hæc Possevinus.

Idem post latinè eosdem describere ἐν ἐπιτομῇ inchoarat, extantque INDICES vt nominat tomorum duorum; qui, vt & Hispanici libri cum Siculorum rerũ historijs, Cæsarauguſtanæ Reip. sumptu excusi sũt iterũ; vidimꝰ & INDICES manu auctoris locupletatos in Carthusianorum, extra vrbem Bibliotheca: quibus religiosis viris suos labores SVRITA moriens commendarat, vt & quę in *C. Iulij. Cæsaris commentarios* plurima, & in *Claudianũ* poetã adnotarat. Quæ omnia vtinã hæredum beneficio lucem aliquando aspiciant; & INDICES rerum Arragonum latinè pertexere quis patriæ amantior pergat. Esset sanè laudis campus amplissimus, & ingẽtis vtilitatis seges vberrima. *Nescire enim, quid antequam nascereris acciderit, inquit Tullius, est semper esse puerum.* And. Schottus Antu.

HIE-

HIERON. SVRITÆ COMMENTARIVS EMENDATIONVM IN ANTONINI AVGVSTI ITINERARIVM.

CANDIDO LECTORI.

Hieron. Surita.

ERRANTI viam non monstrare, Athenis execrationibus publicis sancitum fuisse nouimus. Hinc gentium religio; qui vijs, & semitis *Mercurij* præfecerunt, *Hodij* & *Enhodij* cum cognominibus venerãtes Latinos *Viacum* inde appellauisse non Varronis testimonio, aut aliorum auctorum, qui de Dijs gentium, & eorum imaginibus, & varijs nominibus, atque cognominibus syntagmata contexuêre, cognouimus, sed peruetusta inscriptione, quæ Zamoræ iuxta prætorium, quod Consistorij ædes vocãt, visitur. Eam mihi Florianus Ocampius, qui antiqua monumenta omnibus vestigijs eru-

Mercurius viar. præses.

ere conabatur, anno M. D. XLV. commonstrauit: quæ eiusmodi est, vt ad id nomen latius indagandum studiosorum animos maximè excitare debeat.

DEO MEP .....
VIACO
M.. ATILIVS
SILONIS F.
QVIR· SILO
EX VOTO.

In ea tamen parte, quæ fugientibus litteris execta est, amicus ille noster, seu recte, seu perperam, vt ego autumo, MENIVM legendum censebat, cum ego contenderem, si Deo MOENIVM lapis dicatus fuisset MOI. legi oportere, non MEP. & pluribus inscriptionibus satis constat, similes dicationes factas: vti Cluniae, NEPTVNO DEO. Huc accedebat non ad Hispanorum modo, sed & ad Gallorum gentes Græcam religionem, per animos gentium barbararum peruasisse. Nam Iulius Cæsar, summus ac præstantissimus auctorum commemorat, Gallos Deum maximè *Mercurium* coluisse: & eum viarū atque itinerū ducē agnouisse, & *Lares viales* sunt qui suspicētur dictos à Plauto, deos esse, q. viæ præsunt, vt sint θεοὶ ἐνόδιοι, quos implorent, qui peregre proficiscuntur. Quantam vero Roma-

Lares Viales.

mani curam adhibuerint viarum dirigendarum, vetustissimus ille Appius, vnus omnium perpetua memoria est consecutus. De via enim Appia Procopius rē maxime memoratu dignam ad posteros tradidit. Liuius item vias sternendas silice in vrbe, & glarea extra vrbē substruendas marginandasq;, primos omnium locauisse Q. Fuluium Flaccum, & A. Postumium Albinū Censores anno. V. C. D. LXXX. Sp. Postumio Albino & Q Mucio Scęuula Cos. libro XLI. perhibet. C. quoque Graccum Ti. F. Plutarchus, lege lata de colonijs deducendis, ac vijs muniendis, in tribunatu maxime nauum, & industrium in viarum directionibus cōstituendis se præstitisse refert: & dimensis viarum spatijs, singulis milliarijs columnas lapideas, spaciorum signa præferentes, erexisse: alioscque præterea lapides passim inter se dispositos, ex utraque viarum margine conlocasse, vt illis conscensis facilius in equos desilirent. Romano imperio in summam maiestatem amplificato atque euecto, adeo omnis eius rei insignis ornatus adhibitus est, vt *Augustus* autore Dione, viarū, quæ circa vrbem constratæ erant, curator designaretur: & qui vijs muniendis præessent viros *Prætorios* suffecerit, qui binis lictoribus vterentur: & ab eo *Miliarium aureum* fuit in capite Romani fori statutum

Viar. cura Romanis maxima.

Milliariū aureum.

tutum ex quo ſpacia viarum per vrbem mearent: ſpaciorum menſuris ab ipſo *Miliario* decurrentibus. Neque Italiam modo, ſed & vniuerſas Romani imperij prouincias eo decore, atque ornamento idem Princeps affecit, vt Prę ſides, & qui pro Cō ſulibus eo munere fungerentur, facilius prouinciarū vrbes atq; cōuentus obirēt. Et Tacitus, Tranquillus, & Plutarchus *Miliarij* mentionem fecēre: & in libello *de regionibus vrbis*, cuius *P. Victor* editur auctor, eius fit mentio. Certa enim itinera erant, non magiſtratibus modo, ſed & principibus obiri ſolita: vnde Ammianus Marcellinus *Iulianū* perhibet, *a* cum Antiochiā properaret, *ſolitis itineribus* vſum: & alibi, *b* *per compendiariam viam conſummato procinctu, Tarſum Ciliciæ reuerſurum*: Et eodem libro *iamque apricante cœlo III. Non. Mart. profectus*, *Hierapolim ſolitis itineribus venit* vocat idē *vias regias* poſt paullo. Vnde Flauius Vegetius rectè admonet, magnis Imperatoribus & primarijs ducibus prouinciarum, atque regionum Itineraria eſſe perlegenda. Verba eius apponam. *Primum Itineraria omnium regionum, quibus bellum geritur, pleniſſime debet habere perſcripta: ita vt locorum interualla, non ſolum paſſuum numero, ſed & viarum qualitates perdiſcat: per compendia, diuerticula, montes, flumina ad fidē deſcripta conſideret: vſque eo, vt ſollertiores duces Itineraria Prouinciarum, in quibus neceſſitas gere-*

a Lib 22.

b Lib. 23.

Itinerariorum vtilitas.

rerebatur, non tantum annotata, sed etiam dicta habuisse firmentur: vt non solum consilio mentis, verum etiam aspectu oculorum viam profecturus eligeret. Hinc viæ *militares*,& *Consulares* atque *regiæ* nuncupabantur. Cicero de Prouincijs Consularibus *Via*, inquit,*illa nostra, quæ per Macedoniā est, vsq; ad Hellespontū militaris*: & Philippica XII. *Quis audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatū, quis illustrem aggredi?* Plinius, *Finiuntur*,inquit, *Laboriæ viæ ab vtroque latere consulari: quæ à Puteolis, atque à Cumis Capuam ducit*, Et Ammianus libro XXIII *Vnde duæ ducentes Persidem viæ regiæ distinguuntur.* Ad hæc, quemadmodum Persæ *parasangis*, Aegyptij *schenis*, Galli *Leugis*; ita Latini *Millibus passuū* Lapidum mensuras designauerūt:& *Passum* quinq;pedibus constare, Collumella, & Seuerinus Boethius testantur.Inde *Milliare*,& *Milliarium* Ciceroni: *Accepi*, inquit, *litteras tuas ad* V. *milliare*: &: *Cum plebs prope ripam Anienis ad* III. *Milliarium consedisset.* &, *Postea audiui à* III. *milliario tum eum isse*:& alio loco: *Siquidem etiam vos duo tales ad*. V. *milliarium*. Sed Augusti iam Cæsaris imperio, *lapidum* item nomine, mensuras itinerum designatas,legimus:nam Cornelius Nepos Pomponium Atticum iuxta viam Appiam *ad*. V.*lapidem* in monumento Q. Caecilij auunculi sui sepultum perhibet: Et T. Liuij testimonio itidem admonemur,

Viæ Militares, Consulares, & Regiæ.

Milliare & Milliarium.

Lapides, quib. viæ distinguebantur

cum eius Annalium libro. v. ita scribat, *Iustiore*, inquit, *altero deinde prælio ad* VIII. *lapidē Gabina via memorat*. Euenit indevt in *Antonini Itinerario ad septimū decimū, Vicensimum, Tricensimum, & Centesimum* legētes, *lapidem* subaudiamus: Eos *lapides* Probus Grammaticus *Cippos* dictos perhibet: & Straboni στηλωμένη ὁδὸς, *per columellas dimensa via* appellatur. Neque immeritò Quintilianus Fabius, audientem quoque refici certo singularum partium fine, non aliter quam facientibus iter multum detrahunt fatigationis *notata inscriptis lapidibus spacia*, commemorat: quo respexisse Rutilium Numatianum, veterem poëtam & ipsum, *Itinerario* secundo apparet, illis versiculis quos Iouianus Pontanus iure merito enodes & nitidos esse testatur:

Interualla viæ fessis præstare videtur,
Qui notat inscriptus millia crebra lapis.

Summum verè non Regis magni, vt est apud poëtam, sed complurium Imperatorum atque Principum & totius pœne orbis prouinciarum opus; atque haud scio an de humanis operibus longe maximum fuerit, spatijs immutabilibus ab ortu ad occasum regionum itinera circum circa ad inhabitabiles vsque oras substructionum innumeris milliaribus fuisse dimensa, complanata, atque descripta, vt neque ipsius imperij interitus, & vrbiū occasus, earum columnarū & substructionū

mo

onumenta, quam late longeque Roma-
populi nomen diffusũ fuerat, euertere
nitus potuerit. Id non Sidonij modo A-
llinaris carmine, apparet qui sic cecinit,

Antiquus tibi nec teratur agger
Cuius per spatium satis vetustis
Nomen Cæsareum nitet colmnis

Sed & ad Alfonsi Castellæ regis eius
mpora, qui cum Richardo, & Rodol-
o de Romani regni successione con-
ndit, *milliariorum* nomen ex ipsis Colum
desumptũ in vulgus vernaculo voca- *Migeriæ vox Hispanica.*
llo dimanauit: *migerijs* enim, quos vo-
,id est milliarijs, haud secus atque *leugis*
atiorum dimensiones designare illa sæ-
a in Hispania consueuere. Legum cer-
volumine secundo, *Partitam* vulgo no-
nant, titulo XVI. lege III. *leugam* tri-
s *migerijs* constare docet: terna namque
suum millia singulis leugis tribuit, *Leuca. Gallica vox.*
m *leugas*, siue *leuuas*, Gallicum enim no-
n erat, D. Hieronymus, Ammianus, &
dorus *passibus mille* & quingentis finiri
o ore consentiunt. Iam vero Augusti
Tiberij imperatorum temporibus His-
niarum prouinciarum regiones ad vl-
nas vsque nationes demetatas atque
finitas, circumscriptasque fuisse, colum-
rum ipsarum inscriptiones præclarè
dicant: cum ad Oceanum vsque, & Vac-
eorum populos, homines maxime me
terraneos, viæ constructæ, atque sub-

ſtratæ & mirificis molibus munitæ in hãc
vſque diem appareant. In Cordubenſi ter-
ritorio columnæ duæ erutæ ſunt: quas in
Aede maxima eius vrbis cõlocatas Febru-
ario menſe anni M D.LXX. vidimus, cum
Philippus Hiſpaniarum rex, Principum
maximus, regio comitatu vrbem eam ini-
ret; atq; earũ inſcriptiones eiuſmodi ſunt.

IMPERATOR CAESAR. DIVI. F.
AVGVSTVS. COS. XIII. TRIB.
POT. XXI. PONT IF. MAX.
A BAETE. ET. IANO AVGVST.
AD OCEANVM
XIIII.

Exſtare in D. Nicolai aede alteram eiuſdẽ
inſcriptionis columnam ferũt; & nos pro-
pe eam aedem in domo primarij viri Io-
hannis Herediæ fragmentum alterius la-
pidis cum eadẽ inſcriptione vſq; adea ver-
ba A BAETE ET IAN:.. vidimus, plu-
res enim eodẽ loco columnæ cõſtitui cõ-
ſueuerunt, quæ eadem verba continerent.

TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F.
DIVI IVLI NEPOS AVGVSTVS
PONTIF. MAX..... COS
V. IMP. TRIB. POTEST. XXXVII
AB IANO AVGVSTO QVI
EST AD BAETEM VSQVE
AD OCEANVM
XIIII

Eius vero notæ I quam nos alias nun-
quam vidimus, ratio ea videtur eſſe, vt ge-
minum

inum L. id est *Cẽtenarium* numerum de-
gnet. In ea vero parte qua raſę apparent
terę, alios video xxj legere: qui numerus
rte voci IMP. addẽd⁹ erat. in Vaccaeorũ
ro regione ad Piſoracæ fluminis ripas
xta oppidum Hetteram in fragmento
lumnæ eam inſcriptionem legi Floria-
s Ocampius mihi magnopere aſſeuera-
t: penes quem fides eſto.

L. CAESAR DIVI AVG. F. DIVI IVLI
N. AVG.
ONT. MAX. TRIB. POT. XXXV. IMP. IIX.
OS. V. A PISORACA M. I.

Nam alterius lapidis in eodẽ primo à Pi
raca milliario inſcriptionem, cum e-
gio Neronis Claudi Imperatoris adeo
teruerſam protulit, vt indigne hoc lo-
adponere conſilium non fuerit. Neq;
men confictas ab eo libenter credide-
im: præſertim cum mecum durius con-
nderet, non à Piſoraca milliare primum
ecte me eſſe interpretatũ, ſed ijs notis *am-*
s Piſoraca maximo Ioui declarati: cũ ma-
is appoſitè, ſi fingere operæ pretiũ fuiſſet,
ne notis diſertè ea explicari potuiſſent.
Viam præterea, qua itinera Cæſarau-
uſta Bilbilini, & inde Emeritam duce-
antur à Domitiano imperatore reſtitu-
am ex vetuſta columna, quæ Epilæ ad
Comitis vlmetũ expoſita eſt, apparet: eã-
; ad Lucenam vicũ prope Salonẽ amnẽ,
qui Epila quatuor millib⁹ paſſuũ diſtat, & à
Ricla VIII M. inuentã ferunt: quã ſi inte-

gram

gram atque incorruptam nacti essemus, aliquid forte opis huic nostræ commentationis tulisset:

.....SAR
.....SIANI F.
.....SAVG. GER
.....P. VIII CoS XI.
.....TESTAT. P. P.
.....ECORR.....PT.
.....TES RESTIT.
X CCLXXXIX
CLXIX
VII

Traiani diligentia in viis sternendis

Magnificientiæ vero splendor imperij Romani, supra omniũ imperatorum laudẽ, Imperatore Traiano eluxit, q̃ cunctã ferme *Hispaniam* longè lateq; fusam ac patẽtem, pontiũ, & viarum continuatis munitionibus, ac molibus mirabilius, atq; splẽdidiꝰ auxit atq; ornauit: Infinita enim vestigia innumerabiliu lapidũ munitarũ eo imperatore viarum extant: & vnius omnium Elogio nummi æneiaffabre, & singulari artificioexcusi, atq; iactati sunt: quibus viæeffigies designata est: tanquam stolatæ fœminæ humi stratæ, atq; iacẽtis: quę sinistra virgam tenet, & leuata dextra rotã decussim radiatã porrigit: & infra hæc adposita estinscriptio, VIA TRAIANA: eamq; designari conijcio, quæ Cæsarauguſta, Turiasonem, Augustobrigã, Numantiã, Vxamam, Cluniam, Intercatiam, atq; inde As-

le Asturicam perducit: vetustis lapidibus & *Antonini Augusti Itinerario* attestantibus, quod Antonini Bassiani, Septimij Seueri imperatoris filij imperio compositum fuisse, initio Britannicorũ itinerum, me cõiectura persuasum indicabitur, nisi forte Paludes Pontinas saxo ab imperatore Traiano constratas, & iuxta vias ædificia constructa, & pontes magnificentissimos, vt auctor est Dion, ab eo factos, ea effigie designari arbitremur. *Vias* præterea has iam priscis temporibus *Stratas* nuncupatas fuisse, ex Eutropio apparet, vt in mansione *Cœnophrurij* liquet. Hæc, quæ præfati sumus, eum habere modum oportuit, vt quãtum maximè possem, declararem, quanti vnus hic libellus, qui *Antonini Augusti* nomine prouinciarum omnium Romani imperij vias, atque itinera complexus est, expendendus atque æstimandus esse debeat: qui adeo mirabilis vtilitatis prouentũ nobis præbet, vt Straboni, Melæ, Plinio, & Ptolomæo, præstantissimis auctoribus, in totius Orbis explicatione, quasi magnis in tenebris clarissimũ lumen præferat. Eum mihi excutiendum, & vetustorum exemplariorum ope enucleandum, quoad eius à me fieri potuit, esse duxi: si subuenire aliqua in parte, & opitulari, cùm maximè opis indigeat, studiosis possem. Vale.

Itinerarium hoc, quando conscriptum.

Eius vtilitas.

VETV-

Vetusti codices, quorum testimonio ad eruendam & restituendam veram & germanam *Itinerarij Antonini Augusti* lectionem vsi sumus, his notis distinguentur:

B. R. Bibliothecæ Regiæ ad D. Laurentium vetustiss. codex Ouetensis: Aera IↃCCCCXX. descriptus.

B. B. Bibliothecæ Blandinianæ peruetustus codex à CCCC. circiter annis transcriptus.

B. N. Bibliothecæ Neapolitanorum Regum, qui post Cardinalis de Vrsinis fuit, anno M. CCCC. XXVII. exscriptus.

H. P. Hieronymi Pauli, Barcinonensis Prouinciar. Hispaniæ excerpta ex Itinerario Antonini Augusti, & seorsim edita.

L. Christophori Longolij exemplar ab H. Stephano Parisijs editũ anno. M. IↃ. XII.

ANTONINI AVG. ITINERARIVM.

VEtustissimus Codex bibliothecæ Philippi II. Regis Catholici maritimas stationes Itinerario prætulit terrestri: & in ea parte ita legitur: IMPERATORIS ANTONINI AG. ITINERARIVM MARITIMVM. In Itinerario vero hoc meo exemplari nullum Antonini nomen exstat: neque titulus libelli: sed freti Gaditani, Mauretaniæ, Africæ, & Hi-

spa-

aniæ nomina descripta apparent. Postea vero quæ sequuntur COLVMNAE HERCVLIS, *& reliqua ex vetustißimo codice bibli. Regia ranscripsimus. In Codice bibli. B. peruetusta manu ita legitur:* Incipit itinerarium prouinciarum omnium Antonij Augusti: *tque item in* CH. *Long. vt ea sequi libuerit,* Antonini *nomine ex vetustißimo exemplari recepto: nam quæ in vtroque verba leguntur; In primis prouinciæ Africæ, ea reijciẽda censuimus, vti temere adposita: vtpote quæ neque in Cod. bibli. Reg. legantur, & Auctori repugnent; cũ à Mauritania Tingitana, longe ab Africæ prouinciæ regione semota prouincia, exordium sumitur. In cod. Bibli. Neap. initium Itinerarij desideratur. Reliqua vero sic interpungẽda arbitror.* Columnæ Herculis ad Tingim Mauritaniæ: id est, vbi Bacuetes, Macenitæs barbari morantur. Per maritima loca Carthaginem vsque M. P. XVIII. XLIX: *iam lib. Bibli.* R. AD TINGI MAVRITANIA *habet, Bibli.* Bland. à Tingi Mauretaniæ, *quemadmodum in Hadriani Augusti numis legi videmus: sed nos vetustißimi exemplaris lectionem libenter amplectamur. Suspicari enim libet deprauatam eam lectionem esse: nam, vt apparet, mensuræ itinerum, non* à Tingi *sed* ab exploratione *ducuntur: cum ab ea Tingim vsque mox* CLXXIV. M. P. *numerentur. Isidorus tamẽ & Artemidorus, quos Plinius vetustos laudat autores, à Tingi Canopum vsque mensuras itinerum perduxere: Compendiaria*

diaria forte via: cum hæc Antonini, ex mansio-
num diuerticulis, atque flexionibus, neceſſario
multo longior fuerit. Numeri vero xviij. xxxix.
in C. Bibli. Reg. legũtur: & in reliquis manu ſcrip-
tis & excuſis deſiderãtur: quibus decies & o-
cties centena & triginta nouem millia *de-*
ſignari manifeſtum apparet: ſed legendum vi-
detur pro XXXIX. XLIX. *vt ratio milliario-*
rum ſummæ vniuerſorum quæ adponuntur, iti-
nerum, cõſtet: tot enim millia paſſuum continet
Plinij tamen vetuſtis exemplaribus, Toletana
præſertim melioris notæ adſtipulante, legimus
Polybium, & Eratoſthenem, diligentiſſimos ex-
iſtimatos, ab Oceano ad Carthaginem mag-
nam, XI. M. P. feciſſe: cum quaſumma Mar-
cianus Capella itidem congruit. Iam, quod ad
Herculis columnas attinet, Plinius de ea re
Proxima autem, *inquit*, impoſiti monte
coêrcent clauſtra, Abila Africæ, Europa
Calpe, laborum Herculis metæ: quam ob
cauſam indigenæ Columnas eius De
vocant, creduntque per foſſas, excluſa an
tea admiſiſſe maria, & rerum naturæ mu
taſſe faciem. *Pomponius Mela, quam ob cau-*
ſam deſcriptionem totius orbis ab Tingitana
prouincia ſic exorſus refert. Nunc *inquit*, ex
actius oras, ſitusque dicturo, inde eſt com
modiſsimum incipere, vnde terras no
ſtrũ pelagus ingreditur: & ab ijs potiſsimũ
quæ in fluenti dextra ſunt: *Et paulo poſt*
Hinc in Noſtrum mare pergentibus læ
ua Hiſpania, Mauritania dextra eſt. *Eam*
ratio-

ationem Itinerarij *auctor secutus, à Mauritaniis, Orbis terrarum prouincias obire incipit. Strabo verò & eum Plinius imitatus, ab Europa, iuriore de causa.* Primum, *inquit Plinius,* de Europa, altrice victoris omnium gentium populi, longèq; terrarum pulcherrima: quã alterique meritò, non tertiam portionem decere, verum æquam in duas partes ab amne Tanai, ad Gaditanum fretum vniuerso orbe diuiso.

Bacuetes] *ita legitur in Cod. Bibl. Reg. Ptolomæi libri* βακοῦαται *legunt: & Bibl. Bl.* Baccatates CH. L ōg. Baccanates: *nos vetustissimi exemplaris lectionem præferendam duximus: præsertim cum ad Græcam Ptolomæi proximè accedat.*

Et Macenites] *Desideratur ea vox in lib. Bi. te. cum in Bl. & CH. Long. ita legatur. In Ptolomæi libris* Μακανῖται *legimus.* Xiphilinus *ex Dione in Seuero,* Macenitas *ad inferiorē Mauritaniam conlocat: & Atlantem montem in* Macenitide *esse, non longè ab Oceano docet.*

M. P. xviij. xLviij] *Vetustissimo lib. Reg. ea no mera ita describuntur.* MILIA PASSOS xviij xx xviij. *reliquis omnibus desiderantur.*

AB EXPLORATIONE QVAE AD MERCVRI DICITVR] *In lib. Re.* AB EXPLORATION. QVOD MERCVRIOS DICITVR *legitur, & in reliquis manuscriptis & vulgatis libris* Quod Mercurius dicitur. *Mihi videtur legendum,* Quæ ad Mercuri dicitur, *vt sit, ab explorationis mansione, quæ ad*

Mercuri dicebatur: id est quæ ad Mercurij tem plum, aut promuntorium sita erat. quemadmodum ad Martis hoc itinerario prodetur, nam infra in vetustißimo Regio exemplari ad Mercuri legitur. Constat enim duplicem vnius itineris hac lectione fuisse mansionem, ad Mercuri, primam explorationis, quæ ad Mercuri dicebatur, ex qua initiū itineris ducitur, per CLxxiiij. millia passuum Tingin vsque: & alterius, quæ tantum ad Mercuri vocatur, ex qua Tingin vsque xviij millia passuum numerantur, è qua, explorationis mansioni nomen inditum fuisse, minimè sit verisimile, cum ab exploratione ad Mercuri mansionem Tingi proximam CLVI M.P. intersint. Eius verò explorationis, quæ in Bacuetibus, aut Macenitis hoc constitui videtur Itinerario, mentionem nullam apud vetustos auctores repperi: vt mihi primo aditu in ipso limine hæsitā dum sit, nec quo me vertam, videam, & implicatus hæream, vtpote cum turpe sit primam Itinerarij mansionem, quam celebrem & inlustrem esse oportebat, ignorare. Coniecturis igitur tantummodo ducemur ad suspicandum, in re, quæ proclarißima & maximè testata ab Itinerarij auctore proditur, vt forte eo loci præfectura legionis militum exploratorum constituta fuerit: quemadmodum in Notitia prouinciarum Romani Imperij videmus eiusmodi Legionum præfecturas recenseri. Nisi velimus suspicari explorationis illius fama præclara celebratæ Hannonis Pœnorum ducis monumentum aliquod in ea regione extitisse, de qua Pomponius Mela. Dubi-

um,

um, *inquit*, aliquamdiu fuit, esset ne vltra pelagus: caperet ne terra circuitum: an exhausta anfractu, sine fine se Africa extenderet. Verum etsi Hanno Carthaginiensis exploratum missus à suis, cum per Oceani ostium exisset, magnam partem eius circuuectus, non se mari, sed commeatu defecisse retulerat, *Plinius itidem eadem de re proditum reliquit*, Fuere *inquit*, & Hannonis Carthaginiensium ducis commentarij, Punicis rebus florentissimis, explorare ambitum Africæ iussi, quem secuti plerique è Græcis, nostrisque, ad alia quædam fabulosa, & vrbes multas ab eo cõditas ibi prodidere, quarũ nec memoria vlla, nec vestigium exstat. *Festus Auienus de ora maritima, cũ vrbes Europæ ad Gaditanum fretum recenset, mansionis* Mercurij *è regione in Africa meminit, vt forte ea mansio sit, quæ à Tingi xviij* M.P. *abest.*

—Porro in isto litore
Stetere crebræ ciuitates antea
Phœnixque multos habuit hos pridem locos.
Inhospitales nunc harenas porrigit
Deserta tellus, orba cultorum sola
Squalent, iacentque Veneris abdito iugo
Spectatur Herma Cespitis Lybici procul

Præterea cùm minimè tenuis scrupulus resideat, Quod Mercurij mansio *hoc eodem itinere geminetur, valde suspicor legendum esse* AB EXPLORATIONE QVAE AD MERCVRI DVCITVR, TINGIN VSQVE M.P. CL

xxiiij. vt iter designetur in extrema ora ad Oceanum, ab ea exploratione quæ ad Mercuri mansionem, Tingi proximam ducebatur: & Tingin vsq; perducitur, & plures fuisse explorationes intelligamus: vt sit Explorationem ducere, *quemadmodum ab eodem Itinerarij auctore* limitẽ ducere. *vt infra ad iter, quod limitem Tripolitanum per Turrem Tamalleni à* Tacapis Leptim magnam ducit.

Tingin vsq; M.P. CLxxiiij] *in li. Re. & Bl. & Long. idem milliariorũ numerus congruit. cũ in Neap. Cxxviiij perperam legatur. Illud tamẽ mirum videri debet, in omnibus exemplaribus, vnico vetustissimo excepto, ineruditum, ne dicam ineptum aliquem virum, notas illas* M.P. millia plus minus *fuisse interpretatum: cum confirmare hoc liquido possimus, vias eas certis, & constantibus lapidum dimensionibus fuisse demetatas: vt inepti ac stupidi ingenij sit,* plus minus *pro* M. P. *transferre.*

M P. quid significet.

Rusadder M.P. *cccxviij*] *ita in Re legimus. At in Bl.* Rusader M .P. *M.cccxxviiij. Ne.* Rusladon millia plus minus CCxxviiij. *atque itidẽ CH Long. Tamẽ quod numerorum summæ inter se conueniant, & rectè subducantur, atque vniuersali summæ consentiant, vetustissimi codicis lectionem præferimus. Illud præterea admonendum duximus, in Toletanæ bibliothecæ codice Plinij,* Rusaddir oppidũ, & portus *legi. Alterũ Plinij exemplar*, rursus addit oppidũ & portus Cæsaream Mauritaniæ *M.P. CCCCxciij.*] *Reg. habet. Bland. vero* Cesare Mauretaniæ M. P. M.

Plinii lectio.

P.M. CCCCXXIIJ. *Neap.* Cesaree Maëtenee millia plus minus CCCCXXIII. *CH. Long.* Cęsare Mauritaniæ mpm 423: *sed vetustissimi Cod. lectionem præferendam duxi: cùm eius ratio, cum reliquis summis constet.*

Saldas M.P. CCxviij] *lib. Blan* Saldis *M.P. CCxviiij Bibli. Reg. & N* Seldis M P XVIIJ. *Longolianum Blandiniani codicis lectionẽ habet. Plinio* Salde *Colonia Augusti in Cæsariensi Mauritania: vt legendum videatur, plurium numero* Saldæ: *quemadmodum apud Ptolomæum* σάλδαι κολώνια: *Marciano. n. &* Saldæ *produntur*

Rusiccadem M.P.CCCxviij] *Re.* Rusiccade M P CCCXVIIJ *Bl.* Rusiccade M. P. M. XVIJ *Neap.* Rusiccade M.P.M.CCXVIJ *Lectio tamen vetustissimi lib. summa vniuersali congruit. Ptolomæo Africæ prouinciæ* ῥουσίκαδα. *Plinius* Numidiæ *attribuit: &* Rusiccade *in vetustis codicibus legitur.*

Hipponem Regium M.P. CCXV.] *Codex Reg. Neap. & Longolianus hunc numerum præferunt. Blandinianum vero exemplar,* CXV.

Carthaginem *M.P.Cxiij*] *Reg.* CXIII. *habet, numerum nempe summæ vniuersali congruẽtem: & reliqua exemplaria* CXCIII.

Litora mansionibus his] *in Reg.* Litorania mansionibus sic: *In Blandiniano & Longolano desiderãtur. in Nea. tamen* Mansionibus his *tantum legitur: cum tamen in* Maritimis stationibus *eiusdẽ Antonini* ab Hydrunte litoraria *legatur:* litoraria *scribendum duximus.*

Ad Mercuri *M.P. CLxxiiij*] *Reg.* ad Mercu

rios. *Bl. & Neap.* A Mercurius, *& Longolianũ Bibl. Re. lectionem præfert: nos verò vti supra monuimus,* Ad Mercuri *legendum credimus: nam paulo post in vetustissimo codice* Ad Mercuri *legitur. Explicat enim per singulas mansiones, iter illud, quod supra* ab exploratione, *à qua iter* ad Mercuri *proposuit,* Tingin vsque *ducebatur, quod quidem totidem* CLxxiiij M P. *confici videmus* Tingin vsque.

Salaconiã MPxvi] *In Reg. legitur* Salaconia M PXVI. *atque itidem in Ne. Blandinianum & Longolianum* Salacona *habent: cuius mansionis nullam apud auctores mentionem reperi.*

Thamusidã *M. P. xxxij*] *Reg.* Thamusida, *&* XXXij. *numerum Bland. & Longolianũ* Thamusida M P MXXXiij *Ne.* Thamusida mpm XXXij. *Ptolomæo inter meridianas vrbes* ταμυσίδα.

Banasam MPxxxij] R. Bonasa *habet. At Bl. & Lon.* Banasa *Nea.* Rauasa: *In vetustis Plinij exemplaribus ab Lixo tertiam Augusti Coloniã* Lxxv M P. Banasam, Valentiam *cognominatã legimus: & statim, præter* Banasam *coloniam à Lixo L. M. amnem* Subur *defluere magnificum & nauigabilem. Ptolomæo* βάνασσα.

Frigidas M PXXiiij] R. Frigidis M PXXiiij *& Bl.* Frigidis M PXXXiiij *atque itẽ in reliquis exemplaribus: sed vetustissimi exemplaris lectionem libenter agnoscimus, quod certa ratione cũ vniuersa summa, quæ* CLXXiiij *conficitur, consentiat. Illud tamen aduertendum occurrit, in* Notitia prouinciarum *sub dispositione Comitis* Tin

tis Tin

tis Tingitaniæ *inter limitaneos recèseri* Tribunũ *cohortis* Friglensis Friglis, *vt forte in alterutro horum auctorum sit mendum.*

Lixon Coloniã *MPxvi*] *In Reg.* VX Colonia MPXVI *Bl.* Lix col. MPM. XVI *atque itidem in Neapolitano & Longoliano. Plinio, consentientibus manuscriptis exemplaribus,* Colonia à Claudio Cęsare facta Lixos. *Strabo auctor est Eratosthenem* λιξὸν *appellauisse cõtra* Gades, *octingentorum stadiorum traiectu diremptum. Ptolomæo, & Stephano* λίξα.

Tabernas *MPxvi*] *manuscripta exemplaria & Longolianum* Tabernis MPXVI. *habent. Sub dispositione eiusdem Comitis Tingitaniæ Tribunus cohortis iij. hastatorum* Tabernis *recensetur.*

Zilin *MPxiij*] *cum vetustissimo exemplari Blandinianum, & Longolianum conueniunt* Zili *legendo. At in Neapolitano* Sili. *Straboni exterius mare nauigantibus à Linge* Zelis, *&* Tiga *vrbes, & postea* septem fratrum monumenta. *Plinio* Zilis Regũ ditioni exempta: & iura in Bæticam petere iussa. *Illud tamen admonere placet in optimo Plinij manuscripto exemplari Toletano,* Zuli *legi: atque item in duobus alijs vetustis manuscriptis:* 2.

Ad Mercuri *MPvi*] *ita in vetustissimo codice legitur: quod nobis lucem adhibuit, vt reliquis in locis eodem modo legendum arbitrati simus. Reliqua manuscripta, & Longolianum* ad Mercurios *habent.*

Tingi Coloniã *MPxviij*] *Bl.* Tingi Colo

nia MP. x. at reliqui manuscripti & Long. xviij præferunt: eamque secuti sumus, quod vniuersæ summæ apposite congruat.

A Tingi litoribus nauigatur vsq; ad portus diuinos.] Re. A Tingi coribº, pro à Tingi litoribus In Bl. eæ voces .à Tingi litoribus desiderantur: quod plerumque in eo exemplari lacunæ sint in ijs versibus qui milto describendi erāt In Longoliano à Tingi litoribus nauigatur vsque ad Portus diuinos legitur: nisi quod ea nomina sunt interuersa. eandemq; lectionem Ne, præfert, excepto quod dimnos pro diuinos trā scriptum est.

Ad septem fratres MP Lx] Cōsentientibus in hanc lectionem exemplaribus manuscriptis, & Longoliano Henrici Stephani: id aduertere licet, Septem fratrum (quæ Strabo vocat) monumenta, & quos Septem Fratres à simili altitudine appellari Pomponius, & Plinius tradunt, qui freto immineant, Abilæ monti iuncti, certam ab Antonino mansionem, & Ptolomæo montem designari. Pomponius: montes sunt alti, qui cōtinenter & quasi de industria in ordinem expositi, ob numerum septem, ob similitudinem fratres vocantur. Arcem eo loco constitutam, Procopius libro tertio de bello Vandalorum perhibet, prodit enim, ad Gades, & alterā Herculis columnam, Septenlem arcem posuisse, ob septem ad parentes in eo loco montes, & libro 4. arcem eam Septum vocatam tradit.

Ad Abilem MP xiiij] Recte in R. legimus. In Blandiniano verò, Ad Abillem MP. xxiiii. & item

Item in Neap. At in Longoliano Ad abilem M P M XXXiiij. *Ptolomæo* ἕπτα ἀδελφοι ὄρος: *& ſtatim ſubdit in interno mari, quod Hibericum appellat,* ἀβιλη σήλη. *Pli. in vetuſtis exẽplarib.* vtrinq; impoſiti mõtes coercẽt clauſtra, Abila Africæ; Europę Calpe, laborũ Herculis metæ: quam ob cauſam indigenæ columnas eius Dei vocant.

Ad Aquilam minorem *M. P. xiiij*] *Ita in R. legitur, at in Blandiniano & Longoliano* xxiiij. *habetur: & in Ne. eæ duæ mãſiones* ad aquilam minorem, & maiorem *prætermiſſæ ſunt: totidemq;* M P. xiiij. *in R.* ad maiorem aquilam *adhibentur: & in Blandiniano* xxiiij. *Longolianũ* xiiij. *habet. ſed tanquã incuria erratũ fuerit inter excudendum, emendatur* xxiiij.

Ad Promuntoriũ *M P xii*] *Ita habetur in R. & Longoliano: niſi quod Longolianum* xv. *legit. Bl. & Neap.* ad Promuntorium Barbari; M P. XV *legitur, ſed ita in vetuſtiſſimo Regio diſtinctum apparet, vt initialibus maioribus literis poſt eam Promuntorij manſionem, ita adſcriptũ ſit* Barbiti *quod non negligendum fuit: tametſi ſuſpicer* Barbari *legendum ſeorſum eſſe: vt eo loci Barbaror. eorum regionem initium ſumere doceat, quos ſupra* Bacuetes *&* Macenites *nominat: aut forte vti in Blandiniano, &* Re. ad Promuntorium Barbari, *nam Promuntorium quod* Cotes *appellarunt, extremæ Mauritaniæ occidentem verſus imminebat: quod Plinius Oceani extimũ, à Græcis* Ampeluſiã *cognominatũ perhibet. Nunc noſtri* Cabo de Eſpartel *vocant.*

Tæniam longam M Pxxiiij] *Manuscripti omnes cum Longoliano* Tenia longa M Pxxiiij. *habent: sed Ptolomæo* ταινιόλογγα: *vt* Tæniã Longam *legendum videatur.*

Cobudã M Pxxiiii] *In Re* Cubula *legitur. At in Blandiniano & Longoliano* Cobucla *scribitur: cui lectioni cum proximè accedat Ne. qui* Cobuda *habet eam præferendam duxi.*

Ad lex insulas M Pxii] *Vnum exemplar N.* xxii. *habet: cum vetustissimum & Blandinianũ & Longolianum* xii. *legant.*

Promuntoriũ Rusaddi. M P L] *In vetustissimo* Rusaddi *tantum legitur, & in Bl.* Promuntorio Rusaddi M. P. L. *atque in Ne. & Longoliano.*

Rusadder *col.* MPxv] *Ita in R. omnium vetustissimo vt sit* Rusadder Coloniam. *In Bl. inter uersis literis* Rusadder Conalia, *pro* Colonia *atque item in Longoliano: nisi quod* Rusader *legitur: Verum cùm in Ptolomæi exemplaribus* ῥυσσάδιρον *legatur, suspicor legi oportere* ῥησσάδδιρ κολ.

Ptolomæus emendatus.

Flumen Malua M Pxii] *Consentiunt exẽplaria omnia mirumque in Plinij, vetustis etiam manuscriptis,* Maluanæ fluuium nauigabilẽ *haberi: cum Ptolomæo itidem* μαλῶα *sit. Iam flumen* Malua *accusandi casu accipi certum est: quemadmodum Grammatici docent, à Sallustio in Historijs prodi,* inter læua mœnium, & dextrum flumen Turin: *tametsi non me præterit Priscianum aliter prodidisse. Præterea, quod in Antonino habetur id flumen Mauritanias du-*

Plinij locus.

au

as dirimere, *id propriè verbū est Geographiæ auctoribus vsurpatum, vti Pomponio, Aegëum ab Ionio mari* dirimi *proditur: & eidem, in Vetusto exemplari,* in litore flexus Mecybernæus inter promuntoria dirimit Canastræum, & portum qui copos dicitur: *Non* diuidit, *vt Aldini præferunt libri. Idem* Ptolomæus *tradit: ad eius enim, & Antonini tempora, eæ prouinciæ, quæ diu Regū nomina obtinuere, vt* Bogudiana extima *appellaretur, itemq;* Bocchi, *quæ postea* Cæsarienſis, *sæuitia* C. *Cæsaris Germanici filij, in duas diuisæ fuerant vt* Plinius *memorat: Dion item à Claudio Imperatore in* Tingitanam, *&* Cæsarienſem *diuisas tradit. A Sexto Rufo traditur postea tres Mauritanias ex duabus effectas* Sitifenſis *nomine addito, &* Tingitanam *Hispaniæ contributam:* Cæsariēſem *verò, &* Sitifenſem *sub dispositione, vt à Notitia Romani Imperij traditur, viri spectabilis vicarij Africæ, Consulares prouincias contributas:* Præſidialem *verò* Tingitaniam *sub dispositione spectabilis vicarij Hispaniarum.* *Dirimere.*

Lemnis MP xxii] *In vetustißimo Codice* Lēnis *legitur, cum reliqui, & item Longolianus* Lemennis *ſcriptum præferant.* *Melæ lectio.*

Popletum Flumen MP xxx] *Ita in vetustißimo legitur exemplari* Popleto flumen: *cū reliqua* Poleto flumen *ſcriptum præferant: diuersorij vtrumq; nomen, à nemine, quod sciam, traditum: ſicuti & innumera, eiusdem modi in hoc Antonini Commentario reperiri est necesse. Iam illud admonendum iudico, cùm in omnibus exem-*

Casuum declinatio sæpius accusandi casu.

exemplaribus flumen *legatur, consequens esse, nomina quæ in hoc Itinerario recensentur, accusandi, cũ milliariorũ numeri illis subdantur, apponi oportere, nõ auferẽdi casu: quemadmodũ in omnibus codicibus sæpe adponuntur: quod inscitia librariorum, qui in summa earum rerum ignoratione, temporum vitio, versabantur, accidisse arbitror: alioqui* Popleta flumine *scribendũ erat: quod & ad reliquos huius Itinerarij nominum casus præmonuisse hoc loco visum est: exceptis tamen his, quæ declinationi casuum non subduntur.*

Artisigam MPxxv.]*Re.* Artisiga *habet: cum rèliqua omnia exemplaria* Artifica *scriptum præferant.*

.Sigam municip. MPx.] *In omnibus libris* municipij *nomen* Sigæ *adycitur: cum* Plinius *oppidum ex aduerso* Malacæ *in Hispania sita* Syphacis regiam *in Cæsariensi memoret, atq; item Marcianus: Ptolomæus vero* Coloniam. *Dirutas à Romanis fuisse* Zamam, & Sigã *Strabo auctor est: & hanc itidem* Syphacis regiã *fuisse.*

3. Ad Salsum flumen MPXII]*legitur in vetustissimo exemplari: cum reliqua* ad Salum flumen MP.xv *habeant: quare æstimandum viris doctis relinquo: præsertim cũ in ea regione* Accapa fluminis *ostij* Ptolomæus *meminerit.*

Ad Crispas MPxxv]*R. & N. hoc pacto scriptionem præferunt cum Bl. xxii præferat. & Lõgolianum: sed milto, xxv numerum adiecit.*

Giluam Coloniam MPv]*R.* Silua Colonia

nia M.P.v.*Bl*. Gilua Colonia M.P.VI. *Ne.* Cilua Colonia MPXI. *& Longolianum.*

Caſtra puerorum MPxxiii] *Reg.* MPvi. *Bl:* xxiij. *Ne.* xxvj. *Longolianum* Gilua Colonia mpm.v *& ſupra* Giluæ *nomen milto*|Silua *appoſitum.*

Portus Diuinos MPxviii] *Omnia exemplaria in illo milliarium numero conſentiunt. Strabo poſt* Siga c. *ſtadijs* Deorum portum *diſtare auctor eſt:* Ptolomæo item Θεῶν λιμὴν *appellatur: vt forte in Antonini Itinerario vtrobiq;* Portum Diuinum, *non* Portus diuinos *ſit legendum.*

Quizã municip. XL.] *Eiuſdem modi lectionem proferunt* Blandinianum, Neapolitanum, *& Longolianum exemplar: cum in Regio legatur* Quita: *quod nomen reijciendum duximus: Plinij vetuſtis omnib. exemplaribus ſuffragãtibus in quibus ita legimus.* Quiza Cenitana peregrinorũ Oppidum. *Ferdinandus Pintianus noſter recte emendat, in* Ptolomæi Theſi Cæſarienſis Mauritaniæ, *oppidũ illud, quod* βάιζα *legimus, vnius tantum conuerſione literæ* χάιζα *eſſe: Eundẽ enim ſitum inibi obtinere videmus, iuxta* Portũ magnum *&* Arſenariam, *quo à* Plinio *&* Antonino *collocantur. Nam & in* Ptolomæi *vetuſta verſione Latina, quæ* Paulo II Pont. Max. *dedicata eſt, & Vlmæ, anno* Mcccclxxxvi *excuſa,* Cuiſa Colonia *legitur: quod proximè ad* Quizam *acceſſit.*

Arſenariã MP. XL] Ptolomæo itẽ ἄρσεν. *ἀπὸ* κολώνιας. Plinius *qui eam itidem* Quizæ *adnectit,*

ctit, Latinorum oppidum *appellat: &* iii. M P *à mari seiungit.*

Cartennas col. MP. xviii] *legit R. cum reliqua exemplaria* Cartenna Colonia *præferãt Quin etiam* Plinio, *in vetustis manuscriptis* cartenna colonia. Augusto legio secunda. *Tamen cum à* Ptolomæo καρτέννα *pluriũ numero prodantur, minimè negligendam vetustissimi exemplaris censuimus lectionem: quanquam in eo* Cartenas *simplici n transcriptum apparet.* Marcianus Post Sigam in litore, *inquit*, quoque Cartenna.

Lar castellũ M Pxiiii] *In Re.* Castelliar *cũ Bl.* Lar Castellum M Pxxiiii *præferat. & Ne.* Lar Castellũ M P xxiii *Longolianum*, Lar castellum M Pxx.

Cartili M Pxv] *ita habet R. At Bl. & Neap.* Cartili M P. xii. *In Longoliano* Carcili M P xii.

Gunugus M Pxii.] *Ita in vetustissimo legimus codice. Blandinianum exemplar, & Longolianum* Gunucus *habent: & Neapolitanum* Camicus. *Codex Plinij Toletanus*, Gunigu; *& is quem Regium vocamus* Gumugu, *Cæsaraugustanus* Gynugu: *& in alio item manuscripto*, Gumugij. *Parmæ excusus ante centum annos, nempe anno M ccccl xxx. ita habet.* Item Colonia eiusdem deducta cohorte prætoria, Gunugij, promontoriũ Apollinis. *Ex vetustissimi tamen lectione nihil mutamus præsertim Blãdiniano, & reliquis exemplaribus ferme eandem obtinentibus, G in C versa. Ptolomæo, cum iuxta*

Apol-

Apollinis promuntorium & Cæsaream constituatur καγδαξίς videtur esse.: vt forte legendum sit ἀνδγὸς. Ptolemæi emendatio

Cæsaream Coloniam M Pxii] *In vetustissimo codice Regio legitur* Cæsarea Colonia M P.xii *Reliqua* M Pxxii. *habent.*

Tipasam Coloniam M Pxvi.] Tipasa Colonia M Pxvi *legitur in Regio, & Blandiniano, nec Longoliano. In Ne.* Tipassa. *Plinii exemplaribus,* Oppidum nouum & Latio dato, Tipasa. *Ptolomæo itē* τίπασα *& eodē modo apud Ammianum libro* xxix

casas caluenti M Pxv] *In vetustissimo* Cassæ Caluenti MP.xv. *legitur, cum reliqua exēplaria & manuscripta, & excusa typis* Calbenti *habeant.*

Icosium col. MPxxxii] *Vetusta exemplaria* Icosum *habent: atque item à Vespasiano Imperatore* Latio donatum Icosiū *perhibet Plinius, ex vetustis Toletano, & Cæsaraugustano exemplaribus: vt in excusis haud rectè* Icosion *legatur. Marcianus item* Icosium *atq;* Coloniā. *Solinus qua ratione* Icosio *nomen impositum sit commemorat.*

Rusgunias col. MP.xv] *Codex vetustissimus Regius* Rusguniæ col. MP.xv. *habet Blandinianum & Longolianum* Rungoniæ MPxv *Neapolitanum* Ringoniæ MPxv. *Plinii codex Toletanus, & tres alii manuscripti facili cō uersione G literæ in C* Colonia Augusti Ruconiæ *At in Parmensi typis excuso* Rusguniæ: *qua nos res admonuit, vt vetustissimi exemplaris*

lectio

Ptolomæi lectio.

lectio præferenda aliis esset. Ptolemæo ῥυστόνιον *videtur esse: vt forte* ῥυσγόνιον *legi oporteat, Marciano* Rusconiæ. *Illud aduertendū in his regionibus* Thapsum, Zamam, & Achollam *Iugurthino, & Ciuili Cæsariano bello deletas à Strabone perhiberi.*

Rusubbicari M.P xxiiii.] *In vetustissimo codice Regio* Rusub vicario MP xxiiii. *legitur. In Blandiniano & Longoliano* Rusubbicari MPxxiiij. *Neap.* Rusubicari. *In omnibus, quæ quidem viderim, Plinii exemplaribus vetustis.* Rusicorum ciuitate honoratum à Claudio *legitur. Ptolomæo videtur esse* ῥυσιχιβαρ: *nā statim post* Rustonium *id oppidum admouetur Ammianus libro* xxix. Subicarensis Castelli *meminit: vt forte eo loco* Rusubbicarense *castellum legendum esse videatur.*

Ammiani Marcel. locus.

Cisi municip. MP. xii] *habet R. & Neap. Blandinianum vero & Longolianum* MPXV. *Ptolomæo videtur esse* χίσση.

Rusuccurum col. MPxii] *Vetustissimum exemplar* Ruscuru, Col. MPxii] *Blandinianum* Rusuccuro Colonia MPxii. *Neap.* Rusuccoro Colonia MPxii *Longolianū* Rusuccuro Colonia MPxii. *Plinii Toletanū exemplar.* Rusicorum ciuitate honoratum à Claudio: *atque item tria alia vetusta exemplaria. Ptolomæo videtur esse* ῥυσυχόρη: *nam statim, quemadmodum in Antonini Commentario subsequitur* ιομνιορ: *quorum omnium conlata scriptione* Rusuccurum *legendum visum est. Marciano* Ruscurius *est.*

Iom-

Iomnium munic. M. P. XVIIJ.] *Regium atq; idem vetuſtiſſimum exemplar* Iomnio munic. M. P. XVIIJ. *Blandinianæ Bibli* Ionium municipiũ M. P. XVII. *Neap.* Lomnium municipium M. P. XVI. *Longolianum* Ionium municipium M. P XVII. *& miniatulis litteris emendatur* Lomnium: *vt haud dubiè* Iomnium *legi oporteat, Ptolemæo adſtipulante, vti ſupra docuimus.*

Ruſazis munic. M. P. XXXVIII.] *Legitur in Regio: in Blãdiniano, & reliquis* Ruſaxis municipium. M P. XXXVIII. *In Plinij manuſcriptis omnibus* Ruſazus Colonia Auguſti: *& apud Marcianum perperam* Ruſarus *pro* Ruzarus. *Ptolemæo item* ῥȣσαζ῀ς.

Saldas coloniam M P. XXXV.] *In Reg.* Saldis Colonia M P. XXV. *Reliqua exemplaria* XXXV. *quam lectionem, quod proximè ad ſummam* CCXVIII. M P. *quæ à* Cæſarea Saldas vſq; *tributa ſupra fuere, accedat, amplectimur.*

Muſulubium M P. XXVII.] *In Re. legitur* Muſulubio M P. XXVII. *At in Blandiniano* Muſlubio M P. XXVII. *In Nea.* Muſlubio M P. XXVIII. *& item in Longoliano: ſed in emendationibus* XXVIJ. *correctum apparet.*

Coba municip. M P. XXVIII] *Legitur in Regio, Blandiniano, & Longoliano: cum in Neapolitana Bibl. exemplari* Cobo *legatur: videndũ, an Ptolemæo id oppidum ſit, quo* χόβατ *ſcribitur.*

Igilgili colon. M P. XXXVIII.] *Reg.* Igirgili Colon. M P. XXVIII. *Blandiniano* Igilegili Colonia M P. XXXVIIII *& item Longolianum: excepto quod milto* XXXVIII *corrigitur. Neapolitanum*

Igiligili mpm xxxviij *habet. Plinij Toletanum exemplar*, Igilgi: *Cæsar augustanum* Gilgili: *& duo alia manuscripta exemplaria* Gigili *& apud Marcianum* Igiligili: *atque item Ptolemæo in sinu Numidico* Ἰγιλγίλει *Ammianus libro 29.* Defertur, *inquit*, ad Sitifensis Mauritaniæ Litus, quod Igilgilitanum accolæ adpellant.

Paccianas Mattidiæ M P.XXXV] *Re.* Paccianis Mattidiæ M P.XXXV. *Blandinianum* Pacianis Matiduæ M P.xxiiii. *In Neapolitano* Paccianis mandre mpm.xxiiii *Longolianum verò* Paccianis Matidiæ M P M.xxiiii. Mattidiæ *cuiusdā magni nominis mentio fit ab Aelio Spartiano in Hadriani Cæsaris vita.* Post hæc, *inquit*, Antiochiam digressus est ad inspiciendas reliquias Traiani: quas Tatianus, Plotina, & Mattidia deferebant. *In Notitia prouinciarum sub dispositione Comitis Tingitaniæ inter Limitaneos recensetur Tribunus cohortis* Pacatianensis Pacatiana: *adsentiente itidem vetusto exemplari.*

Culli munic. M P.xxiiij] *Habet R. Bl.* Chulli municipium M P LX. *& item Ne. Longolianū* Chuli municipium mpm LX. *Plinij cod. Toletanus in Numidiæ regione* oppida Chullurij siccade: *vt plane legendum indicet.* Oppida Chulli Rusiccade *ex Cæsar augustanis* Chulluru sichade, Culluru ficcade, & Culluru ficade. *vt haud dubiè* Chulli aut Chullu *legendum in Antonino videatur. Ptolemæo nn Africæ situ* χολλό↓μέγας. ἡ χόλλυ. *Solinus* Dein Chullu, purpurario fuco, Tyrijs velleribus comparata. *Cap. 29.*

Plinius & Antoninus emendati.

Rusiccadē M P.LX] R. Rusiccadē M P LX. *Bl.*

&

& *Lon* Ruſiccade MPL. *Ne* Ruſiccade MPL.

Paratianas MPL] *Re.* Paratianis MPL. *Bl.* Parationis MPXXV. *Ne.* Paramanus mpm xxv. *Longolianum, Blandiniani lectionem præfert: & miniatulis literis* Paratianis *emendat.*

Culucitanas MPXXV] *Habetur in Reg.* Cucucitanis MPXXV. *In Blandiniano* Culitanis MPXVIII. *& item in Lon. ſed milto emendatum apparet* Cullicitanis: *quemadmodū in Neapolitan. legitur.*

Tacatuam MP.XVIII] *Re.* Tacatua MPXVIII. 4. *Bl.* Tacata MP.XXII *& item Ne. Longolianum vero* Tacata mpm xxii. *Plinij vetuſta exemplaria in Numidiæ deſcriptione,* At in ora Tacatua Hipporegius. *Ptolemæo* ταχάτυη.

Sullucum MPXXII] *Habet Re. at Blandinianus* Sulluccо|M.P.XXII: *& item Lon. & milto* Sullucto *corrigitur. Neap* Sullucio mpm xxij

Hipponē Regium col. MP.XVIII.] *Re* Hippone Regio col. MP.XVIII. *& reliqui* MP. XXII. *differunt.*

Ad Dianam MPXXXII] *Habet Re. Blandinianum ad* Dianum MPMXXXII: *& item Longolianum, ſed milto* ad Dianam *emendat.*

Nalpotes MPXL] *Statim ab diuerſorio* ad Dinā *vetuſta exemplaria, & Longolianū hanc lectionem præferunt: vno excepto vetuſtiſſimo Regio: in quo* Tuniza MPXV. *eius loco legitur: cum reliqua exemplaria poſt Hipponem* Diarrhytum Tuneitam *conlocent: vetuſtiſſimum verò ea parte* Tunizæ *loco* Tuna *habet: atque ea ratione exemplariorum reliquorum conſenſum laudare placet.*

Thabracam MP.xxiiij *Reg.* Thabraca M.P.X xiiij. *Blan.* Thabraca MP. XXX. *& item Longolianus. Neap.* Tabraca mpm XXX. *In Plinij exemplaribus omnibus, corruptum id nomen habetur: Cũ recte Ptolemæi Græca exemplaria cum Antonini vetustis codicibus consentiant,* θάβραχα *enim habent.*

Hipponem Zarrhutum MP.LX] *Reg.* Ippone Zarito MP.LX. *& Bl.* Hippone Zarito MP.LX. *atque itidem Neapolitanus, & Longolianus. Plinius in prouincia, quæ propriè* Africa *vocatur,* Hipponem *à Græcis* Diarchyrum *dictum, propter aquarum irrigua tradit. Iam verò obseruatum à doctis viris video* Zarrhytũ, *pro* Diarrhyto *in Anton. Itinerario reperiri, vti* Zeta *sit, quæ* diæta: *& apud Cyprianum & Pontium Paulinum, pro* Diabolo Zabolus, *& in Hymno festi dedicationis Michaelis Archangeli, quem canit Ecclesia: & nos etiam addimus apud Isidorum, cum de* Ebuso *Insula fit mentio,* Zanium *pro* Dianio *Hispaniæ oppido scriptum. Admonendum præterea cum huius oppidi fiat ab Antonino mentio, videri apud Plinium. in ea parte, qua hunc* Hipponẽ dirutum *vocatum docet,* Dilutum *legi debere: vti ab alijs emẽdatum apparet. tametsi in vetustis omnibus, quæ viderim, exemplaribus,* dirutum *legitur: neque reijciendam eam dictionem puto, contra Pintianum.*

Z pro Di. Vt Zabolus, pro Diabolus. Aelianus li. 7. c. 47. Hist. animal. Dorcadas ait, & Zorcadas dictas.

Tunizam MP. XX] *Hoc loco Re.* Tuna *habet, cum supra, vti monuimus,* Nalpotis *diuersorij loco* Tuniza *adposuerit: manifesto, vt arbitror, librarij errato Bl.* Tunciza MP. XX. *& item Nea. Longolianus, & Aldinus, manifesto errato,* Iuneiza *ha-*

ta habent. Ptolemæo ἱππῶν διάῤῥυτος: & statim subditur θανίσσα, vt haud leuis suspicio iniecta sit, anc Tunizam eam esse vrbem, quæ Straboni τύνις nomine, in Carthaginiensi sinu constituitur: quã iuius libro 30. ab Carthagine abesse ferme 15. M. P. docuit quæ nunc Tunez appellatur: neque is umerus, quem longe Antonini numeri exsuperant, ue ab ea deterruerit opinione: cum directum iter à iuio expositum appareat: & in hoc itinerario id t aduertendum, vias deflecti pro situ vrbium, aut ppidorum, quibus Proconsules Prouincias obire cõ ueuerant.

Memlonem M P. X] *Bl.* Memlone M. P. X. abet: cum reliqua Membro M P X. præferant exmplaria, & typis excusa. Iam vero quod Ptolemæs ἀπόλλωνος ἱερὸν circa hæc loca conlocet, æstimãum an forte Ad Apollinis legendum sit, vt diersorium iuxta Apollinis fanum, indicet.

Item ab Ptocolosida Tingi. M. P. CXLV-[i.] *Sic Reg.* Item ab Ptolocosida Tingi M. P. XLviii. *In Blã. desiderantur tria prima verba, uòd miniatulis litteris describenda relinquebanur: & pro reliquis hæc remanserunt.* Tigin mpm iii. *Sic in Nea. B.* Itẽ abdo Colosida Tingi mil eplus minus CLXviiii. *Sic in Longoliano interersis verbis:* Itẽ Abdo Colosida Tingi mpm iii. *Ptolemæo in Mediterraneis Tingitaniæ Prouin ia* τοκολόσιδα *: nam hoc itinere, cum iter maritinum Carthaginem vsque confectum esset, redit ad editerranea Tingitaniæ.*

Volubilim col· M P. iii.] *Reg.* Bolubilis col. M P. iii. *Reliqua exemplaria* Volubilis & M P. ii

II. *habent. Ptolemæo* οὐολοβιλὶς *inter mediterraneas Tingitaniæ prouinciæ vrbes. Plinius* à Banasa, Volubile *oppidum* XXXV. M. P. *numerat: & tantundem ab vtroque mari distare confirmat.*

Ptolemæi correctio.

Gildam M P XII] *Exemplaria omnia* Gildæ *nomen præferunt: vt apud Ptolemæum in mediterraneis Tingitaniæ prouinciæ* γίλδα *sit legendum pro* σίλδα. *Stephano* γίλδα πόλις Λιβύης.

Vopiscianas M P XXIII.] *Reg.* Vopiscianis M P XXIII. *Blandinianum exemplar & Longolianum* Vipotianis *habent: & in Neapolitan.* Viposcianis mpm XXIIII. *Placet vetustissimi exemplaris lectio: quod à* Vopisco, Vopiscianæ aquæ *siue eiusmodi quippiam, diuersorio nomen dederit. Ab eo loco, ad diuersoriũ, cui* Perdices *nomen fuit inditum, ab optimo exemplari destituti sumus: quod omnia in eo desiderentur: quare miniatis asteriscis loco eo includere placuit.*

Tremulas M P. XVIIII.] *Blandinianum & Longolianum exemplar* Tremulis M P. XVIIII. *præferunt: Neapolitan. verò* Tremulis mpm XXVIII.

Oppidum nouum M P XII.] *Omnia exemplaria* Oppido Nouo M P XII. *habent. Plinio in descriptione Tingitaniæ prouinciæ* Oppidum Nouum: *& Ptolemæo in mediterraneis eiusdem prouinciæ, in Cæsariensi nomine* ὀππιδόνιον *vt* ὄππιδον νέον *legendum sit, & libro 8.* Oppidii *maximum diem designat, tanquam celeberrimæ vrbis prouinciæ Cæsariensis. Pintianus noster haud scio quàm rectè,* Tipasam, *&* Oppidum Nouum

Ptolemæus emendatus & F. Pintianus reprehensus.

uum, *tanquam vnam vrbem accipi docet: vt* Tipa sa, Nouum *vocetur* Oppidum & Latio donatum.

Vnucam M.P.XXII.] *Blandinianum* Vnaca. M. P. XXII. *& item Longolianum: sed milto supra id nomen corrigitur* Vtica XXIII N. Vinca vel Vtica mpm. XXIII. *Cum infra* Vnucæ *nomen non semel omnia retineant exemplaria, & ipsum vetustißimum tribus itineribus nihil mutandum: præsertim supra ab* Vtica *Carthaginem.* XXVII. M. P. *numerantur: vt videndum sit an pro* Vnucam, Vticam *sit legendum.*

Sicilibrã M.P.VII.] *Bl.* Sicilibra M P.VII. N. mpm. XXIII. *Longolianum* VII. *& milto emendatur* XXIII. *Alio itinere ab Hippone Regio Carthaginem* Sicilibræ *nomen, vetustißimum etiã exemplar apponit: & ab ea* Vxucam *in Blandiniano & reliquis exemplarib.* M. P.XIII. *adnumerantur. In Carthaginiensi Concilio Prætextatus* Sicilibrensis *Episcopus subscribit: & in Carthaginiensi D. Cypriano, præside Cornelio Pontif Max. Satius* à Sicilibra, *non* Sicilippa *sententiam ferre merito videtur.*

Vallos M.P.XV.] *Omnia, quæ viderim exemplaria hoc loco, & infra* Vallis *habent: & in eis vetustißimum exemplar:* & Vallos *significari appareret ex eo itinere quod ab Antonino infra à* Tubur- *Vallus pro*
bo *per* Vallos Tacapas *ducitur*. Vallos *autem* *fossa.*
fossam *significare, de qua Plinius.* Ea, *inquit*, pars, quam Africam appellauimus, diuiditur in duas prouincias: veterem & nouam: discretas, fossa inter Africanum sequentẽ, & Reges

Thenas vsque perducta: *eiusmodi enim fossæ in Britannia ab Antonino, & alijs auctoribus* Vallum *appellatur:* Vallum *enim &* Vallos *dici satis ex Cæsaris Commentarijs apparet.*

Coreua M. P. XX. *Blandinianum,* Coreba M. P. XX. *cum infra in eo exemplari* Coreua *legatur; quo loco Re. & item reliqui codices* Correua *habent: & à* Vallis *totidem, xx. M. P. numerantur.*

5. Musti M. P. XXVIII. *Ita legitur in manuscriptis exemplaribus: cum infra in R & reliquis à* Coreua Musti M. P. XXVI *numerentur. Eius oppidi nullam reperi mentionem à Geographis fieri. At Vibius Sequester,* Bagrada, *inquit,* Africæ, iuxta oppidum Musti: vbi Regulus serpentem longum P. CXX. exercitu adhibito interfecit.

Larbum Coloniam M. P. XXX. *Exemplaria omnia* Laribus *habẽt, & numerum* XXX. M. P. *describunt. Ptolemæo in mediterraneis Africæ prouincia Cirtensium vrbibus* λαρὴς *constituitur: & in Carthaginiensi Concilio D. Cypriano assidente sententiam profert Hortensianus* à Laribus. *At Procopius de Vandalorum bello lib. 4.* Laribi *oppidi mentionem facit.*

Altituros M. P. XVI.] *Omnia in eo consentiunt, quæ vidi, exemplaria: neq; alibi eius siue diuersorij, siue oppidi mentionem reperi.*

Ammederam coloniam M. P. XXXII] Ad Mederam *in Blandiniano legitur: & Neap. Longolianoq; : sed milto in hoc additum* Almedera. *Ptolemæo* ἀμμαίδαρα: *In Carthaginiensi Concilio, cui D. Cyprianus præsedit, Felix* ab Ammeclera *sententen-*

tentiam tulisse perhibetur : vti ego arbitror, pro Ammedera. *Orosius de rebus ab Arcadio, & Honorio gestis,* Ardalio *fluminis nomen esse perhibet, quod inter* Thebestem & Amederam *ciuitates fluit, vbi Maszezel Gildonem fratrem, diuina victoria parta profligarit.*

Theueste coloniam M. P. XXV.] *In omnibus exemplaribus* Thebeste *legitur: atq; item infra in vetustissimo: sed cum idem, & Blandinianum, magnæ itidem vetustatis exemplar,* Thebeste *etiam habeat, & Ptolemæo* θεβέστη *sit videtur* Theueste *legendum.*

Mercimeri M. P. XXIV.] *Ita habet Bl. & Long. & in hoc milto additum* Marci Marcimeri. *Neapolitanum exemplar* Mancimem.

Macomades M. P. XXIV.] Macomadibus *exemplaria manuscripta præferunt : & Longolianum* Mocomadibus *& milto emēdat* Macomadibus. *Plinio in excusis exemplaribus in* Bizacena *Africæ regione,* Macomados : *in manuscriptis autem, interpunctis litteris, eius nominis vestigia apparent manifesta. Ptolemæo in situ Syrtis paruæ videtur esse μαχόδαμα. In Carthaginensi Concilio tempore Cornelij Papæ Cassij* à Macomadibus *sententia exstat.*

Sugus M. P. XXVIII.] Sigus *manuscripti codices: &* Sugus *legendum infra docebimus.*

Cirtam Coloniam M. P. XXV.] *In eam lectionem manuscripta consentiunt exemplaria, & Graci item sine adspiratione* Cirtam *edunt, sed eam ob causam in hunc locum deducimus, vt Plinij testimonio appareat, eam vrbem* Sittianorum *co-*

gnomine, ab Rusiccade 48. M. P. distare: quam Pomponius procul à mari, ea tempestate Sittianorum *coloniam, quondam Regum* Iubæ & Sypharis *domum: cum foret opulentißima. In Commentario Africani belli P. Sittius, interim, & Rex Bogud coniunctis suis copijs, cognito Regis Iubæ egressu, propius eius regnum copias suas admouere,* Cirtamq; *oppidum eius regni opulentißimum adorti, paucis diebus pugnando capiunt. Egregiam in eo bello operam P. Sittium Cæsari nauasse Dion libr. 43. pluribus commemorat: vt forte cum* Sittianerum *gens eius vrbis ciuitatem in fidem cepisset,* Sitti *eius patroni fuerint, more maiorum.*

Mileum M. P. XXV.] *in Blandiniano, & Neapolitano legitur. Longolianum vero* Milleum *habet. Ptolemæus item in mediterranea regione inter* Ampsaga *flumen, &* Thabraca *oppidum, statim à Cirta Iulia μύρεσσον conlocat: vt forte Antonini* Mileum *sit. In Carthaginiensi Concilio, tempore Cornelij Pontificis, & Diui Cypriani, Pollianus à* Mileo *Episcopus sententiam protulit.*

Idricam M. P. XXV.] *Habet Blandinianum & Longolianum: sed hoc* Idicriam *emendat. Neapolitanum vero exemplar, immane quantum ab ea lectione dissentiat:* Liberia *enim in eo legitur.*

Cuiculi M P. XXV.] *Habet Blandinianum exemplar. Longolianum* Ciuiculi: *& miniatis litteris emendatum* Ciuculi.

Sitifi M. P. XXV.] *A Ptolemæo σίτιφα κολώνια Cæsariensi Mauritaniæ est attributa: quæ*

postea

postea Sitifensi prouinciæ nomen dedit : vti ex Rufo Festo , Ammiano , Notitia Romani Imperij , & Isidoro apparet. Procopius de bello Vandalico libro quarto . Zelem *regionem supra montem Auraſium , ad Mauritaniam pertinentem,* Sitiphin *metropolim obtinere memorat, Romanorum Imperio, nempe Constantinopolitano tributariam.*

Perdices M. P. XXV.] *Ex hoc loco vetustissimum exemplar Regium suæ integritati est restitutum : reliquaque in hac voce & numero consentiunt.*

Cellas M. P XXVIII.] *Legitur in Re. Reliqui vero* XVIII. *habent.*

Macri M. P. XXV.] *In vnico N.* Matri *pro* Macri *legitur.*

Sabi M. P. XXV.] *Ita legitur in Re. cum reliqua* Zabi *habeant &* M. P XXX.

Aras M. P. XXX.] *R. legit, reliqua vero* M. P. XVIII.

Tatilti M. P. XVIII.] *Cum optimo exemplari Regio consentit in hac lectione peruetustum Blandinianum. Quin & Longolianum eandem præfert. nisi quod* Tatilli *emendat, quemadmodum legitur in manuscripto Neapolitano.*

Auzam M. P. XLIV.] Auza M. P. XLIV. *habetur in R. cum reliqua præferant* XLVII.

Rapidi M P. XVI.] *Regium, & Blandinianum ac Longolianum: sed in hoc* XV. *emendatum: quemadmodum in Neap. legitur.*

Tirinadi M. P. XV. *Habetur in R. Cum reliqua* Tiranadi *præferant.*

Ca-

Caput Cilam MPXXV.] *Habet R. Cum Blandinianum exemplar & Neapolitanum* caputcillam *habeãt. Longolianum* Caput Cillani: *vt forte legendum sit* Caput Cilani: *aut æstimandum an caput fluminis designet: vt apud ipsum Antoninum* Caput Thyrsi: *& in Hispaniæ descriptione*, caput Anæ, *In notitia prætereà Romani Imperij sub dispositione viri spectabilis Comitis Africæ constituitur* Præpositus Limitis Caput Gellensis: *& itẽ sub dispositione viri spectabilis, & Præsidis prouinciæ Mauritaniæ Cæsariensis.*

Sufasar MPXVI] *Habetur tantum in exemplari regio* Sufus *cum omnia exemplaria* Sufasar *habeant: & eam præferendam lectionem esse minimè dubito. Cum in hoc ipso exemplari Regio infra* Sufasar *habeatur.*

Aquas MP.XVI] *Re.* Aquis MP.XV. *atque item Blandinianum & Longolianum: In Ne.* mpmxv. *Forte balnea designat, quæ à Ptolemæo in mediterraneis Cæsariensis prouinciæ* ὕδατα θέρμα. *Nam solo* aquarum *nomine à Latinis* Calidę, *aut* Balnea *designabantur. Hinc apud Ciceronem* Caeiesse *vnus ex ijs qui ad aquas venissẽt*, Et aquis Bilbilitanorum *apud eundem Antoninũ satis apparet Balnea designari: & pluribus alijs locis.*

Aquæ quid.

Tubusuptum MP.XXV. *In optimo exemplari* Tubusuptus *legitur: Cum reliqua facili errato* Tubusuttus *retineant. Plinius in Mauritaniæ Cæsariensis descriptione in manuscriptis exemplaribus*, Intus, *inquit*, colonia Augusta, quæ item Succubar, item Tubusuptu *Ptolemæo* τυβσουπτος. *Ammianus libro 29.* ad Tubusuptum pro-

Pag. 6.

gressus

greſſus oppidum Ferrato continguum monti. *In Notitia Prouinciarum, ſub diſpoſitione Comitis Africæ, inter limitaneos recenſetur Præpoſitus limitis* Tubuſubditani: *in vetuſto itidem exẽplari.*

Item à Lambeſe Sitifi M P Cii] *Sic omnibus conſentientibus exemplaribus. Ptolemæo inter Numidiæ nouæ Africæ prouinciæ vrbes* λαμπάσα λεγιὼν Ζηγησεβάση. *In Carthaginienſi Concilio Cornelij Papæ tempore Ianuarij à* Lambeſe *Epiſcopi extat ſententia.*

Tadutti M P. XVIII] *Regium exemplar habet: cum in reliquis* Taducij *legatur. At in eo itinere, quod à* Tamugadi Lamaſbam *ducitur, idem exemplar* Tadutti *item retinet: cum reliqua* Taduditi *habeant: vt meritò Regij exemplaris lectio præferenda videatur. Illud præterea monendi ratio appetit, vt videant docti viri, an id oppidum quod* βούβοιτις *Ptolemæo poſt* Lampæſam *in ea Theſi conſtituitur cum hoc Antonini conuenire poſſit.*

Nouam Sparſam M P XXXII] *In Concilio Carthaginienſi cui D. Cyprianus præſedit Rogationi Epiſcopi à* Noua *exſtat ſententia.*

Gemellas M P. XXVII] *Reg* XXVIII. *habet: reliqua omnia* XXVII. *quo numero ſummæ ratio conſtat. In eodem Concilio Carthaginienſi Lictei à* Gemellis *Epiſcopi ſententia exſtat: & in Notitia prouinciarum ſub diſpoſitione Comitis Africæ recenſetur inter limitaneos Præpoſitus Limitis* Gamellenſis.

Timphadi M P. XXII] *Habent vetuſta exemplaria: cum in Regio legatur* Tinfadi.

Megeſela M P XXII.] *In regio habetur exẽplari:*

plari: cum reliqua Vegesela *habeant.*

Mascula M P. XVIII.] *Regium* Muscula M P. XVIIII. *habet. Blandinianum, & Longolianū* Mascula XVIII. *Neapolitanum* Mastula XVIIII. *Attamen cum in eodem Carthaginiensi Concilio confessus Clarus à* Mascula *sententiam ferat, placet eam præferre dictionem: atque item numerum* XVIIII. *quod eo summæ vniuersæ ratio constet.*

Glaudi M P XXII] *Habet Regium exemplar: Blandinianum & Neapolitanum* Claudi. *Longolianum* Cludi: *sed* Claudi, *nomine miniaceo corrigitur.*

Tamugadi M P. XXII.] *In Regio exemplari* Gamugadi *habetur: sed cum in reliquis* Tamugadi *legatur: & ipsum Regium exemplar in Itinere à* Lambese *Cirtam* Tamugadi *edat, haud dubiè id adponendum nomen. In Carthaginiensi Concilio tempore Cornelij Papæsententiam tulisse Nouatum à* Tamugade *legimus. Procopius de bello Vandalico libro 4 vrbem* Tamugalim *Maurusios ad solum vertisse memorat, ne hostibus statio esset ad expugnandum Auraſium montem, qui dierum iter decem à Carthagine distaret.*

Diana M P. XXXII] *Regium exemplar* XXXII: *cum reliqua* XXXIIII. *habeant: sed cum numero* XXXII *totius vniuersæ summæ ratio appareat, eam amplectimur. Illud præterea aduertendum in Neapolitan. pro* Diana, Dama *legi.*

Gemellas M P. XXII.] *Vox* Gemellas *in Regio deest exemplari, numero tamen* XXII. *adpositos Sup. iam conlocata est.*

Item

Item à turri Cæsaris] R. It TURRES Cæsaris habet: *Blandinianū vero & Neapolitanum* Item a TURRIS Cæsaris. *Longolianum* Iter à TURRI Cæsaris. TURRIUM *nomine, suburbana priscis illis tē-poribus, aut prædia in Africa nuncupari, quemadmodum apud nostros Cæsar augustæ moris est, Liuij testimonio didicimus. Libro enim* XXXIII. *de Annibale*, Obuersatus, *inquit*, eo die in foro auertendæ suspicionis causa, primis tenebris vestitu forensi, ad portam cum duobus comitibus ignaris consilij est egressus. Cum equi, quo in loco iussi eraut, præsto fuissent, nocte via cita regionem quandam agri Vocani transgressus, postero die mane inter Achollam, & Thapsum ad suam turrim peruenit. *Turres quid.*

Sugus M. P. XV.] *Habet R. reliqua vero* Esigus *& supra* Sigus: *neq; vetustissimi exemplaris lectionem negligendam visum est: præsertim cum infra in Itinere à Musti Cirtam* Sugus *idem exemplar habeat: & reliqua* Sigus: *totidēq; M. P. XXV. adnumerantur.*

Iit. A TAMUGADI Lamasbam M P. LXII.] *Habent exemplaria omnia.* Lamasbæ *fit mentio in Concilio Carthaginiensi, cui D. Cyprianus præsedit: in eo enim Pusillus à* Lamasba *sententiam protulit.*

Duana Veteranorum. M. P. XVI.] *In R. quam lectionem retinendam duximus, cum reliqua omnia* Diana veteranorum *præferant.*

Zarat M. P. XXV] *Vetusta exemplaria omnia:* Pag. 7. *& Longoliani libri* Zarai *præferunt; pro qua dictione*

ctione ego Zarat *substituendam sum arbitratus, Apulei loco admonitus. Is enim priore Apologia aduersus Aemilianum accusatorem hæc subdit.* Attamen parce, Aemiliane, paupertatem cuipiam obiectare, qui nuper vsque agellum Zarathensem, quem tibi vnicum pater tuus reliquerat, solus vno asello ad tempestiuum himbrem triduo exarabas, *Et paulo pòst* Neque hoc eo dixi, quo me patriæ meæ pœniteret, etsi adhuc Syphacis oppidani essemus, quo tamen victo ad Massiniſſam regem concessimus munere populi, ac deinceps veteranorũ militũ dono cõditi, splẽdidissima colonia sumus, in qua colonia patrẽ habui loco Principis, duumuiralẽ cunctis honorib. perfunctũ. Cuius ego locum in ea repub. exinde, vt participare curiam cœpi, nequaquam degener, pari spero honore existimatione tuear. Cur ergo illa protuli? vt mihi tu, Aemiliane, minus posthac succenseas, potiusq; vt veniam impertias, si per negligentiam forte non elegi illud tuum Atticum Zarathe, vt in eo nascerer.

Item à Cala Rusuccurũ M. P. CCCXCIV] *R.* Item à Calamaru Succurru M. P. CCXCIV. *Reliquorum tamen exemplarium lectionem retinemus: quod numeri singulares* CCCXVIII. *summam conficiant.*

Ad Draconos M. P. XIV. *Omnia exemplaria* ad Draconos *habent: cum Reg.* ad Dracones *præferat: tamen cum alias Græco casu nomina aliqua edãtur in hoc Itinerario, retinemus eam lectionem.*

Bal-

Ballene præsidium M.P.XX.] *Reg.* Ballene præsidio M.P.XX. *& item Neap. Bland. vero* Ballenę præsidio M P.XXV. *Longolianum*, Ballene præsidio mpm. XV. *& milto emendat* XX.

Gadaum castra M.P.XXV.] *Legimus quemadmodum in Re. habetur. Reliqua* Cadaum *habēt.*

Vagal M P XVIII.] R. Vaga: *reliqua* Vagal: *atque ita legendum apparet: vt id oppidum sit quod in Cæsariensi est Ptolemæo* οὔαγαι: *& οὐαγαλ forte corrigendum, nam aliud videtur Ptolemæo oppidum in Africa prouincia inter* Myræum *&* Lares, οὔαγα. *Silius Italicus lib 3.* *Ptolemæi locus castigatus.*

Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo.

Castellum Tingitanum.] *De* Tingitano Castello *Ammianus libro 29.* Ad Tingitanum Castellum progressus per Ancorarium montem Mazices in vnum collectos inuasit.

Tigauas munc. M.P.XXII.] *R.* Tigauas municipio M.P.XXII. *Bl.* Tigauta municipio M.P.XXII. *& emendat* Tigauda. *Ne.* Tagauda municipio mpm XXII. *Librarius Longolianus* Tigauda, *cum emendatione vocis* Tagauda. *Ptolemæo in Cæsariensi* τίγαυα.

Tiuagas castra M.P.II.] *Habet Re. Reliqui, quorū lectionē prosequimur,* Tigaua. *Pl. tamen in Cæsariensi Mauritania Ciuitates* Timici, *&* Tigauæ: *quare vetustißimi exēplaris lectionē retinemus, plurium numero: præsertim vetustis codicibus in eam lectionem consentientibus.*

Velisci M.P.XV.] *Habet Regium exemplar.*

Blandinianum Velisci MP.XVI. *& item Longolianum: sed miniaceis litteris* Velesci *corrigit. Neapolitanum* Velesti MP. XVI.

Tanaramusa castra MP.XVI] *Reg. liber. Reliqua* Taranamusa castra. MP.XVI.

Tamaricetum præsidium MPXVI.] *Reg.* Tamariceto præsidio MP.XV. *In manuscriptis & Longoliano id desideratur nomen: cum Aldini excusi* Tramari cito præsidio MPXVI. *habeant.*

Item Rusuccuro Saldas MP.CVii] *Reg. hac in parte corruptè legit.* Item Rusuccur Saldis MP.XXVIII. *Blandinianum & Neapolitanum* Item A Rusuccuro Saldis MP.CVi. Sic. *At vniuersalis summa* CVii *deducitur.*

Tigis MXii] *Habet Regium exemplar: cum alia* Tigisi *habeant. Ptolemæo in Mauritania Cæsariensi* τίγις.

Bidil municipium MP.XXVii] *Re.* Bada municipium MPXXVii. *At Blandinianum & Neapolitanum exemplar, & Longolianum* Bidil municipium MP XXVii. *habent. Ptolemæo videtur esse* βαδελ: *sed placuit* Bidil *opponere.*

Ad Saua munic. MP. XXV] *Habet Reg. cum Blandinianum & Neapolitanum* à Saua municipio MP.XXV. *retineat.* σαυᾶ *fluminis ostij, meminit Ptolemæus in Cæsariensi: sed oppidi nullam mentionem reperi.* Pag. 8.

Satasi MPXV] *In Re.* MPXX. *sed Blandiniani, & Neapolitani sequimur lectionem, qui numerum 16. apponunt. atque eo ratio summæ apparet.* Post Sitisi *Coloniam in R. statim subditur* Satasi MP.XVi. *At in Blandiniano & Neapolitano* Ad Basili-

cam

cam. MP.XVI. *interijcitur. inter* Sitifi Coloniam, & Satafi.

Ad ficum MPXV. *Habent Regium, Blandinianū & Longolianum. At in Nea.* XVI *habetur.*

Itē à Mūsti Cirtā MP CXCVIIII.] *Sic habet li. R. cū reliqui, qui à me laudātur,* CXCVIII *retineāt*

Siccam MP.XXXII.] *Habent manuscripta exemplaria, & Longolianū, Eandē apparet esse hanc* Siccā, *quæ ab Antonino paulo post* Sicca Veneria *cognominatur: & Ptolemæo item inter Numidiæ no uæ vrbes* στίκκα οὐενερία *& libro 8.* Siccā Veneriā *ab Alexandria, occasum versus horis 2 distare prodidit. Plinio etiam in Numidiæ descriptione, cū ab Rusicade in mediterraneis* Cirtā Coloniā *collocat, &* alia, *inquit* intus Sicca. *Procopius lib. 4. de bello Vuandalorum* Sicam Veneriam, *trium dierum iter à Carthagine distare prodit.*

Naraggara MP XXX] *habent duo optima exēplaria, Regiū, & Blandi. In Ne. legitur* Nanraga ra: *& in Lon.* Narragara *Ptolemæo item in Noua Numidiæ descriptione iuxta Theueste* παράγγαρα *quàm male vertes in* Narangara: *cū potius* Narag gara *traduci debeat: & item apud Liuium lib. 30 legendum,* Scipio haud procul Naraggara vrbe, *nō* Nargara, *quēadmodum Carolus Sigonius in veteribus libris reperiri tradit: & apud Polybiū* πρὸς τὴν πόλιν μαργαρὸν: *neque rectè ab eo traditur hanc vrbem à Ptolemæo* ναργαρὰν *nominari: cum in Græcis libris, Colonienſi, & Parisiensi excusis* ναγγαρα *legi appareat. In vetustissimo præterea Tit Liuij exēplari, Cœnobij* Aulae Dei Carthusianorum *ad Gallici ripas, in Cæsaraugustano agro*

T. Liuius correctus & Polyb.

his diebus exædificati legitur. Scipio haud pro- cul Naraggara vrbem: *vt minime dubium sit, quin ita sit scribendum Græcis, & Latinis exemplaribus contestantibus.*

Tagora M.P.XX.] R. Tagora *habet. Blandinianum* Taigura: *& adspirationis nota adiecta est vt esset* Thaigura, *aut* Thigura. *Neapolitanū* Thagura, *& Longolianū* Thigura: *Sed in ea scriptionu varietate, vetustißimi Regij exemplariu manum præferre visum est.*

Tipasam XXXIII.] R. Tipasa XXIV. *habet, cū reliqua* XXXV. *retineant: & XXXIV. legēdum apparuit, vt numerorum summæ conueniāt.* Tipasam *iuxta* Iuliam Cæsaream *conlocat* Ptolemæus, *cuius Ammia. Marcell. lib. 29. mentionē facit.*

Gazaufulam M.P.XXXV.] Re. Gazaufula M.P.XXXV. *cum in manuscriptis, & excusis quas viderim exemplaribus eius diuersorij nomen desideretur. At in Cōcilio Carthaginiensi, cui præsedit D. Cyprianus, Syluanum Martyrem à* Gauzafala, *ita enim legitur in excusis eius Concilij libris, sententiam tulisse legimus.*

Antoninus loco allatus.

Sugus M.P.XXIII.] *Habet R. cum reliqui* Sigus M.P XXXIII. *retinuerint: vt meritò prætulerimus vetustißimi exemplaris lectionem, quæ tam proxime cum summa conuenit numerorum.*

Ad villam Seruilianam M.P.XV.] *Habet R. at reliqui & manuscripti, & excusi* ad Villam Seruiliam.

Item ab Hippone Regio Carthaginem M. P.CCXVIII.] *Habetur in Reg. qua summa numerorū ratio constat: in reliquis* CCXXVIII. *habetur.*

Simit-

Simittu col. M. P. V] *Habetur in Regio & Blandiniano: in Neapolitano vero* Sumicto Colonia, *& Longolianum* Simitu. *Forte id oppidum Plinio,* Simittuense *nuncupatur: & Ptolemæo inter nouæ Numidiæ oppida* σιμίστθ.

Bullam Regiam M. P. VII] *Apud Ptolemæum haud rectè* βθλλαρία *pro* βθ́λλα ῥήγια: *nam libro viij.* Bullam Regiam *ab Alexandria occasum versus horis duabus distare prodidit: atque eidem Ptolemæo alia videtur esse* βθλλαμίνσα *sub Carthagine, inter* Bragada *flumen, &* Tritonem. *Pag. 9. Emendat. Ptolem*

Nouas Aquilianas M P. XXIIII] *Codex. R.* Nouis Aquitanis M P. XXIIII: *alij manuscripti & Longolianus* Nouis Aquilianis M. P. XXXIII.

Cluacaria M P. XXX] *Habet Regium exemplar; & reliqua* Auacaria: *& vetustissimi Regij lectionem retineri placet.*

Tuburbo minus M. P. XV.] *Habet Regium exemplar: alia* M. P. XVI. *Plinio,* Tuburbi *&* Vthinam colonias Africæ esse *in manuscriptis exemplaribus. Ptolemæo* θθβθ́ρβω. *Duplex fuisse cognomen ab Antonino additum, satis indicat* Minus *omnium exemplarium consensu, nisi* Mun. *legendum sit, vt* municipium *intelligas.*

Cigisam M P. XXVIII] *In Reg.* cigisæ *loco lacuna apparet: & numerus* XXVIII. *permansit. Blandinianum vero, & Neapolitanum exemplar & Longolianum* Cigisa M P XXXVIII. *habent.*

Item alio itinere ab Hippone Regio Carthaginem M P CCXXVIII] *In Re. vox* Carthaginē *defit: & summa numerorū est* CCVIII. *In*

Blandiniano & Longoliano omnia eodē modo leguntur In Neap. CCXXVI.

Tagaſte MPLIII.] *Habet Re. Reliqui* LIIII. *Vt Plinio inter oppida libera Africæ prouinciæ,* Tagaſtenſe oppidum *ſit: non* Tageſtenſe, *nec* Tagaſenſe: *neque* Tageſenſe: *quemadmodum in Toletano exemplari legitur, & Cæſaraugustano: nec* Tagecenſe *vti in manuſcripto alio. In Concilio 7. Carthaginienſi, Alypium Epiſcopum* Tagaſtē*ſem ſubſcriptione decreta firmaſſe legimus.*

Plinius correctus.

Membreſſam MP.XXXV.] *Regium, Blandinianum, & Neapolitanum exemplar habent* Membreſſa: *& Longolianum* Membraſſam. *In Concilio Carthaginenſi, cuius ſæpius fit mentio, ſententiam protulit, Confeſſor Lucius à* Membreſſa. *Et Procopius de Bello Vandalico lib. 4* Membreſſam *vrbem* CCCL. *ſtad. à Carthagine diſtare prodidit.*

Vnucam MP.xiii.] *In exemplaribus manuſcriptis Bl. & Neapolitano habetur: atque item in excuſo Longoliano: cum hæc in Regio deſiderentur.*

Pertuſam MP.vii.] *Re.* Pertuſa MP.vi. *B.* Percuſa MP.vii. *Ne.* Pertuſa MP.vii. *Longolianum* Percus mpm vii. *&* Pertuſa *corrigitur. In Hiſpaniarum prouinciarum deſcriptione alterius* Pertuſæ *fit ab Antonino mentio: quam ipſum retinere nomen indicauimus.*

Item Athenis Theueſte MP.CLXXV.] *Habet R. Conſtatq; ſummæ ratio: cum Blandinianum, & Neapolitanum falſo* CLXX. *habeant. Aldinum* CLXXV. *Straboni circa paruæ Syrtis initiū* Theuā *vrbe ſtatuit: Antoninus infra* Coloniā *cognominat. Ptolemæo item iuxta Syrtim paruam* Θέαυαι

Pli-

Plinius in Africæ descriptione Thenæ *inquit*, Macomades, Tacapæ.

Ouisee M P XXV] *Habet Regium exemplar. Bl. & Lon.* Ouisce. *Ne.* Anisce.

Amudarsa M P. XXV] *Habet R. Bl.* Amurdasa *& item Neap. & Longolianus.*

Autenti M P. XXV] *Habet Bl. Neap. & Longol. exemplar: at in optimo illo Regio id nomen, & eius numeri desunt.*

Vegersala M P. XXX] *Habet Regium exemplar, & reliqua* Vegesela.

Menegesem M P. X] *Id nomen, numeriq; in Regio desiderantur: quæ in Bl & Long. habẽtur. In Nea.* Mengeste mpm XX. *Infra in omnibus exemplaribus ab Antonino* Meneggerij *fieri mentionem apparet.*

Item ab aquis Regis Sufibus M P. XX] *Omnia exemplaria* Regis *habent pro* Regijs *In Concilio 7. Carthaginiensi Maximianus* Aquæ regiẽsis *Episcopus subscripsisse memoratur.*

Marazania M P XV] *Habet Regium exemplar alia vero* Marazanis.

Item ab Assuri Thenas M P. CLVii] *Ita habetur in Regio, consentientibus stationum numeris:* Pag. 10. *reiecto diuersorio* Septimuniciæ *: cui in reliquis* M P. XX *attribuuntur: vetustißimi illius libri lectionem retinendam iudico. Reliqua exemplaria* M. P- CXCii. *habent: cum* M P CLXXXii. *numerum stationes illæ conficiant. Ad has Antonini Assuros attinere videtur oppidum illud, quod Ptolemæo in noua Numidia est* Ασσῦρος *sed nihil temere statuo.*

Tuccã Terebẽthinã M P XV] *Re.* Tucca Tere

bent in M P. XV. *Blan.* Tucca Therebentina M P. XVI *Neap.* Tacca Terebentina M P. XV. *Longol.* Tucca Terebentina m. p. m. XV. *Plinio oppidum* Tucca *impositum mari, & flumini Ampsagæ in Cæsariensi. Ptolemæus in eadem Cæsariensi* Tuccam *item conlocat: & duas alias in* Africa *prouincia, vnam inter vrbes Numidiæ nouæ: & alteram inter* Thabracam *vrbem, &* Bagrada *fluuium. Dion libro 48. Tuccæ oppidi Numidiæ, vti ego arbitror, meminit.*

Sufetulam M P. XXV.] *Habent exemplaria omnia: quod oppidum statim* sufibus *adijcitur. In Bl. vero* Nara *interijcitur inter* sufibus, *&* sufetulã *Priuatum à* sufibus *in Concilio Carthaginiensi, Cypriano Præside sententiam tulisse legimus, In Concilio verò 7. Carthaginiensi Iucundus* Sufetulensis *Episcopus subscripsit.*

Madarsuma M P. XXV] *Reg.* Madarsuma *habet Blandinianum* Mada summa, *& paulo post vnica dictione* Maduſſama: *& Longolianum* Mada summa *Ne.* Mada sumina *sed paulo post in itinere à* Tuburbo *per* Vallos Tacapas *in optimo exemplari* Adarsuma *legitur: &* Madarsuma *retineri placet.*

Tabalta M P. XX] *Habet Re. post* Madarsuma: *cum reliqua* Septiminiciam *interijciant, vt admonuimus, non admissam eo itinere in optimo exemplari. Bland. lib.* Thabalta. *Ne.* Tabalta *Longolianum vero* Tubalta: *& milto* Tabalta. *In eo Carthaginiensi Concilio, cui D. Cyprianus martyr præsedit, Adelphum à* Talbalte *siue à* Thabalta *sen-*

ta *sententiam tulisse traditur.* IN *Notitia praterea Romani Imperij sub dispositione viri spectabilis Comitis Africæ, Præpositus limitis* Tablatensis *memoratur: vt forte legendum sit* Tabaltensis. *Coniectura in Notitiæ Prouinc.*

Thenas MP.XVII.] *Habent manuscpta exèplaria: cum infra* Thenis Colonia Macomades municipium MP.XXVIII. *designentur.*

Item à Tuburbo per vallos Tacapas M. P.CCCVIII.] *Habent Regium, & Blandinianum ac Longolianum, atque eam summam minores numeri liquido conficiunt Neap. perperam habet* CCCXVIII. *Ptolemæo in paruæ Syrtis situ, pro* κατὰ *legendum videtur* ταχάπαι *& apud Plinium item plurium numero:* inde Thenæ Macomades Tacapæ. *Coniect. in Ptolē & Plinio.*

Septimunicia MP.XXV.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* septiminitia: *& Neapol.* Septimuncia. *Longolianum* septiminia: *& milto emendat* septiminitia.

Tabalta MP. XX.] IN *Notitia prouinciarum sub dispositione Comitis Africæ inter limitaneos præpositus limitis* Tablatensis *recensetur.*

Cellas Picentinas MP.XXX] *Regium habet quod negligendum non erat,* Cerdis Picentinis. *Blandinianum,* Cellis Picentinis MP. XXX. *Ne.* Cellis Pitencinis: *& Longolianum item,* Cellis Picentinis, *& milto emendatur* Pitencinis, *quare non vereamur pro* Cerdis, cellas *substituere.*

Item Carthagine Byzacio sufetulam vsque MP.CLXXII] *Sic Reg.* Item Carthagine Bizancio. *Blandinianum.* Item à carthagine in Bizan- *Pag 11.*

Bizantio Sufetula vsque M. P. CLXII. *& eodem modo Neapolitanum, & Longolianum exemplar. Varro rerum rusticarum libro primo* Bizacij oppidi *mentionem fecisse videtur, non regionis, In Syria ad Garanda, & in Africa* ad Byzatium *item, ex modio nasci centum: Nam exemplar Bessarionis Cardinalis Niceni*, ad Biratium *legit, & in altero Cæsarauguſtano* ad Byzatium : *& vtrumque in bibliotheca cœnobij* Aulæ Dei, *Cæsarauguſtani territorij asseruatur : vt haud dubie* ad Byzacium *sit legendum : quemadmodum Petrus Victorius obseruauit. Strabo libro secundo, à Getulis deinde Syntas, &* Byzacios *recenset, vsque ad Carthaginiensem regionem.* Plinius, Libyphœnices, *inquit*, vocantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio C C L M. P. circuitu, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. *Et libro decimo septimo, capite quinto, in vetusto exemplari Cæsarauguſtano :* contra in Byzacio Africæ illum centena & quinquagena fruge fertilem campum. *Ptolemæo Libophœnicum à meridie* Βυζακίτις χώρα : *& si male* Βαζακίτις *in excusis legitur : quin & oppidum eiusdem ferme nominis sub Adrumeto ab eodem statuitur* Βυζακίνα. *Marcianus Plinij verba transfert. A* Rufo *præterea* Festo, *inter sex Africæ prouincias* Byzacium *censetur, vti consularis prouincia. Notitia præterea Romani Imperij, sub dispositione viri spectabilis vicarij Africæ* Byzacium

M. Varronis locus.

Plinij locus.

Ptolem. correctus.

zacium & Numidiam *Consulares prouincias designat : præsidiales vero Tripolitani limitis regionem, & Mauritanias* Sitifensem, *&* Cæsarienſem. *Isidorus:* Byzacina,, *inquit*, regio ex duobus nobilissimis oppidis nomen sortita est, ex quibus vnum Adrumetum: *cuius me rei originem minime assequi plane confiteor.*

Per Adrumetum Sufetulam vsque M. P. C X C Sic] *in exemplari Regio pro* C X C. *interuersis literis* C C X. *legitur. Blandinianum. Neapolitanum & Longolianum* C X C. *ciuius summa ratio minoribus numeris congruit.*

Vina M. P. X X X I I I.] *habent Regium, & Neapolitanum exemplar. Blandinianum & Longolianum* X X X I I. *sed in Longoliano milto corrigitur* X X X I I I. *Infra* vina ciuitate *legitur &* Putput X I I. M. P, *numerantur. vide an ea sit, quæ Ptolomæo κώνωπα colonia.*

Putput M. P. X.] *habet Regium exemplar. In reliquis* Putput *habetur. Infra* vici *cognomine ab Antonino censetur. At Marciano inter oppida recensetur.* Hic oppida, *inquit*, Puppup, Adrumetum, Leptis, Ruspinæ, Thapsus : *quæ nomina cum reliquis, cum ex Plinij descriptione descerpta sint, ipse* Putput *adiecit.*

Horrea

Horrea Cælia M P XXXII] *In Regio* Orrea Celia *Blandinianum, & Longolianum,* Horrea cæliaM P.XXXIII.*Neap* Horrea celia mpm xxxiii.*sed numerus* M P. XXXII. *appositè cum reliquis summam* CXC. *conficit. Infra* vicum *fuisse ex Antonino apparet. In Concilio Carthaginensi* vii.*Hilarium Episcopum* Horreocælensem *subscripsisse apparet: & item in Carthaginiensi, cui præsedit* D.*Cyprianus sententiam tulit,Tenax Episcopus ab* Horreis cæliæ.Cælij *vero nomen,cũ* ae *itidem scribi consueuisse,ex vetusto nummovidemus areo:cuius hæc est inscriptio.*

IMP CAES D CAEL BALBINVS AVG
LIBERALITAS
AVGVSTORVM

Adrumetum M P:X.]*Habent Regium & Blandinianum: male Neapolitanum* Hadrumetum, *& qui* Adrumentum *scribunt Appiani libri* ἀδρύμητορ: *Polybij* ἀδρύμητα. *Ptolemæi* Ἀδρύμιττος *Stepha.* Ἀδρύμης Ἀδρύμητος *omni genere deducit.*

Vicum Augusti M P. X X V]*In concilio Africano* D.*Cypriano præside,* Ianuarius *à* vico Cæsaris *sententiam fert.*

Masclianas M P. XVIII.] *Reg.* Masclianis. *& item Blandinianum & Neapolitanum. Longolianum* Masdianis: *& milto correctum* Masclianis. *In Concilio Carthaginiensi Præside* D. *Cypriano, Iulianus* à Marcellina, *siue* à Masclianis *sententiam tulisse fertur.*

Sufe-

Sufetulam M P. XXXVII.] *Reg.* Sufetula M P. XXXVI *habet & Blandinianum Neapolitanum, & Longolianum* M P. XXXVI. *At cum paulo post Masclianis Sufetulam* M P XXXVII: *& XXXVI. numerẽtur, & eo numero rectè summa conficiatur,* M P. XXXVII *hoc loco adposuimus.*

ITẽ à TUSDRO THEUESTE M P. CXCV.] *sic R.* ITEM à Thusdrete M.P. CXLV. *Blandinianum* ITEM à TUSTRO TEUESTE M P M. CXCV. *sic. In Neap. aliquot versus desiderantur. Salluſtij vetuſtiſſimum exemplar* TISDRUM *habet: Commentarij Africani* TISDRAM *pro* TYSDRUM. *Et in fine eius Commentarij* TYSDRITANOS *inquit,* propter humilitatem ciuitatis, certo numero frumenti mulctat: *Ptolemæo* Βύσδρος *& Regium exemplar* THUSDRUM *etiam aspirat.*

ITEM alio itinere à THEUESTE TUSDRUM M P CLXXXV.] *Codex Regius* CLXXV. *Blandinianum & Neapolitanum* CLXXXV. *& summa ratio* CLXXXVI. *numerum conficit.*

GERMANICIANAM M P XXIIII.] *Regium exemplar* Germaniciana M P. XXIIII. *Blandinia, & Neapolitanum* Germaniciana mpm. XXII. *atque item Longolianum. In eodem Concilio Africano Iambus Episcopus à* Germaniciana *sententiam tulit.* *Pag. 12.*

ELICES M P. XVI.] *Regium exemplar* Elie M P. XVI. *Blandinianum* Elices mpmxiiii. *atque itẽ Longolianum. Neapolitanum* Elites mpm xiiii. *Vox* Elices *mire placet: ac Regium exemplar male affectum reor: quod Columella crebros ſulcos aquarios à nonnullis* Elices *vocari, libro ſecundo do-* *Elices.*

ceat, vt

ceat, vt eius rei ergo nomen diuersorio inditum fuerit.

Mazara M. P. XXVIII.] *habet Regium exemplar. Blādinianum* Marazanis *Mpm* XXVIII. *Neapolitanum* Maratanis mpm XVIII. *Longolianum*, Ab Arazanis mpm XXVIII. *Visum tamen est vetustissimi exemplaris lectionem sequi.*

Item à Sufetula Clypeā M. P. CCXVI.] *Regium exemplar* Clypea *Blandinianum item* Clypea mpm. XXVI. *Neapolitanum & Longolianum* A Sufetula Clypea mpm. CCCXVI. *Exemplaria Plinij* Clypea *edunt. Ptolemæo* κλυπία. *Prima, belli Punici primi præmium fuit: primaq;, vt Florus est auctor a Punico litore, quasi arx, & specula procurrit. Liberum oppidum Plinio in promuntorio Mercurij. Cæsar belli ciuilis commentario secundo:* appulit ad eum locum, qui appellatur Anquillaria. Hic locus abest à Clupeis P. XXII, M. habetq; non incommodam stationem: & duobus eminentibus promuntorijs continetur: *vetusta enim exemplaria* Clupeis *plurium numero habent, sed paulo post eadem, & excusa* ad Clupeam *habent: vt verisimile non sit tribus versibus eius nominis genus Cæsarem variasse: quod admonere libuit, propterea quod vetusti Antonini codices* Clypeis *legunt.*

Clypea op.

Cæsaris locus.

Aquas Regias M. P. XVII.] *Manuscripta tria exemplaria, atq; item Longolianum* Aquis Regis M. P. XVII. *cum supra* Masclianis Aquas Regias XVIII. M. P. *numerentur.*

Vicum Augusti M. P. XXXV.] *Exemplaria manuscripta* M. P. XXXII. *cum eadem paulo*

antea

antea bis, Aquis Regijs vicum Augusti M. P. XXXV. *connumerent: quam lectionem retinendam arbitror.*

Putput M. P. XXX. *habetur in exemplaribus manuscriptis & Longoliano: cum supra ex* Putput vico Horrea Cælia XXXII. M. P. *designentur.*

Curubim M. P. XXVI.] *Regium exemplar* Curubi M. P. XXVI. *Blandinianum* Curubi M. P. XXVII. *& Neapolitanum item. At Longolianū* Curubi M. P. XXVII. vel Neapoli M. P. XII. *vt à* Putput *duo itinera designari videantur: Nam & Blādinianum statim subdit* vel Neapoli mpm. XII. *sed in Regio ea dictio,* vel *non habetur. Plinius*; & liberum Clupea in promuntorio Mercurij. Item libera Curubis Neapolis. *Ptolemæo item ordine* Κυροβὶς & Νεάπολις *colonia.*

Maxulam Prates M. P. X.] *habet Regium exemplar.* Maxula M. P. X. *Blan.* Maxsula Prates M. P. X. *reliqui* Maxula prates mpm. X: *quid tamen illud* prates *sibi velit, assequi hactenus non potui. Paulo post* Maxulam ciuitatem *Antoninus cognominat, omnibus in id cognomen exemplaribus consentientibus. Plinius:* Colonia Carthago, magnæ in vestigijs Carthaginis: Colonia Maxula. *In excusis haud recte,* Maxulla: *nam Toletanum* Maxilia *habet: & duo æque vetusta* Maxula.. *Ptolemæo* Μαζῦλα *pro* Μαξῦλα. *Plinij & Ptolemæi loca.*

A Carthagine Thenas M. P. CCXVII.] *Regium exemplar* M. P. CCVIIII. *cum reliqua* M. P. CCXVII. *habeant: quam lectionem præferendam Plinij auctoritate video.* *Pag. 13.*

Ea

Ea pars, *inquit* quam Africã appellauimus, diuiditur in duas prouincias, veterem, & nouam: discretas fossa inter Africanum sequentem, & Reges, Thenas vsque perducta: quod oppidum à Carthagine abest CCXVII. MP. *Toletanum tamen, & tria alia manuscripta exemplaria* CCXVI. MP *habent.*

Inde Leptim magnam MP. CCCCXXII] *Hæc lectio Blandini. & Neapolitani, Longolianq; fide fulcitur: quod Regium exemplar magno sit errore vitiatum: nam* M. P. CCXXIIII. *in eo legimus.*

A Carthagine Maxulam ciuitatem MPXVIII,] *Vetusta exemplaria* Maxula ciuitate MP. XVIII: *cum supra* X MP à Carthagine Maxulam *connumeret: qua in re nihil occurrit animaduersione dignum, præterquam à Ptolemæo duas* Maxulas *recenseri vnam statim à Carthagine, post Cætadæ fluminis ostium, quam Plinius* coloniæ *cognomine decorat: alteram inter* Bragada *flumen, & Tritonem paludem, quæ μάξυλα παλῶα ab eo cognominatur: visusq; est Antoninus* ciuitatis *cognomento hanc distinxisse: in vtroque enim itinere, summa ratio satis constat.*

Maxulæ duæ Ptolemæo.

Putput vicum M.P.XII.] putput vicus MP XII. *in manuscriptis & Longoliano legitur: cum supra à* Vina putput M.P.X *attribuantur.*

Horrea Cælia vicum M.P.XXX.] *eundem numerum apponunt vetusta exemplaria. & excusum Longolianum: cum supra* à putput Horrea Cælia XXXII MP. *numerentur.*

Adrumetum col. M.P.XVIII.] *ita legitur in eisdem*

eiſdem exemplaribus: cum ſupra ab Horreis Cæ-lijs x M P, *numerentur* Adrumetum vſque.

Leptim minorem ciuitatem M P. XVIII] *Re* Leptiminus ciuitas M P XviII. *atque item Neapolitanum. Blandinianum exemplar* Leptiminus ciuitate M P. XviII, *Longolianum* Leptiminus ciuitate mpm. XXiiii. *& miniatulis litteris corrigitur* ciuitas X viii. *Videtur* Leptim minorẽ *pro parua cognominare. Plinio* Leptis altera: *& Ptolemæo* λέπτις μικρά.

Vſulam ciuitatem M P. XXXii] *Manuſcripta & Longolianum* Vſula ciuitas M P. XXXII. *vt forte id oppidum ſit, quod Ptolemæo* οὔσιλλα.

Macomades munic. M P XXViii] *ſupra à* Macomadibus Thenas M P. XVii. *omnia edunt exemplaria.*

Tacapas col. M P. XXX] *Regium exemplar.* Theapas col. M P. XXX. *Reliqua* Tacapas Colonia M P. XXX. *ſupra à* Cellis picentinis Tacapas M P XXX. *deſignauit.*

Agma ſiue Fulguritam villam M P XXX] *Reg.* Agma ſine Fulgurita villa M P XXV. *Blan.* Acma ſiue Fulgurita villa. M P XXX. *& Neapolitanum exemplar.* Acma ſine Fulgurita villa M P XXX. *& Longolianum* Acina, ſiue Fulgurita villa X X X. *& miniaceis litteris* Acina ſine *correctum: forte Græcum nomen eſt:* ἄγμα *pro fragmento, aut* ἄκμη *pro incremento. Infra in itinere, quod à* Tacapis Leptim magnam *ducit* Agma *conlocat,*

Gitti munici. M P. X XV.] *habet Regium exemplar: cum reliqua* Gita municipium. *In*

Itinerario maritimo Blandinianum exemplar Giti de Tripoli: & in Neapolitano Giti: nam in Regio hæc vox defecit: Ptolemæo in Syrtis paruæ thesi γιχθις: quæ an eadem sit æstimandum.

Pontezinta munic. M. P. XXXV.] habet Regium exemplar, reliqua vero Pontezita. Ptolemæus iuxta hæc loca ζήθα ἄκρα. conlocat. Fuit quando suspicatus sum, Pontem Vzitæ legendum. Nam de Vzita auctor Commentarij Africani, Dion libro xliij. & Ptolemæus mentionem fecere.

Vzita.

Villam magnam, Villam priuatam M. P. XXX.] Exemplaria manuscripta, & Longolianum recto casu edunt: & vnicum diuersorium. Mihi verisimile sit, ex duobus in vnum fuisse conflata: quod in hoc Commentario non semel accidisse docebimus.

Fisida vicum M P. XXXI] Regium, Blandinianum, & Longolianum exemplar recto casu eundem numerum edunt; Neapolitanum Fisida intus M. pm. XXI.

Casas villam Aniciorum M. P. XXVI.] Regium, & Neapolitanum exemplar edunt. Blandinianum, & Longolianum Casa silla Aniciorum M. P. XXVII. & in Longoliano milto Casas villa Aniciorum mpm. XXVI. corrigitur. Anicia gens ampla, & præpotens multis sæculis fuit.

Anicia gẽs illustris.

Ausonius ad Probum.

Qui vincit æui iniuriam
Stirpis nouator Anniæ:
Paribusq; comit infulis

Ani

Aniciorum stemmata.

Aurelij Cassiodori variarum libro x. Theodahadus Rex Maximo Domestico V. I. Anitios quidem pœne principibns pares ætas prisca progenuit, quorũ no minis dignitas ad te sanguinis fonte perducta, collectis viribus hilarior instaurata rutilauit. *Iornandis de Iustiniano Imperatore:* Mathasuentã vero iugalem eius fratri suo Germano patricio coniunxit Imperarator, de quibus postumus patris Germani natus est filius, item Germanus: in quo coniuncta Aniciorum gens cũ Amala stirpe spem adhuc vtriusq; generis Dño prestãte promittit.

Sabratam col M.P.XXX.] *Regium exemplar* Sabrata col. M. P. XXX. *Blandinianum & manuscripta alia* Sabrata colonia M P. XXVIII. *Plinius* Sabrata contingens Syrtim minorem: ad quã Numidiæ & Africæ ab Ampsaga longitudo DLXXX. M. P Latitudo, qua cognitum est. CC *Et alio loco.* Item Cydamum è regione Sabratæ. *Ptolemæo inter duas Syrtes* σαβράτα: *& alia iuxta Zetha promũtorium* σαβάθρα: *atq; hoc: quod ad Syrtis minoris descriptionem pertinet, Antonini* coloniam *designari arbitror: & legendum non* σαβάθρα. *Procopio libro ædificiorum Iustiniani VI.* σαβάθρα. *Silius lib. 4.* *In Ptolemæo coniectura.*

Sabrata, tum Tyrium vulgus.

Vax villam repent. M P:XXVII.] *habet Regium exemplar. Reliqua omnia.* Vax villa repentina M. P. XXVII.

Oeeam coloniam M P.XXVIII.] *hæc in optimo exemplari desunt. Blandinianum &*

Longolianum. Oeea colonia M. P. XXVIII. *Neapolitanum* Doca colonia M. P. XXVII I. *Ego* Oeeam *legendum arbitror: vt ea sit de qua Pomponius;* vltra est Oeea oppidum & Cynips fluuius: *Plinius,* litore inter duas Syrtes: Ibi, *inquit,* Ciuitas Oeensis, Cynips fluui⁹, ac regio. *Nam ad litus pertinere ex Ammiano libro xxviij. conijcimus.* Leptitano, *inquit,* agro, & Oeensi internecina populatione transcursis: *vt apud Tacitum* Oeensium *sit legendum, libro xx Annalium, non* Ophensium. Mox, *ait,* Oeensium Leptitanorum q; discordias componit, quæ raptu frugum & pecorum inter ãgrestes, modicis principijs iam per arma, atq; acies exercebantur. Nam populus Oeensis multitudine inferior, Garamantas exciuerat gentem indomitam, & inter accolas latrocinijs fecundam. *Nam ex Ammiano conijci videtur* Leptitanorum & Oeensium *agros fuisse confines. Rem eam, de qua à Tacito mentio fit, commemorari à Plinio, plane mihi persuasum.* Ad Garamantas, *inquit,* iter inexplicabile adhuc fuit, latronibus gentis eius puteos, qui sunt non alte fodiendi si locorum notitia adsit, harenis operientibus. Proximo bello quod cum Oeensibus gessere initijs Vespasiani Imperatoris, compendiũ viæ quatridui deprehensum est. *Facili certe errore ex* Oeensium *voce, in Taciti libro* Ofensium *librarius transscripsit: & postremo ex* OFENSIVM *ductum* OPHENSIVM. *Apuleius in Apologijs* Oeæ & Oeensium *sæpe meminit. In Concilio Carthaginiensi, D. Cypriano præside, Natalis*

Taciti locus correctus.

talis à Boea memoratur: ego ab Oeea legendum arbitror. Silius eodem Africano catalogo:

—Sarranaq; Leptis:
Oeéaniq; Trinacios Afris permista Colonos

Nam quod apud Ptolemæum Ἑῶα legitur, ego legendum arbitror Οιεα: conlocat enim in eadem regiõe iuxta Leptim magnã: quæ enim Ptolemæo Νεάπολις ἡ πρὸς Σύρτει est, ea magna Leptis est. Nam Strabo libro quinto: & aliam quandam continuo esse Neapolim quam Leptim vocent, auctor est: vt de magna intelligendum esse satis appareat: cum iuxta Syrtim maiorem collocetur, & Cynipim fluuium: & Ptolemæus Cynipis ostio adiungit Neapolim, Tripolim dictam. Solinus Achæi inquit, Tripolim lingua sua designant de trium vrbium numero, Taphrę, Abrotani, Leptis magnæ: & Plinius: Oppida, inquit Neapolis, Taphra, Abrotanum, Leptis altera, quæ cognominatur Magna: quæ Ptolemæus adiunxisse videtur nomine Neapolis, & Tripolis. Minime enim verisimile est, cum Ptolemæus libro 8. insignes vrbes ex suis tabulis seligat, quibus noctis & diei longissima spatia definiat, & Leptis magnæ meminerit, eam in regionum Africæ descriptione prætermissam. Adde quod in vetusta versione, & ea quæ Romæ anno M. D. VIII. elegantissimis typis excusa est Neapolis quæ & Leptis legitur: vt Tripolis pro Lepti sit substituta.

De Ptolemæi loco disputatũ.

Megradi villam Aniciorum M PXXX] Eadem recto casu in Regio exemplari habentur. Blandinianum Megdil villa Anitiorum M. P. XXVI.

Neapolitanum Megdil villa Anitiorum mpm XXV. *Longolianum* Megdil villa Aniciorum milia plus minus XXVI.

Minnam villam Marsi MP. XXVIIII.] *Regium exemplar recto casu hunc numerum edit. Blandinianum* Minna villa Amarsi MP. XXVIII, *atque Neapolitanum & Longolianum.*

Leptim magnã col. M. P. XXVIIII.] *Regi.* Lepti magna col. MP. XXVIIII. *Blandinianum,* Lepti magna colonia MP. XXIIII *Neapolitanum* Lepti magna colonia mpm XXIX. *Longolianum* Lepti magna colonia mpm XXIIII. *& milto* XXIX. *corrigit.*

Seggera MP. XX] *habent optima exemplaria Regium & Blandinianum : Neapolitanum vero* Soggera mpm XX *& Longolianum cum* Seggera *prætulisset, milto* Soggera *emendat.*

Pag. 14. Base MP. XXV.] *Habet Regium exemplar: cum* Sere *reliqua præferant.*

Thebunte MP. XXX.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Tabũnte MP. XXX. *Neapolitanum* Tabinite mpm XXX. *& Longolianum* Tabuncte mpm XXX.

Auxiqua MP. XXX.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Auziqua MP. XXX. *& Longolianum: sed hoc milto* Aũxiqua *corrigit. Neapolitanum* Anxiqua MP. XXX.

Anneſel MP. XXX.] *Habent Regium & Blandinianum, ac Longolianum : Neapolitanum vero* Aneſel mpm XXX.

Auziu MP. XVIII.] *In exemplari Regio* Auxiu *Blandinianum* Auzui mpm XVIII: *& Neapo-*

Neapolitanum Anzin MPM XVIII. *Longolianum* Auzui MP M.XVIIII. *& miniaceis litteris corrigit* Auzin. *Forte Ptolemæo inter duas Syrtes ἀζυίς.*

Stixgi MP. XXV] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Astiagi mpm XXV. *atque item Long. Nea. vero* Asciagi MPMXXV.

Macomades Syrtis M.P.XXX.] *Regium exemplar* Macomadibus Syrtis MP.XXX: *cum reliqua* Macomadibus Syrtis mpm XX. *præferãt. Ptolemæus in Syrtis paruæ thesi μακόδαμα collocat iuxta* Tritonem.

Scina MP.XXX.] *Habet Re exemplar. Bl. & Long.* Iscina mpm XXX IIII. *Neapolitanum,* Istina mpm XXXIIII.

Tramaricium MPXXXI] *Re. exemplar* Tramaricio MP.XXXI. *Blan.* Tramaricioio mpm XXXI *& Nea.* Tramariciano mpmXXXI: *In Long.* Tramaritio mpm XXXI. *& milto corrigitur* Tramaritiono.

Aubereum MP.XXV] *Regium exemplar* Aubereo MP.XXV. *Bl.* Aubureo MP.XXV. *Neap.* Ambureo mpm XXV. *Lon.* Aubureo mpm XXV. *& milto* Ambureo *emendat.*

Digdica MP.XXIIII] *habet exẽplar Re. Bl.* Dicdica mpm XXiiii. *& Lon. sed hoc* Dictica *milto emẽdat. Ne.* Dictica mpm.XXIIII.

Tugulus MP.XXIIII] *Regium habet exemplar: & reliqua* Tuculus.

Banadedari MP. XXV] *In Regio legimus exemplari, atque item in Blandiniano: nisi quod duobus distinguitur nominibus*

Bana dedari: *in Neapolita.* Banadredana mpm XXV. *Longolianum* Banade dari mpm XXV. *& miniaceis literis* Benadeeladri *emendat.* Tiniodiri M. P. XXV.] *habetur in Regio exemplari. In Blandiniano, & Neapolitano* Tinioridi mpm XXV. *Longolianum* Timoridi.

Boreum M.P. XII.] *Regium* Bareo. *In reliquis* Boreo. Borion *promuntorium designat. Plinius.* Promuntorium, *inquit*, quod maiorem includit, *(de Syrtibus enim agitur)* Borion appellatur. Vltra Cyrenaica prouincia. *Ptolemæus item* Βορέιον ἄκρον τέλος τὴς συρτέως. *At Procopius* Borij vrbis *meminit* περὶ τῶν κτισμάτων *libro 6: &* Pentapoleos *vltimam esse versus Occidentem Solem; & eam vrbem* Mauruſijs *barbaris proximam constituit.*

Tincauſari M. P. XXIIII.] *Regium exemplar.* Tincauſari M. P. XXIIII. *cum reliqua* Tinciauſari M P. XXIIII *edant.*

Attici M P. XXV] *in Regio, Blandiniano, & Longoliano legimus. At in Neapolitano* Autrici MPM. XXV.

Chorotum M.P. XXV] *habet Regium exemplar* Chorotus. *Blandinianum & Longolianum* Carotus. *Neapolitanum* Carodius.

Caminos M.P- XXII] *habetur in manuscriptis, Blandiniano, & Neapolitanæ bibliothecæ exemplaribus, & excuſo Longoliano, cum in Regio* Chaminos M.P. XXII *legatur.*

Beronicem M.P. XXX] *Omnia eadem auferendi casu* Beronice M. P. XXX. *Straboni, Ptolemæo, & Stephano, Græcis auctoribus* βερενίκη: *&*

Plinij

Plinij quoque manuscriptis exemplaribus, Berenice, inquit, in Cyrenaicæ regionis descriptione, quæ & Pentapolitana regio, in Syrtis extimo cornu est: quondam vocata Hesperidum, abesse à Lepti CCCLXXV M.P. perhibet, quæ directis itineribus, & non mansionum certarum diuerticulis, credibile est connumerari. Ptolemæus idem illi tribuit cognomentum in Pentapolitana regione. βερενῖκη ἡ καὶ ἑσπερίδες, & item Stephanus.

Adriane M.P. XXVIII] habent ea exemplaria, quæ à me conferuntur.

Teuchiram M.P. XVIII] Reg. Theucira M.P. XVIII habet, atque item Blandinianum. Nec Thecira mp. XVIII. Longolianum Theucira mpm XVIII: & supra Therira corrigit. Strabonis à Berenice est vrbs Teuchira, quam Arsinoen vocant. Arsinoen Teuchiram cognominatam à Berenice xliii M.P. distare manuscriptis exemplaribus consentientibus Plinius auctor est. A Ptolemæo itidem appellatur ἀρσινόη ἡ καὶ τευχειρα Stephano δευτέρα πόλις Παραιτονίας Λιβύης, ἡ πρότερον Τεύχειρα quamuis perperam in Aldino libro ταύχειρα legitur.

Ptolemaidem M.P. XXVI] in eum numerum manuscripta consentiunt recto Ptolemaidis casu exemplaria: cum Plinius ab Teuchira Ptolemaidem Barcem nuncupatam XXII M.P. abesse tradat. Longolianum XXV M.P. numerat: & XXVI Mpm emendat: à Ptolemæo ἐπίσιμος cognominatur hæc Cyrenaica Ptolemais.

Lasamices M.P. XXV] habet Regium exemplar., & infra M.P. XXVI. Blandinianum Lasa-

mices mpm XXVI: *cum infra* Lasamicos mpm XXV. *præferat. Neapolitanum item hoc loco* Lasamices mpm XXVI. *& infra* Lasanmicos mpm XXV.

Cyrenem M P.XXV.] *In Regio exemplari* Cirene M PXXV. *& in Blandiniano*, Cyrine M P.XXV. *Græci numero singulari proferunt, & item Latini auctores, & plenius plurium numero, Cicero pro Plancio*, Desiderarunt te *inquit*, oculi mei cum esses Cyrenis: *& doctissimus Poeta Catullus:*

Laserpiriferis iacet Cyrenis.

Limniadem M P.XXI] *Habet Regium exemplar* Limniade M P.XXI. *& item Bl. Ne.* Limnide mpm XXVI. *& Long.* Limnide mpm XXI.

Darnidem M P.XXIIII.] *Regium & Blandinianum, ac Longolianum exemplar* Darnis M P. XXIIII. *Neapolitanum* Darius mpm XXIIII

Ptolemæi loci restituti.

Ptolemæo culpa librariorum δάρδανις *pro* δᾶρνις: *& statim* κατὰ τὴμ ἀπὸ δαρδάνιδος μεσήμβριαμ ἐκβαλλομένην: *pro* δάρνιδος. *Supra enim in ipsis excusis* μεχρὶ δαρνίδος πολέως παράλιον *legitur: & in designatione Marmaricæ* κατὰ τὴν ἐκτεθειμένην διὰ δαρνέως πολέως γραμμήν. *Addet quod in vetusta versione latina, cuius supra mentionem fecimus*, Darnis *legitur: & in excuso Romæ anno M. D. Viii.* Darnis *al.* Dardanis. *Ammianus:* Et Arsinoe eadem, quæ Teuchira: & Darnis, & Berenice: quam Hesperidas appellant *lib. 23.*

Micheram siue Helenem M P.XXX] *Regi.* Michera siue Elene M P.XXX: *& infra* Mecira

Blan-

Blan. Mecira siue Helen M.pm.xxx. *& Longolianus. Neap.* Mechira Helen. M P.xxx.

Badrin M.P.XXV.] *habēt Regium & Blandinianum exemplar & Longolianum: sed hoc milto* Baradim *corrigit. Neapolitanum, vero* Baradin mpm xxv. *Pag 15.*

Catabathmon M. P. XXV.] *in numero omnia conueniunt exemplaria. Sallust* Catabathmon Aegyptum ab Africa diuidere *tradit: vt* prouincia Africa, *& tertia orbis portio intelligatur. Pompon.* A promuntorio Metagonio, ad aras Philænorum, regionem eam proprie nomen Africæ vsurpare, *docet*, & ad Catabathmō Cyrenaicam prouinciam pertinere: *& itē de tertia orbis parte accipi vult.* Asię, *inquit*, prima pars Aegyptus, inter Catabathmon, & Arabas ab hoc litore penitus immissa. *Verum auctor Commentarij belli Alexandrini, perhibet prædicari partem* Alexandriæ *dimidiam Africæ esse: & hoc Itinerarium infra* à *Catabathmo fines Alexandriæ constituit. Pomponius.* In litore, *inquit*, Alexandria Africæ contermina. *Plinio*, finem Cyrenaicū Catabathmon appellari oppidum, & vallem repente conuexam *certum est.* *Mela lo-cu.*

Alexandriam M.P.VIIII.] Alexandria M P. IX *exemplar Blandinianum, & Longolianum* Alexandriæ M P.VIIII. *Neapolitanum.* Alexandriæ Mpm VIII.

Item alio itinere à Ptolemaide Alexandriam.] *Reg.* Item alio itinere Ptolemaida in Alexandria. *Blandinian.* Item alio itinere ab Tholomaida in Alexandriam. *Neapolitanum.*

Item

Item alio itinere à Phtolomaida in Alexandriam *Longolianum exemplar*, Item alio itinere ab Ptolomaida in Alexandriam: *neque vlla mã sionum ſumma appoſita apparet.*

Semeros MP. XXXIII.] *Hæc deſunt in Reg. Blandinian.* Semeros mpm XXXIII. *& item Ne. ac Longolianum: cum ſupra* à Ptolemaide Semeros MP. XXXII. *deſiniantur.*

Fines Marmariæ] *in Regio*, Finis Marmarię. *in Blandiniano & Neapolitan.* Fines Armariæ. *Lõgolianum*, Fines Samariæ, *& milto* Armariæ. *Strabo gentem mari propinquam, & quæ ad Aegyptum pertineat, vſque ad Cyrenem* Marmaridas *eſſe auctor eſt: cui* fines *à Ptolemæo deſignantur: qui ſatis appoſitè huic itinerario congruunt. Nam à* Darnide *vrbe linea protenta,* Pentapolis *ab Oriente parte* Marmaricæ *finitur: atque hoc loco inter Cyrenem & Linniadem Marmariæ fines ab Antonino aſſignantur:* A Paraetonij *ferme regione ad Syrtim vſque maiorem porrigi* Marmaridas Plinius *aſſerit: Gentem* Nomadum Lybiæ *eſſe, Pauſanias in Atticis auctor eſt.*

Hippon M. P. XXVIII.] *Habet vti ſupra* à Darnide *Regiũ, cum reliqua* XXVIIII. *hoc loco præferant: quæ ſupra* XXVIII. *deſinierant.*

Papi MP XXiiii] *Regium* XIIII. *habet. Reliqua vero* XXIIII. *quorum conſenſu ducimur.*

Paniuros MP XXX.] *Habent manuſcripta, & Longolianum. Straboni* Paliurus vicus: *& Ptolemæo in* Marmaricæ *ſitu* παλιοῦρος *vt forte ea ſit, quæ hoc loco* Paniuros.

Miche-

Micheram M P XX] *Reg. cum supra* Michera *siue* Elene *signasset, hoc loco* Micera *habet. Blandinianum* Mecira. *Neapolitanum* Metira. *atque item Longolianum.*

Iucundiu M P XL.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Lucundiu M P XL. *Neapolitanum* Lacundiu M P X L *Longolianum* I ucundui M P XL.

Gereatis M P. XXX I I.] *habet Regium exemplar. Blandinianum* Gertatis mpm XXX I I. *& item Longolianum: & milto* Cereatis *emendat. Neapolitanum, quod proximè ad Regium accedit,* Cereatis mpm XXX I I.

Geras M P XV I I I] *manuscripta exemplaria habent & Longolianum.* Geras *oppidum circiter* L. *stadia à* Pelusio *situm Nicephorus Callistus libro 13. Ecclesiasticæ historiæ asserit. Ptolemæo iuxta Pyrhis promontorium* γραιας γονυ.

Zigilis M P XXX I I.] *habet Regiũ exemplar. at manuscripta & Longolianum* Zatilis mpm XXX I I: *forte Ptolemæo* ζαγυλις κωμη.

Aristeu M P XX] *Regio, Blandiniano, & Longolano assentientibus. At Neapolitanum habet* Ariteia mpm XX.

Thabrasta M P. XXX I I.] *In Regio legimus exemplari. Reliqua* Tanabastra M P XXII: *sed in Longoliano milto corrigitur* Thanabristra.

Parætonium M P XXV I] *Regium* Parecono M P XXV I *Blandinianum & Longolianum* Paracomo mpm XXV I. *Neapolitanum* Paraconio mpm XXV I. *quod ad* Parætonio *proximè videtur accedere. Nam* Parætonium *vrbem esse, & ingen-*

ingentem portum Strabo auctor est. Mensura, *inquit Plinius* à Catabathmo ad Parætonium LXXXVI. MP. *Sed hoc iter diuerticulis mansionū ducitur. In Ptolemæi exemplaribus* παραιτόνιον. *At Stepha.* παραιτόνιον, πόλις πλησίον Αλεξανδρείας, ἣν αμμωνίαν καλοῦσι.

Euthicu MP.XL] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Euticu mpm XL *Neapolitanum,* Eutitij MP XL. *& post* Tanabastra *adijcitur: Longolianum item post* Tanabastra, *milto* Euticu XL : *& statim*, à Paraconio Futicu M P M. XL,

Phædonem MP.XXVI.] *Regium exemplar* Phedone MP.XXVI. *reliqua vero* Pedone mpm XXVI,

Caportim MP.XVI] *summo consensu* Caportis *in omnibus, quæ conferimus, legitur exemplaribus. Sed cum hac mansione iter quod* Alexandriam *ducebatur, finiri videamus, eum locum designari arbitror, quo Alexandriam conditam ferunt, in Africæ parte* ab ostio Canopico XII. MP. *vt auctor est* Plinius, *qui in omnibus manuscriptis exemplaribus* Erapotes *nominatur. Strabo, & ab eo Stephanus, Alexandriam prius* Rhacoton *cognominatam ferunt: atque haud scio quàm recte* Pintianus *noster* Rhacotem *in Plinij libris substituat, & vetustorum exemplarium, quæ ad Antonini exemplaria proxime accedunt, lectionem interrumpat.*

Plinii lectio contr. Ferd. Pint

Iter quod Limitem Tripolitanum per turrim Tamalleni &c.] *Hic* Limes Tripolitanus Thamallensis *videtur cognominari à Noti-*

Pag. 16.

tia

tia prouinciarum Romani Imperij : cuius auctor Marianus Scotus *fuisse perhibetur. Nam sub dispositione viri spectabilis Comitis Africæ inter Limitaneos recensetur præpositus* Limitis Thamallẽsis *neque* Tripolitani Limitis *fit mentio.* *Notitiæ Prou. Imp. Rom. quis auctor.*

Atacapis ad aquas MP. XVIII] *Habent Regium. & Neapolitanũ. Blandinianum & Longolianum* XVIIII. *cum infra* ab aquis Tacapinis Tacapas, *omnia exemplaria* XVIII. *contineant. Eæ enim aquæ eadẽ quæ* Tacapinæ *vocantur, esse videntur.*

Agariabas MP. XXX] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Agariauas mpm xxx. *Neapolitanum* à Gorlanis mpm xxx. *Longolianum* A Gariauas mpm xxx.

Turrem Tamalleni MP.XXX.] *Regium exemplar* Turre Tamalleni MP. XXX. *Blandinianum* Turreta Malleni mpm xxx. *Longolianum* Turre Tamallem MP.XXX. *In exemplari vetusto* Notitiæ *prouinciarum Episcopi Albanensis, Cardinalis de Vrsinis, quod in Cœnobio S. Mariæ* Aulæ Dei *Ordinis Carthusiensis asseruatur, sub dispositione Comitis Africæ inter limitaneos recensetur præpositus* limitis Thamallensis.

Bereceos MP.XXX.] *Habetur in manuscriptis Bl. & Ne. exemplaribus: & excuso Long. cum Reg.* Adzereos MP.XXX. *præferat.*

Aulsiindi MP. XXXii.] *deest in Regio hoc diuersorium. Blandinianum* Ausilnidi mpm XXXII. *Neapolitanum* Asilmidi mpm XXXII. *Longolianum* Ausilindi mpm XXII. *& milto corrigitur* Asiliundi mpm. XXXII.

Agma

Agma M P XXI I] *Regium exemplar* Agmâ M P. XXX. *Blandinianum* Augma mpm XXI I. *Neapolitanum* Augina mpm XX I I. *Longolianũ* Agina mpm XX I I. *& milto* Augina.

Augemmi M PXXX] *Regium* Auzemmi M P. XXX *Blandinianum* Augem mi mpm XXX *Ne.* Augemi mpm XXX. *Longolianum facili errore ex* Augemmi, Augemini M PXXX.

Tabalati M P. XXX.] *In Regio, Neapolitano, & Longoliano. At Blandinianum* Thabalati mpm XXX. *In Notitia prouinciarum inter Limitaneos, Præpositus* Limitis Tablatensis *sub dispositione viri spectabilis Comitis Africæ.*

Thebelami M P XXV] *Habet Regium exemplar, cum in reliquis* Themelami *legatur.*

Tillabari M PXX] *præferunt manuscripta exemplaria, & libri Longoliani. In notitia prouinciarum sub dispositione Comitis Africæ, inter limitaneos Præpositus limitis secundanorum in castris* Tillibarensibus *recensetur.*

Adaugmagdum M P. XXX] *Habetur in manuscriptis Blandiniano & Neapolitano, Longoliano que: cum in Regio* Adamadum M P. XXX. *legatur.*

Tabunagdi M PXXV] *Habet Blandinianum exemplar, & Longolianum. At Regium* Tabuinati M PXXV. *Ne.* Thrabunacti mpm XXX.

Tramusdusim M P. XXV] *Blandinianum. At Longolianum* Tramisdusim mpm XXV. *Regium* Tharama M P. XXV. *In Neapolitan. deest hæc mansio.*

Thamascaltin M P XXX] *Habet Blandinianum*

num: & in Regio desideratur. Neap. Thamastaltim mpm. XXX: *& Longolianum* Thamus caltin mpm. XXX. *& milto corrigitur* Tamascaltim.

THENTHOS M. P. XXX.] *habetur in Blandiniano, & Neapolitan. Regium* THENTEOS M. P. XXV. *Longolianum* Theuteos mpm. XXX.

VINAZA M. P. XXXII.] *habent Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum exemplar. Regium* M. P. XXXV.

THALALATI M. P. XVI.] *Regium.* THALATATI M. P. XV. *& reliqua* Talilati mpm XVI.

THENADASSA M. P. XXVI.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Tenadassa mpm. XV. *Neapolitanum* Tenadassa. mpm. XXV. *& Longolianum.* Tenadassa mpm. XV. *& milto.* XXV.

MESPHE M. P. XXX.] *Regium habet exemplar: cum reliqua* Mespe mpm. XXX. *præferant.*

ATELEPTE TACAPAS M P. CXLII] *habetur in exemplari Regio. Reliqua præferunt* Acelepte mpm. CLII. *præter Neapolitanum: in quo summa mansionum deficit. Sed cum singularum mansionum numeros summa recte colligat Regius & Blandinianus, Regij lectio præferenda erat. In Concilio Carthaginiensi, cui D. Cypr. præsedit, Iulianus à* Telepte *sententiam tulisse traditur.*

GEMELLAS M. P. XXII.] *habent*

Regium, Blandinianum, & Longolianum exemplar. Male in Neapolitano mpm. XXV. *In Notitia prouinciarum Romani Imperij Præpositus limitis* Gemellensis *recensetur sub dispositione viri spectabilis Comitis Africæ.*

Gremellas M. P. XXV.] *habent Regium, Blandinianum, & Longolianum exemplar. In Neapolitano perperam* Gremellas mpm XXXIIII.

Capse M. P. XXIIII.] *Regium exemplar* Capsæ M. P. XXIIIII. *Blandinianum* Capse mpm. XXIIIII. *Neapolitanum* Capse mpm. XXXV. *Longolianum* Capse mpm. XXIIII. *& milto* XXXIIII. *An* Capsa *sit, æstimandum: oppidum magnum, atque valens inter ingentes solitudines, vt auctor est Sallustius: cuius conditor Hercules Libys memoratur. Certè in eodem Carthaginiensi Con. Donatulus à* Capse *recensetur.*

Capsa opp.

Thasarte M. P. XXXV.] *habet Regium exemplar. Blandinianum, & Longolianum* Tasarte mpm. XXXV. *Neapolitanum vero* Tasarte mpm. XXVIII.

Aquas Tacapinas M. P. XVIII.] *habent Blandinianum & Longolianum: cum Regium exemplar.* Aquas Tacapitanas M. P. XVIII. *præferāt. Neapolitanū* Aquas Tacapinas mpm. XXVIII.

Tacapas M. P. XVIII.] *habent Regium, Blandinianum, & Longolianum exemplar. Neapolitanum haud rectè* mpm. XVI. *supra enim à*

Pag. 17.

Ta-

Tacapis ad Aquas XVIII. M. P. *designantur.*

Sardinia. *initialibus litteris habetur in Regio exemplari post* Tacapas: *quæ dictio in reliquis deficit, mihi videtur* Sardiniæ *legendum: vt* itinera *eius Insulæ subaudiantur: quemadmodum in eodem Regio codice* CORSICAE: ET SICILIAE *legitur in Blandiniano, atque in Regio.*

Iter Sardiniæ à portu Tibulis Caralim M. P. CCLII. Sic] *Regium exemplar* iter Sardiniæ ad portu Tibolas Caralis M. P. CCXLII. *Blandinianum, & Neapolitanum* Iter Sardiniæ à portu Tibulas Caralis M. P. CCLV. Sic.] *Longolianum*: Iter Sardiniæ à portu Tibulas Caradis mpm. CCXXV. Sic Caralis *singulari numero præferimus versu Claudiani, in fine de bello Gildonico:* *Caralis.*

Tenditur in longum Caralis——

Strabo libro 5. ἀξιόλογοι δὲ κάραλις, καὶ σύλλοχοὶ: *Et in Ptolemæi excusis exemplaribus* χαραλλὶς πόλις καὶ Ακρα Autor Cōment. *belli Africani plurium numero produxisse videtur.* Et post diem, *inquit*, tertium Caraleis in Sardiniam peruenit. *Ptolemæo* τίβυλα. Tibularij, *siue vt in Ptolemæo legimus,* τιβυλάτιοι, *oram insulæ tenent, quæ ad Septentriones vergit.*

Turublum minorem M. P. XVIII.] *Regium* Turublo minore M. P. XVIII. *Blandinianū Neapolitanum, & Longolian* Turobole minore

mpm XIIII. *sed hoc milto corrigitur* Turobo lemnore.

Longones M P.XII] *Regium* Longone P.XII. *At reliqua* Longones mpm XII.

Olbiam M P.XXXVIII] *Regium* Vlbia M M PXXXVIII. *reliqua* Vlbia mpm XXVIII *Cicero, cum Q. eius frater pro* COS. *Sardiniæ præsideret, ad eum scribens,* A te, *inquit,* post illam Olbiensem epistolam nullas litteras accepi. *Et alia Epistola:* Sed quosdam venisse tamen Olbia dicebant, qui te vnicè laudarent.

Plinii locus. *A Plinio recenseri eo loco quo* Bosenses *memorantur, mihi fit verisimile, ac potius* Bosenses *fuisse prætermissos, paruam ciuitatem, quam* Olbienses. *Exemplar enim Toletanum* Bicienses *habet, & alia* Vitenses *aut* Vicenses. *Claudiani quoq; versus de bello Gildonico corrigendus:*

Claudiani locus corrigitur.

Pars adit antiqua ductos Carthagine sulcos:
Partem littoreo complectitur Olbia muro:

Pro illo Obuia: *quod Mariangelus Accursius non animaduertit, cum recte ex manuscriptis exemplaribus* Sulcos *emendauit ea parte qua excusi* muros *prætulerant. Pausanias in Phocicis, è Thespiensibus & Attica Iolao duce, manus quasdã transmigrasse, quæ* Olbiam *munierint, perhibet: &* Orgillem *etiã dictam. Stephanus inter plures* Olbias ἔκτη, *inquit,* σαρδῶς. *Ptolemæo* ὀλβία πόλις, *&* ὀλβιάνος λιμήν.

Coclearia M.P.XV] *Habent manuscripta exemplaria: Longolianum vero* Goderia MPM-XV.

Portum Luguidonis M P. XII] Portu Ligui-

Liguidonis MP. XII. *habent manuscripta: & Longolianum* Portu lignidonis mpm XII. *Ipsi videntur esse qui Ptolemæo* λιγυδωνίσιοι *cognominantur: vt* λιγυδωνισιοι *forte sit legendum. Hodie nomen retinere videntur: nam regionem, & promuntorium vocant* Lugodor.

Fanum Carisi MP.XV.] *Regium* Fano Carisi MP.XV. *Reliqua* Fano Carisi mpm XXV.

Vineolas MP.XV.] *Regium* Viniolis MP. XV *Bl. & Ne.* Viniolis mpm XII *Lō*. Vineolis mpm.XII. *& milto corrigitur* Viniolis

Sulcos MP XXXV.] *omnia manuscripta cum Longoliano* Sulsis MP.XXXV. *Stephanus cũ Clauliano* σύλκοι πόλις ἐν σαρδοῖ, χαρχηδονίων κτίσμα. *Pausanias in Phocicis refert Pœnos vrbes duas in Sardinia munijsse* Carnalin *&* Syllos *vro* Caralin *&* Sulcos. *tametsi, vt video, sunt, qui vulgatæ lectioni adsentiantur: Auctor Commentarij belli Africani*: Ibi Sulsitanos quod Nasidiũ iusque classem receperant, copijsque iuuerant HS CM. multas, & pro decumis octauas rendere iubet. Sulcitani *Ptolemæo maxime ad meridiem vergunt.*

Pausaniæ locus.

Porticenses MP.XXIIII.] *Regium* Portinses MP.XX IIII. *Reliqua vero* Porticenses mpm XXIIII.

Sarcopos MP XX] *Habet Regium exemplar: & reliqua* Sarcapos mpm XX. *forte ea ciuitas est, quæ Ptolemæo* σκαρπιτάνοι.

Ferraria MP.XX] *Omnia in eam lectionem consentiunt exemplaria, Regio dempto: in quo* Ferralia *legitur.*

Alio itinere ab Olbia Caralim MP. CLXXIII. Sic] *Regio exemplari* MP. CLXXII. *Blandiniano* CLXXIII: *numerorũq; ratio summæ cõgruit. In Neapolitano totum hoc deficit iter. Longolianum* Alio Itinere à Bublia Carallis mpm CLXXXIII. *&* CLXXiij. *corrigitur.*

Caput Thyrsi M.P.XL] *Reg.* Caput Tirsi MP.XLiiij. *Bla. & Lon.* Caput Tyrsi mpm XL.

CaputFlu. Fontem *fluuij Thyrsi designari arbitror, non* Ostium: *tametsi Ptolemæus* Ostij *meminit: nam* Ostia, capita *etiam vocabantur, & Cæsar Rhenum multis capitibus in Oceanum influere tradidit. Supra mentio fit* Capite Anæ fluminis, *ab Antonino* fontem *ipsum intelligi. Apud Pausaniam in*

Pausanias *Phocicis*, Tharsum *fluuium Insulam mediam præterfluere legimus*; *vti ego arbitror, pro* Thyrso.

Sorabile MP XLVI] *Habent Blandinianum ac Longolianum exemplar: quo numero summæ ratio constat: in regio* Sorabile MP. XLV. *in Neapolitano hoc iter defecit. Ptolemæo* σαραλαπὶς *in mediterraneis: nec mihi constat, an idem sit.*

Ptolem. castigatus. Bioram MP XLV] *Habent Regium & Blandinianum, & Longolianum exemplar. forte ea designatur statio, quæ Ptolemæo* βιόια λιμὴν *vt sit scribendum* Βιόρα.

A Tibulis Caralim MP CCXIII] *Habent Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum exemplar: cum in Regio* CXIII. *male præferatur.*

Gemellas MP. XXV] *Habent Regium & Blandinianum, ac Longolianum exemplar. In Neapolitano perperam* mpm XII.

Lugdo

Lugdonec M P. XXV.] *Regium* Luguinec M P.XXV.*Blandinianū* Lugdonec M P M XXV. *Neapolitanum* lugudonec mpm XXIIII. *Longolianum* lugdonec mpm XXV. *& milto corrigit* lugudonec *Forte legendum erat* luguidonē CIV.M P.XXV:*vt*, luguidonē ciuitatē *designet: à qua &* portus luguidonis *&* luguidonesij *regio Ptolemæo.*

Nasa M P.XXiiii.]*& manuscripta & Longolianum in id nomen consentiunt.*

Molaria M P.XXiiii.] *Habet Blan In Re.pro ea mansione lacuna extat,& numerus* XXIIII.*tantum supereſt.Ne.*Molaria mpm XVIII. *at in Lon.* Molaria mpm XXIII *&* XXIIII.*corrigitur.*

Forum Traiani M P. X V.] *Post* Molaria *altera in Regio lacuna exstat: & mansionis nomen deficit,ac tantum numerus* M P. XII. *apparet. Blandinianum continenti ductu* Foro Traiani mpm XV *habet:atque item Longolianum. In Neapolitano nulla etiam lacuna* Foro Traiani mpm. XV:*& miniaceis notis* XXV.*corrigit: Procopius de ædificijs Iustiniani mentionē facit vrbis,quā Rom.* Traiani præsidium *vocarint, vt in exemplari Græco pro* φορὸν,φρούριον *legatur.* *Cōiectura de Procop. loco.*

Othoca M P.XVI] *Omnia in eā māsionis vocē & numerum exemplaria consentiunt,& infra altera mansione.* *Pag.18.*

Aquas Neapolitanas M P.XXXVI.][*In Re.exemplari* aquis Neapolitanis M P. XXXVI: *cum reliqua ex certa, & minime dubia scriptura adeò detorserint, vt nisi ope Regij exemplaris corrigi minimè posset,* Aquis *enim* Niapollinis

mpm. XX XVI. *habent. Neapolis enim vrbis, & Neapolitanorum regionis Ptolemæus, & Plinius meminere: ac à Ptolemæo itidè* Neapolitanarum aquarum *fit mentio:* ὕδατα Νεαπολιτάνα: *vt exemplo ea res sit, quantis tenebris, in hoc præsertim Itinerario inscientia librariorum offundamur: atq; alijs locis indicabimus.*

Vineolas M. P. XI I.] *Regium exemplar* Auiniolas M. P. XV. *Blandinianum, & Neapolitanum* Viniolis mpm. XI I. *Longolianum* Viniolis mpm. XX I I: *sed numero* X I I. *ratio vniuersæ summæ congruit.*

Erucium M. P. XXI I I I] *Regium, & Blandinianum* Eruciom. P. XXI I I I. *legunt. Neapolitanum* Eputio M. P. XXI I I I. *in Longoliano* Erucio mpm. X XI I I I. *& milto* Eption *corrigit. Aestimandum an id oppidum sit, quod Ptolemæo inter vrbes mediterraneas* ἐρίκινον *appellatur.*

Ad Herculem M. P. XXII] *Regium* Ab Ercule M. P. XX I I. *Reliqua* Ad Herculem mpm. XXII. *Ptol.* Ἡρακλέους λιμὴν *prope* Noram *vrbem.*

Ad Turrem M. P. XVI I I.] *In eius mansionis numerum omnia consentiunt exemplaria. Vide an colonia* Sardiniæ *sit, quam vnam appellat Plinius, quæ* ad Turrim Lybisonis *vocaretur. Ptolemæo* πύργος Βιοσώνος πόλις. *Hodie* Turritani *celebres.*

Noram M. P. XV I I] Nure mpm. X V I I. *legitur in manuscriptis, & Longoliano: & paulo post ter* Nura. *Plinio* Norenses: *& Ptolemæo* νῶρα πόλις. *Pausanias in Phocicis auctor est, post Aristæum*

ſtæum Hiberos ex Hiſpania in Sardiniam tranſmiſiſſe, Norace *duce: à quo nouam vrbẽ* Noram *appellarint.*

Boſam M. P. XXV.] *eadem exemplaria recto caſu* Boſa M. P. XXV. *Ptolemæo* βόσα. *Hodie vrbs Sardiniæ, id nomen retinet.*

Cornos M. P. XVIII.] *Habet Regium exemplar & Blandinianum: Neapolitanum vero* Carnos mpm, XVIII. *Longolianum* Carnoſa mpm. XVIII. *& milto* Carnos *corrigitur. Ptolemæo* κόρνος *&* κορνήνσιοι.

Tharros M. P. XVIII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Tharbos mpm. XVIII. *Neapolitanum* Tharphos mpm. XVIII. *Longolia.* Tharbos mpm. XVIII. *& milto* Tharphos *emendat. vide an ſit, quæ Ptolemæo* τάρρας πόλις.

Item à Sulcis Noram M. P. LXVIIII.] *Regiũ* M. P. XC. *cum duabus manſionibus in eo deſcriptis ſumma numeri* LXVIII *ducatur. Blandinianum.* LXVIII. *& ab librario eodem* LXIX. *corrigitur. In Neapolitano hoc defecit iter. Longolian.* LXVIII. & LXVIIII. *emendat.*

Tegulam M. P. XXXIII.] *Habet Regium exemplar. Recto caſu Blandinianum & Long.* Tegula mpm XXXIIII.

Noram M. P. XXXV] *Regium, Blandinianũ, & Longolianum* Nura mpm XXXV.

A Carali Noram M. P. XXXII.] *Regium* A Carilis Nura M P. XXXII. *Blandinianum.* Item A caralis Num. mpm. XXII. *In Neapolitano* A Sulcis mpm. XXII. *Longolianum.* Iter à Caralis Num. milia plus minus XXII.

A Mariana Plalas MP.CXXV *Regium exẽplar* a Marianas plenas MPCXXVI *:cum ipsius exemplaris mansionem numeri* CXXV. *conficiant. Blan.* a Mirrana Palmas mpm CXXV: *& eiusdẽ librarij manu* a Mirraniana *apparet correctio. Nea.* a Nurnuana Palmas milia plus minus CXXV *Lon* Amiriana Palmas milia plus minus CXXV *Plinius Colonias* Marianam *à C. Mario deductam ait*, Aleriam *à Dictatore Sylla.* Aleriam *à Lucio Cornelio Scipione deletam, Florus auctor est.*

Portum Fauoni MP.XXX]*Re. exemplar* Portu Faboni MPXXX *Bl.* Portu Nauoni mpm XXX *Ne.* Portu nauem mpm XXX. *Lon. Blādiniani lectionem præfert, & multo correctionem* Naueni, *pro* Nauoni. *Ptolemæus φιλωνίδ λιμὴν vt in alterutro erratum sit.*

Plalas MP. XXV.] *In Regio legimus exemplari. Blandinianum* Palas MPMXXV : *& item Neapolitanum & Longolianum : in qua diuersitate Regij exemplaris lectionem retinendam existimauimus. Ptolemæo in meridionalis lateris descriptione πάλλα πόλις.*

A Traiectu Lilybæum M P CCLVIII
Pag. 19. Sic] *Regium* Traiecto Lillibei M P. CCLV. *Blandinianum* A Traecto Lilibeo MPM CCLVII Sic *& item Neapolitanũ & Longolianum: Sed singulares numeri recte* M P. CCLVIII. *summam conficiunt : Infra in hoc itinerario* Traiectum Siciliæ *vocat. Auctor Commentarij belli Alexandrini* Fretum Gaditanum *vocauit.* Legiones *inquit*, quas in Africam ducturus e-

fat

rat, & auxilia mittit ad Traiectum. *Strabonis locum lib. 6. vitio non carere arbitror, qui ex Posidonio à Messana Lybybæum per Valeriam viam* quinque & XXX M. *interesse scribit.* *Strabonis locus expendendus.*

Messanam M P XII.] *Habent manuscripta, & Longolianum casu recto. Strabo* Messanam *à* Rhegio stadia LX. *distare, & à* Columella *multo minus confirmat. Plinius etiam* XII. M.P. *in longitudinem Sicilienſi freto tribuit: & in latitudinem* M CCCCCC P *iuxta columnam* Rhegiam.

Tamariciam siue palmas M P. XX *Hi versus in* Regio *exemplari ita inuersi & deprauati sunt, vt veram, & germanam nobis lectionem patefaciant. Ita enim legitur.* Tauaricios siue Palpæ Tauromæ. . . . . Mas . . MP.XX . . Nium Naxo . . . . In *Blā. vero* Tamaricio palmax mpm xx Per Tauromenium Naxo mpm. x v. *& correctū eadem manu* Naxum. *Neapolitanū habet* Tamaritio palmax mpm xx Per Tauromaniū Naxum milia plus minus xv. *In vetustis Ciceronis & Plinij exemplaribus* Tauromenium, *non* Tauromenium *legimus. Strabonis item, Ptolemæi & Stephani libris* ταυρομένιον *& Prisciano libro 2.* ταυρομενίτες *à* Tauromenio. *Plinius*, Colonia Tauromenium, quæ antea Naxos. *vt, qui possint disiungi* Tauromenium, *&* Naxos *non videam, & vetustissimi exemplaris lectio præferenda videatur, in qua præpositio* et *nusquam apparet,* Naxum *&* Megarā *Strabo sua ætate deletas perhibet.*

Acym

Acym MP. XXiiii.] *Omnia* Acio MP.XXiiii. *Hodie videtur esse* Iaci *vt à fluuio nomen sumpserit. Silius:*

Quique per Ethneos Acys petit æquora fines.

Catanam. M.P.VIIII] *Omnia habent* Catina mpm VIIII. *cum* Catana *legendum sit Græcorum auctorum libris contestantibus. Inde in vetustis nummis* καταναίων: *& Ciceroni* Catanensis *in manuscriptis libris. Posidonius apud Strabonem* à Catana Tauromenium XXIII. M.P. *definit, totidemq; hoc Antonini itinerario designantur.*

Capitonianas MP XXiiii.] *Regium* Capitonianib. MP .XXiiii. *reliqua* Capitonia mpm. XXiiii. *Sed cum eadem infra* Capitonianis Catanam mpm XXiiii. *præferant*, Capitonianas *legendum visum est. De* Capitinis *Cicero in Verrem.*

Gelam siue Philosophianas MP.XXi] *Regium exemplar* Gela siue Fiuoso fianis MP.XXI. *Reliqua verò* Gelasium Philosophianis mpm.XXI. *Ptolemæo in Mediterraneis* γέλλα. *Silius.*

Venit ab Amne trahens nomen Gela: & item Claudianus.

—*Nomenq; Gelam, qui præbuit vrbi,*

Petilianas MP.XXVii.] *Regium exemplar* Patilianis MPXXVii *cum reliqua* Petilianis mpm XXVii. *præferant.*

Ad fluuium Lanarium MP.XXiiii] *habent Blandinianum, Neapolitanum & Longolianum. Regium vero* Ad Fluuium lanaricum MP.XXIII.

III. *& numeri* XXIIII. *ſumma ratio apparet.*

Mazaram MP.X.] *In omnibus legitur* Mazaris mpm. X. *Ptolemæo* μαζάρα ποτ. ἐκβολαῖ. *Stephano* μαζάρη φρούριον σελινουντίων. *Vrbs enim Siliciæ* σελινοῦς *è qua, eodem auctore, ciues* Selinuntij *nuncupantur.*

Alio itinere &c. MPCCC] *In Regio* CCXXVI. *& reliqua* CCC XXXVI: *& inde euenit, quod manſionis eius numerum, qui à* Meſſana Tyndaridem MP. XXXVI. *deſignat, qui ſeorſim connumerandus eſt, cum vniuerſa ſumma inter ſeruerint.*

Aquas Larodes MP. XLVI] *Regium* Aquis Larodes MP. XLVI. *Blandinianum, & Neapolitanum* aquis larodis mpm XLVI. *Longolianum* aquis lorodis mpm XLVI. *& milto* larodis *corrigitur.*

Hyblam MPXXIIII] *Regium, & Blandinianum* Hible mpm XXIIII. *Neapolitanum* Nible mpm XIIII. *Longolianum* Hible mpm XXIIII: *& milto* XIII *corrigitur.* Megaram *primo* Hyblam *dictã, Strabo auctor eſt: & cum* Megaræ *nomen defecisſet,* Hyblæ *permãſiſſe, propter Hyblæi mellis præſtãtiam. Stephanus item* ἔστι δὲ σικελίας ἡ πρότερον ὕβλη ἀπὸ ὕβλωνος βασιλέως. *Ptolemæus Megaram ab Hybla diſiungit, tamquam diuerſa oppida: quod ſit altera* Megara, *quam* Auguſtam *eſſe arbitrantur.*

Acras MP.XVIII.] *Manuſcripta & Longolianum* Agris mpm XVIII. *Ego* Acras *reponendum exiſtimo: Liuius libro 24.* Eques leui certamine inito cum Hippocrate Acras perfugit.

git. Ptolemæo Ακραΐαι: Stephanus, ακρατῶν συρακοσίων κτίσμα. Ab hac ſtatione Blandinianum, & Longolianum exemplar iter à Meſſana Tyndaridem mpm XXXVI. male interſerunt: & in Regio & in Neapolitano ſeorſim confecto itinere
Pag. 20 proponitur. Tindaridis veſtigia, quæ nunc Tendaro nuncupantur, contemplari contigit otioſe: & conſiderare ineunte Februario menſe, anni MDLI cum Meſſana Panhormum ſecundum litus iter facerem. Ciceroni Tindaris. Plinius dimidiam Tindarida abruptam, & quidquid ab Italia decerat, confirmat, & Strabo exiguum eſſe oppidulum. Ptolemæo τυνδάριον Poſidonius apud Strabonem à Mylis Tindaridem XXV. M P. enumerat.

Item à Lilybæo per maritima loca Tyndaridem vſque MPCCXXVIII] Omnia exemplaria manuſcripta & Longolianum vno conſenſu MP CCVIII legunt: cum ſingulares numeri ſummam CCXXVIII conficiant.

Drepanum MPXVIII] Regium, & reliqua exemplaria, Drepanis, auferendi caſu produnt. Virgilius.

Hinc Drepani me portus, & illæ tabilis ora
Accipit ——

Plinij exemp. manuſcriptis Drepana. Silius:

Sidonia & Drepane

Ptolemæo δρέπανον Stephanus Drepanam Sicilienſem à Drepano vrbe Libiæ diſtinguit. Liuius libro XXVIII. ab Drepano & Eryce: in libris Caroli Sigonij annotationibus correctis: & in antiquis calamo exaratis.

Aquas

AQUAS Segestanas *siue* Pintianas M.P.XIIII] *Regium exemplar* AQUIS Segestanis *siue* Piciannis M.P.XIIII, *Reliqua verò* Pintianis. *Plin.* Pintienses *recenset: & Ptolemæo* πιντια: *vt fortè in actione 5. in Verrem* Pintia *sit legendum, pro* Plutia. *Cic. locus.*

Parthenicum M.P.XII.] *Regium exemplar,* Partenico M.P.XII. *In reliquis verò* Parthenico mpm.XII. *cuius mansionis siue oppidi mansionẽ nullam reperi, cum hodie nomen regionis exstet, quæ* Parthenico *appellatur, ea via, qua ex castro, quod ad mare à* Panhormo *appellant,* Drepanã *iter fit.*

Hiccara M.P.VIII.] *Reg.* Hicarijs M.P.VIII. *Reliqua verò* Hiccara mpm VIII. *Nunc eadem Parthenico Drepanam via,* Vicari *nomen retinere videtur. Pausanias in Corinthiacis,* ab Hiccaris (*ita legendum arbitror, non* Hyccaris) *Siciliæ id oppidũ esse, Corinthum Laidem deductam, à Niciæ militibus captam fuisse memorat.* *Pausanias correctus.*

Panhormum M.P.XVI.] *manuscripta & Longolianum exemplar* Panormo M.P.XVI. *Iouiano Pontano recte videtur* Panhormus *aspirari, quòd videatur dicta à nauium applicatione: & in ea vrbe ab* Hadriani *temporibus refert extare lapidis inscriptionem, in quibus scriptum apparet* REI PVBLICAE PANHORMII *mihi certè lapis commonstratus fuit in ea vrbe, cuius inscriptione* Panhormus *aspirabatur: neque memor sum an sit is lapis, cuius Pontanus meminit.* *Panhormus scrib.*

Soluntum M.P.XII.] *Regium, & Blandinianum* Solunto mpm. XII. *Neapolitanum* Solumo mpm. XII. *& item Longolianum.*

Sed

Sed Soluĉto *corrigitur. Plinio*, oppida Panhormum, Solus, Himera cum fluuio, Cephaloedis. *Videntur ab eo oppido Ciceroni in Verrem esse* Soluntini, *tametsi in vulgatis* Solentini *legimus. Hodie ferme ad hæc milliaria nomen retinet : &* Solanto *nuncupatur oppidulum, quod mari alluitur.* Cœphaledis, *&* Alesæ *mansiones in Regio desunt, & lacuna sine numeris mansit : Reliqua verò* Aleso M. P. XXVIII *præferunt.* Alesæ *Cicero meminit in Verrem. Et libr. epistolarum 13.* Acilio, *qui procos. Siciliæ præerat M. & C. Clodios, Archagathum & Philonem commendat, quos in* Alesina *ciuitate tam lauta, quàm nobili, coniunctissimos habebat, & hospitio, & familiaritate.*

Cic. in Verrinis.

Calatam M. P. XXVI.] *Regium exemplar* Caleate M. P. XXVI. *Reliqua* Galeate mpm. XXVI. *Ciceroni* Calacta *in Verrem : & epistola ad eundem* Acilium, *Hippiam Philoxeni F.* Calactinum (*ita enim legendum apparet, non* Calatinum) *hospitem, & necessarium commendat. Ptolemæo quoq;* κάλακτα.

Cicero emendatus.

A Calacta Solusapre M. P IX.] *Hæc in Regio desunt, nulla relicta lacuna, Blandinianum, & Neapolitanum* A Caliate solusapre mpm. IX. *Longolianum* à Galeate Solusabre mpm. VIIII. *& milto* Solusapre *corrigitur.*

Agathyrnum M P. XXVI.] *Regium exemplar* Agatinno M. P. XXVI. *Blandinianum & Neapolitanum* Agātinno mpm. XX. *Longolianū* Agantino mpm XX. *Plinius* Agathirnum Tyndaris colonia oppidum Mylæ. *Silius.* Agathyrna

na manus: *vt Ptolemæi sit* ἀγαβύρνον *non* ἀγαθύριον. *Strabo ex Posidonio* Tyndaride Agathyrsum XXX MP. *confici memorat.* *Ptolemæus.*

Tyndaridem MP, XX viiii. *Regium exemplar auferendi casu* M P XX viiii. *qui numerus proxime ad Posidonij milliaria accedit. reliqua* Tindaride mpm XXVIII I.

Ennam MP. LII.] *auferendi casu Regium, Blandinianum, & Longolianum exemplar præferunt. Neapolitanum* Cima mpm LII. *Celeberrimum Siciliæ oppidum Ciceronis, & T. Liuij descriptione.*

Agurium MP III.] *Regium & Blandinianum, & Longolianum* Augurio mpm III *Neapolitanum* Augerio mpm III. *Ciceroni* Agyrium & Agyrinenses *Actione 5. in Verrem. Plinio* Agyrini *Ptolemæo* ἀγύριον.

Centuripa MP. XII.] *in exemplaribus manu scriptis, & Longoliano. Ciceroni Actione 6. in Verrem, plurium numero,* vt Centuripis, ciuitate totius Siciliæ multo maxima & locupletissima, omne argentum conquireret. *Straboni item numero plurali* κεντορίπα. *Ptolemæo* κεντυρᾶπαι.

Etnam M. P. XII] *in Re.* Ethna m. p. XII. *Alia vero* Ethna mpm XVII: *cum minime aspirandum videatur. Ciceroni* Ennenses, *&* Etnenses *distinguuntur: atq; item Plinio: vt diuersa sint oppida: quemadmodum & in hoc Itinerario apparet. Præterea Cicero maximam partem agri* Etnensis Centuripinos *possidere Actione v. docet: vt plane huius* Etnæ *ager intelligi debeat: quod* Agurini *inter* Centuripinos, *&* Ennenses *interessent:*

& Centuripini *continentem agrum cum* Etnensibus *haberent. tametsi paulo post* Centuripinos *in omnibus fere finibus possessiones habere tradit. Strabo cum* Ennæ *mentionem feciſſet, exile oppidum* Etnam *vocatum* Centuripis *vicinum*, Etnam *montem conscensuros excipere tradit: atque eo primum mōtis ascensum inchoare. Ptolemæo non recte* Αἴτνᾳ *vt arbitror pro* Ἔρυξ. *Stephanus* Etnam *prope Catanam Siciliæ vrbem esse memorat ab Hierone conditam, vt satis appareat* Ennam *multo fuisse vetustiorem,*

Item A Catana Agrigentum &c MPXCI Sic.] *in manuscriptis & Longoliano* XCII *& tamen numerorum ratio summam xci confecit.*

Pag. 21. Soſconianas MPXII] *Regium exemplar* Soſconianis MPXII. *Blandinianum* Gorconianis mpm XII. *Neapolitanum.* Corconianis mpm XII. *& Longolianum* Gorcouianis mpm XII. *Regij exemplaris lectionem retinendam iudico, ſi fortè vera ab ea ætù poterit.*

Syracuſas MPCXXXVII] *In Regio* CXXXVI. *At in reliquis* CXXXVII: *cuius ſummæ ſingularibus numeris apparet ratio.*

Dædalium MPXVIII] *Regium. Neapolitanum, & Longolianum* Dedalio MPM. XVIII *Blandinianum* Beta dalio MPM. XVIII. *videtur à* Dædalo *nomen ſumpſiſſe, de quo Solinus,* Inter quæ Dædalus, *inquit,* fabricæ artis magiſter principem vrbium Syracuſas habet.

Plintis MPV.] *habet Regium exemplar, atq*

item

ieem Longolianum, Blandinianum, primo Plentis MPM. V. *ac poſtea inducta litera, e,* Plintis. *Neapolitanum* Pluttis MPM V.

Chalis MP XVIII] *habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum* Refugio Calis MPM.XVIII. *Neapolitanum.* Refugioculis MPM.XVIII. *Ego arbitror voce* Refugij *ſtationem deſignari, qua fida nauibus manſio deſignabatur: & iam antiquitus eam dictionem continenti ſcriptione reliquæ adiunctam: vti in hoc ipſo itinere,* Apolline, Refugij *vox adijcitur, atq; eas dictiones in margine adnotandas milto viſum eſt: vt ſincera vetuſtiſſimi exemplaris lectio remaneat.*

Caluiſianis MP.VIII] *habetur in Regio exemplari: cum Blandinianum continenter* plaga Caluiſianis MPM. VIII. *habeat. Neapolitanum* Plaga Clauſianis MPMXVIII. *& Longolianum* plaga Caluiſianis MPM. VIII: *& milto corrigitur* Clauſianis: *ſimiliq; ratione arbitror deſignari in eis litoribus malefidas ſtationes in ea, & reliquis dictionibus quibus nos* Plagia *milto,* plagæ *loco adiecimus: Iſidori loco admoniti Etymologiarum libro xiij.* Pelagus *inquit,* eſt latitudo maris ſine litore, & portu, Græco nomine ἀπὸ τοῦ πλαγίου, hoc eſt à latitudine dictus: vnde &, Plagia, eo quod ſit importuoſa. Pelagus *enim altum ſignificat Virgilio:* vt pelagus tenuere rates: *atq; inde piſces* pelagij *à litoralibus diſtinguuntur.* *Anton. loci reſtituti.*

Hereo, ſiue Cymba. MPXXIIII] *In Reg.* Hereo *tantum legitur: in Blandiniano* Plagereo ſiue Cymbæ mpmXXIIII *Neapol.* Plagero ſin Cibæ mpm XXIIII. *Longolia.* Plaga reo ſiue

Cymbæ mpm XXIIII: *& milto corrigitur* Plagereo.

Phtianas MPVIIII] *Regium* Pthianis MP.VIIII. *Blandinianum* Pitianis MPM.VIIII *Neapolitan.* Pitunanis mpm VIIII. *Longolianum* Pitianis mpm. viiii. *& milto* Pitinianis. *Cum Ptol. sit,* φθινθία *forte* Phthinthianas *legendum esset.*

Petrinas MP IIII] *Regium* Petrine MP IIII. *& item Neapolitanum, & Longolianum, Blandinianum* Petrinæ mpm. IIII. *Ego* Petrinas *legendum suspicor: vt sint aquæ à* Petra *oppido nuncupatæ: nam Ptolemæo est* πέτρα.

Pyrama MP.XXI III] *Regium* Pirama MPXXIIII. *Blandinianum* Pirma mpm XXII-II. *Neapolitanum* Pirima mpm XXIIII. *Longolianum* Pirma: *& milto* Pirima.

Hiccara MP.XVIII] *habent manuscripta & Longolianum: Cum supra ab* Hiccaris Panhormum XVI. MP. *eadem definiant.*

Longaricum MP. XXIIII] *Regium* Longarico MP.XXIIII. *& reliqua* Locarico mpm XXIIII.

Ad Aquas Perticianenses MPXVI] *habet Blandinianum exemplar. Regium* ad aquas perdi
cianenses MP.XV. *Neapolitanum* ad aquas per-
Pag.22- ticianenses MPM. XIII. *Longolian.* ad aquas Perticianenses. m.p.m.XVI. *& milto* XIII. *corrigitur.*

Ad columnam id est Traiectum Siciliæ ducit:

ducit MP.DCCCCLVI] *In Regio verba* ad columnam *non habentur, quemadmodum in Blandiniano, & Longoliano leguntur. In Neapolitano* ad Coloniam. *Cicero de* Columna Rhegia *pro Sestio. Strabo libro 3. Rheginos* Columellam turrem *exilem, super freto pro confinio locauisse tradit: cui è regione turris apposita erat, quam Pelori nuncupabant. Distare ab vrbe Rhegio ferunt* XII. M P. *cum dimidio. Mela in Bruttio promuntorio* Columnam Rhegiam, Rhegium, & Scyllam *statuit. Plinius à Sinu Lestano traiectum ad* Colũnam Rhegiam C.M.P. *designat. Numerorũ summa in Reg. peruersa est: habet enim* DCCCCS. *quam nota librarius defectum Numeri significasse videtur reliqua* DCCCCLVI. *habent.*

A Mediolano Laudem ciuitatẽ MP. XVI. *Regium* XV. *Reliqua* XVI.

Fidentiolam vicum MPXXIIII] *In hoc itinerario ab* Arimino Dertonam Fidentiæ *fit mentio, cui à* Parma XXV MP. *tribuuntur. Ptolemæus Placentiam,* Fidentiam, *Brixellum, Parmam & Regium Lepidi in Gallia Togata recenset. Plinio item in octaua regione* Fidentini *collocantur: quare ab Antonino hic vicus seorsim à* Fidentia *recensetur: cuius apud veteres auctores nullam reperi mentionem fieri.*

Fauentiam ciu. M. P. X.] *Procopius de Bello Gothorum libro iij.* Fauentiam *Aemilia vrbem à Rauenna stad. cxx disiunctam prodit.*

Cæsenam ciu. M. P. XXIIII] *Procopius libro*

primo de bello Gothorum Cæsenam *à Rauenna stad. ccc. abesse prodit.*

Ariminum ciu. M. P. XX] *Strabo* Placentia Ariminum *stad.* M. CCC. *assignat. Cicero, Flaminiam Mutinam vsque perduxit Et Strabo,* Hic ille, *inquit,* Scaurus est, qui per Pisas & Lunam vsque Sabatios viam strauit Aemiliam : & hinc per Dertonam. *Alia verò est* Aemilia, *quæ Flaminiam excipit : eodem enim in Consulatu* M. *Lepidus, &* C. *Flaminius collegæ fuerunt. Victores autem Ligurum strauere hi quidem* Flaminiam *è Roma per Tusciam, & Vmbriam vsque Ariminum ; alter reliquam porro vsque* Bononiam : *& ex ea in* Aquileiam *prope Alpium radices, ducto per gyrum circa paludes opere.*

VLTRA ANEONAM M. M. P. IIII. ANCONAM M. P. XXVI.] *Hæc in Regio exemplari leguntur. In Blandiniano* Vltra Alconane milia plus minus quatuor M. P. XXVI. *Neapolitanum* Vltra Alconam milia plus minus quatuor mpm. XXVI. *Longolianum* Vltra Alconam M. P. IIII. milia PXXVI. *vt meritò Regij exemplaris lectio præferatur: tametsi ea mansio* vltra Aneonam *mihi incognita sit. Neque tamen* vltra Anconam *legendum video : cum statim ab ea* Anconam XXVI M. P. *recenseantur. Anconam inter Italicas Gallicasque gentes quasi terminum interesse Pomponius perhibet : & Plinio ab* Ancona, *Gallica ora incipit,* Togatæ Galliæ *cognomine.*

Po-

Potentiam CIV. M. P. XVI.]Potentiæ vrbis *in* Piceno *meminêre Cicero pro Cn. Plancio, & Liuius libro* XXIX. *Velleius, Pomponius, & Plinius. Altera in* Lucanis, *de qua mox hac ipsa in via, & Ptolemæus.* Pollentia *verò in Liguribus Ptolemæo, & carmine Claudiani celebrata prope* Astam *Coloniam.*

Castellum Firmanum M. P. XX.] *Plinius* Castelli Firmanorum *meminit: est enim diuersum oppidum à* Firmo: *quorum postea ab Antonino fit mentio* Firmi *Cn. Pomponius meminit in Epistola ad L. Domitium vt in Castri Truentini dictione pagina* LXXV. *exponitur, & item Velleius hac pag.*

Truentum CIV M. P. XXVI.] *Regium exemplar* Troento M. P. XVI. *Reliqua* Troento M. P. XXVI. *Plinij manuscriptis exemplaribus* Truentum *cum amne, vnde apud Ptolemæum* τρουεντῦ *fluminis ostium in regione Picenarum legendum.*

Castrum CIV. M. P. XII.] *habent Blandinianum, Neapolitanum & Longolianum. In Regio idem numerus apponitur sine ciuitatis cognomento. Ptolemæo iuxta sinum Hadriaticum in Picenis* primum Castrum *recensetur. Velleius initio primi belli Punici* Firmum & Castrum *Colonis occupata tradit.*

Aternum. CIV. M. P. XXIV.] *Regium exemplar* Aterno vicus M. P. XXII. *Blandinianum cum Longoliano.* Aternos ciuitas mpm XXIIII,

Neapolitanum, Aternotium mpm. XXIIII. *Strabo* Aternum oppidum *cum flumine eiusdem nominis* Piceno *vicinum memorat. Plinius & Ptolemæus* Aterni amnis *fecere mentionem.*

Iter Promium VIC. M. P. XXV.] *In Regio tribus dictionibus* Iter Promium VIC. & XXV. *adiungit. Blandinianum item cum prima litera miniacea* Iter promium vicus mpm. XXV. *Neapolitanum etiam, quasi alterius viæ initium esset,* Item prominu vicus mpm. XXV. *Longolianum etiam miniaceis verbis, quasi alterius viæ iter designatur: vt forte mansio significetur, qua iter* Promium vicum *versus flectebatur.*

Sulmonem CIV. M. P. XXIX.] *Regium exemplar* M. P. XXVIII *habet. reliqua vero* XXIX.

Aeserniam CIV. M. P. XXVIII.] *In exemplari Regio* Serni. CIV, M PXVIII. *Blan.* Serni ciuitas M. P. XXVIII *Neapolitanum* Sernicum mpm XXVIII. *Longolianum* Serui ciuitas mpm. XXVIII. *Hæc oppidorum nomina appositè ex Plinij descriptione corriguntur: cum ab eo itidem coniungantur in quarta Italiæ regione.* Colonia, *inquit,* Bouianum vetus, & alterum cognomine vnde Cumanorum, Arefidenates, AEsernini. *Ptolemæus* Caracenis *qui sub* Ferentanis *erant,* Aufidenam *attribuit, ac statim in Samnio ab eo substituitur* Βοϊάνον, *&* Αισερνία. *Haud recte in Strabonis libris excusis in fine 5.* Βοΐανον, Ισερνίνα: *pro* Βοϊάνον Αἰσερνία. *Liuius libro 9. caput fuisse*

Bo-

Bouianum Pentiorum Samnitium *refert: & longè ditißimum, atque opulentißimum armis, virisq;.*

Super Thamari fluuium. M. P. XVI.] *Regium exemplar.* Super mari fluuium M. P. XVI. *Blandinianum & Neapolitanum* ſuper Thamari fluuium mpm. XVI. *Longolianum.* Super Thamarin fluuium mpm. XVI.

Ad Equotuticum M. P. XXII] *Regium* Ad Equum Tuticum M. P. XXI. *Blãdinianum* Ad Equum Tuticum mpm. XXII. *Neapolitanum* Ad Equum Tutiũ mpm. XXII. *Long.* Ad Equum Tuticũ mpm. XXII. *& milto* Tutium *emendat, & infra eadem exemplaria, Regium & Blandinianum* Equotuticum *habent: atque ita* Pag. 23. *scribendum*: Oppidulum *vocat Horatius*, quod *verſu dicere* non eſt. *At hoc ipſo Itinerario, quaſi iuſti oppidi ratio habetur, diuerſis itineribus ad id deductis Cicero libro Epiſtolarum ad Atticum de litteris* Equotutico, *& Brundiſio datis meminerat. Suſpicor Ptolemæo eſſe quod τὸ τικον cognominatur, inter eas vrbes, quæ in Sammio ſub Caligulis cum Bouiano, & Aeſernia connumerantur.*

In Honoratianum M. P. XX. *In Regio exemplari hoc loco lacuna apparet cum numero* M. P. X. *Reliqua verò vno conſenſu* In Honoratianũ mpm. XX. *habent.*

Venuſiam CIV. M. P. XXVIII. *In Regio itẽ vrbis nomen nõ apponitur: ſed numerus* M P. XVIII. *Blandinianum.* Venuſium ciuitas mpm. XXVIII. *Neapolitanum.*

Venusunitium MPM. XXVIIII. *Longolianum,* Venusium ciuitas MPM. XXVIII *& emendat* XXVIIII. *In Plinij manuscriptis exemplaribus* Venusia *legimus, non* Venusium: *& in excusis Strabonis, & Ptolemæi item* οὐενυσία.

Opino MP.XV] *Deest item huius mansionis nomen in exemplari Regio, & numerus* MPXV. *mansit. In reliquis vno consensu* Opino MPM XV.

Ad fluuium Bradanum MP.XXVIIII] *In Regio legitur & numerus* XXVIII. *Blandinianum, & Neapolitanum,* ad fluuium Bradan MPM. XXVIIII. *Longolianum* Bradant *habet, &* Bradan *milto corrigit.*

Grumintum MP.XXVIII] *In Regio* Grumento MP. XVIII. *Blandinianum & Longolianum* Grumento MPM. XXV. *Neapolitanum* Grumento MPM. XXVIII. *Plinio in mediterraneis Lucanorum* Grumentini: *& libro 14. de vinis Italiæ longinquis, Lucanaq; antecedentibus,* Thurinis. Omnium verò eorum maximè illustria Messallæ potu, & salute Lagariana: non procul Grumento nascentia. *Ptolemæo quoque in mediterraneis Lucanorum* ποτεντία *&* γρόμεντορ.

Semunclam MP.XXVII] *Regium exemplar* Semucla MP.XVII. *Blandinianum* Semuncla MPMXXVII. *Neapolitanum* Semunda MPM. XXVII. *Longolianum* Semuncla MPM. XXV, *&* Semunda *milto corrigitur.*

Summuranum MP.XVI.] *Regium exemplar* Summurano MP. XVI. *atque item Blandinianum & Longolianum. Neap. vero* Suminorano MP. XVI. *cum infra eadem exemplaria in numero à*

diss

dissentiant. Non longè à Summurano, *Typhei oppidi, cuius Liuius meminit, vestigia conspici Gabriel Barrius Franciscanus Calaber confirmat, & ex eius ruinis* Summuranum *oppidum constructum conijcit: atq; id* Sybarim *fluuium praterfluere.*

Capraſas MP.XXI] *In manuscriptis & Longoliano* Capraſis MPM.XXI. *legitur. Antonini* Capraſas *Tarſiam oppidum esse idem Gabriel Barrius contendit, inter* Iſaurum, *&* Crathim *amnes.*

Ad fluuium Sabbatum MP.XVIII] *Regium exemplar* Ad fluuium Sabutum MP.XXVIII. *Blandinianum* Ad fluuium Sabbt. mpm.XVIII. *Neapolitanum.* Ad flumen Sabbatum mpm XVIII. *Longolianum* ad fluuiũ Sabbatum mpm xviij *& milto* Sabbatium *corrigitur*

Ad Turres MPXviii.] *habent Regium, Blandinianum, & Longolianum exemplar. In Neapolitano ea manſio cum numero, & quod ſequitur* Ad fluuium Angitulam *defecit. Idem Gabriel Barrius hanc manſionem eo pago esse contendit, qui in agro Nicaſtrenſi* Blaſium *cognominatur.*

Ad fluuium Angitulam MPxiij.] *Regium, & Longolianum* Ad fluuium Angitula mpm xiij. *Blandinianum.* Ad fluuium Angitulam mpmxiij *Oppidum hodie* Angitulam *vocari ſatis conſtat: & eiuſdem nominis fluuium esse nauigiorum capacem,* Criſſam *vrbem olim Phocenſium fuiſſe* Angitulam *prope* Hipponium, *è Crotonis regione, ex Lycophrone in Caſſandra Barrius contendit.*

Nicoteram

Nicoteram MPXXV] *In omnibus noſtris exemplaribus* Nicotera mpm XXV. *legitur. Locrorũ Medamam vetuſtam vrbem fuiſſe idem Barrius cõfirmat, de qua Strabo libro 6,*

Ad Mallias MP.XXIIII.] *In manuſcriptis & Longoliano legitur.*

Ad columnam MPXIIII] *In Regio* MPXIII: *reliqua vero* mpm XIIII.

Item ab vrbe Appia via recto itinere ad columnam MP.CCCCLV.] *Regium exemplar huiuſmodi titulum præfert: & ſumma manſionum* CCCCLX. *Blandinianum confecto ſuperiori itinere* Appiam *habet, & ſubdit:* Item ab vrbe recto itinere ad Columnam mpm CCCCLV. Sic. *Neap.* Iter ab vrbe recto itinere ad columnã mpm CCCCLV. Sic. *Longol.* Iter ab vrbe Appia recto itinere ad columnam mpm CCCCLV. Sic *Cenſor* Appius *vt Frontinus auctor eſt, viam Appiã à Porta Capena Capuam vſq; tantũ muniuit. Strabo vero, qui ætate Auguſti, & Tiberij commentabatur Brundiſium vſq; ſuo tempore peragratam tradit. Tacitus itidem viæ Appiæ, Brundiſiũ vſque, libro 2. meminit.* Protulit, *inquit*, libellos vecordes, adeo vt conſultauerit Libo, an habiturus foret opes, quis viam Appiam Brundiſiũ vſque pecunia operiret.

Ariciam MP.XVI.] *Regium* atricia MP XVI. *Blandinianum* aricia mpm XVI. *Reliqua* aritia MPM.XVI. *In Ptolemæi, & Stephani Bizantij libris* λατίνων ἀρίκια, *ſine* ἀρίκεια. *Strabo libro 5.* μετὰ δὲ τὸ Αλβανον Αρίκια ἐϛὶν πόλις ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Αππία. στάδιοι δ' εἰσὶν ἐκ τῆς ῥώμης PX.

Hora-

Horatij vetustis exemplaribus.

Egressum magna me excepit Aricia Roma.

Tres tabernas MPXVII] *Manuscripta,& Longol. auferendi casu,* Tribus Tabernis *Cicero ad Atticum lib.2.epistolarum:* Emerseram, *inquit,* commode ex Antio in Appiam ad Tres tabernas ipsis Cerealibus. *Et D. Lucas in Actis Apost.* Et inde cum audissent fratres, occurrerũt nobis vsque ad Appij forum , ac Tres Tabernas.

Appi forum MPXVIII] *Regium* MPX. *Reliqua* XVIII. *Cicero eodem ad Atticum libro* Ab Appij foro hora 4. dederam aliam paulo ante à Tribus Tabernis. *Horatius* Aricia forũ Appij *venisse scripsit.*

Tarracinam MPXXVIII] Tarracina MPXXVIII. *Habet Regium exemplar, Blandinianum,& Neapolitanum* Terracina mpm XVIII. *Longolianum* Terracina MPM XVII. *Sed Stephano* ταρραχίνα *Liuius libro 4.* Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ sunt. vrbs prona in Paludes. *Ptolemæo item plurium numero* ταρραχίναις *Panuinius Onufrius diligens vetustatis perscrutator ab* Appi foro *ex Antonini itinerario, ante Tarracinam* Priuernum *adiecit: quod oppidum , neque in vetustis, neque excusis legi. Idem in librũ Fastorum 2. vetustæ inscriptionis monumentum profert.*

CVRR. P. TERRACINENS.

Fundos. MP. XVI.] *Habent Blandinianum & Neapolitanum exemplar,& Longolianum auferendi casu: & eodem casu Regium exemplar* MP. XIIII.

For-

Pag. 24. Formias M. P. XIV.] *Regium* Formis M. P. XIIII. *Reliqua* Formis mpm. XIII. *Cicero*, Ita se gerant, *inquit ad Q. Fratrem, libro Epistolarū primo*, in istis Asiaticis itineribus: vt si iter Appia via faceres: neue interesse quicq̃ putēt, vtrum Tralleis, an Formias venerint.

Minturnas M. P. IX] *Habent Blandinianum exemplar, & Neapolitanum auferendi casu. Longolianum*, Minturnis mpm. XIIII. *& corrigetur* IX. *In Regio defecere, nulla lacuna relicta : cum postea idem exemplar à Tarracina Beneuentum* Formijs Minturnas M. P. IX. *assignet. Ad ostium Liris amnis, circa Vestinum, ac Falernū agrum* Minturnæ colonia *Liuio lib. 10. Inde Horatio*, Minturnæ paluſtreis *lib. 1. epist. 5.*

Sinuessam M. P. IX.] *Regium exemplar* Sinuessa M. P. XIIII. *In reliquis* Sinuessa M. P. IX *Infra de* Sinuessa *vt forte hoc loco* Suessa *legendum esset in* Campanorum *mediterraneis à Ptolemæo commemorata.*

Nuceriam M. P. XVI.] *Regium* Nuceria M. P. XV. *Reliqua* XVI *Panuinius Onufrius ex Antonino inter Nolam & Nuceriam* Neapolim *adiungit. Cum Antoninus postea iter seorsim à Tarracina Neapolim ducat Hæc* Nuceria, Picentinorum *Ptolemæo est: cum aliæ tres ab eo auctore recenseantur. Prima in* Gallia Togata, *& secunda in* Vmbrorum *regione, & tertia* Apulorum, *quæ & Luceria in Liuij exemplaribus. Plinius* alluente vero *Sarno* amne ager Nucerinus, & IX. M. P. à mari ipsa Nuceria.

In Medio Falerno ad Tanarum M P XXV]

In

In Re. post Nuceriæ *mansionem* ad Tanarum M-P. XXVIII. *Bl. vero & Lon.* In medio Falerno ad Tanatum mpm. XXV. *Ne.* In medio Salerno ad Tanatum mpm XXV. *Mirum certè est in regione qua vix vllum reperitur, vt est apud poetā, sine nomine saxum, nullā huius, siue oppidi, siue fluminis à tot auctorib fieri mentionem: vt iure merito hic à viru doctis locus sit expendendus. Neq; tamen verebor indicare, quod in primis calatum decreuerā, tametsi hac ad aliquā coniecturam faciendam fortasse pertinere possunt. Suspicor enim* Acerras *oppidū hac ab Antonino designari māsione quod à Strabone libro 6* Acerrarum imperium, *& eiusdem nominis Colonia,* Nolae, *&* Nuceriae *bis adiungantur. Liuius item li. 27.* Nucerinos & Acerranos querentes vbi habitarent non esse Acerris ex parte incensis, Nuceria deleta, Romam Fuluius ad senatum misit, Acerranis permissum, vt ædificarent, quæ incensa erāt. Nucerini Atellam, quia id maluerant, Atellanis Calatiā migrare iussis, traducti. *Arbitrabar ex eo in errorē librarios inductos: quod ex dictione* Acerras, *more suo, auferendi casu* Acerris *scripsissent: & cum ab aliquo earum regionum forte non ignaro,* in medio Falerno *locum designari contigisset in libri margine, vt locum patefaceret, quo via, quæ Rhegium ducebat per Bruttios, & Lucanos, & Samnium in Campania,* Appię *adiungebatur, (cuius Strabo libro vi. mentionem facit continenti scriptione)* in medio falerno Acerrarum *descripserint: ac postea vigente inscientia librariorum,* in medio Falerno ad Tanarum *emendatum sit. Aldini libri*

Antonini locus expendendus.

ad

ad Canaram *habent. Præterea illud obseruandum videtur, plures in hoc Itinerario recenseri mansiones, quibus* In medio *nomen sit inditum: vt ad mediam itineris stationem peruenisse, inter duo celebria oppida indicarent: quod inibi mansio constituta esset, deficiente oppido, aut vico: sed si id significatur, in sequenti mansione* ad Calorem XXV. M. P. *assignanda erant: non* XXIIII. *vt media pars esset itineris nempe* M. P. L.

Ad Calorem M. P. XXIIII.] *& manuscripta, & Longolianum habent. Fluuium designari certum est: & hoc sæpe in Itinerario hoc vsu venit, vt sine cognomento dictionis* fluminis, *nomina ipsorum fluminum apponantur. Vt* Gallicum *pro,* ad Gallicum fluuium. Caput Thyrsi *Liuius libro 14.* Et ad Beneuentum velut ex composito, parte altera Anno ex Bruttijs cum magna peditum, equitum manu, altera Ti. Grachus ab Luceria accessit: qui primo oppidum intrauit. Deinde vt Annonem III. M. ferme ab vrbe ad Calorem fluuium castra posuisse, & inde agrum populari audiuit, &c. *Et libro 25.* Sunt qui in agro Beneuentano prope Calorē fluuium ostendant à castris cum lictoribus, ac tribus seruis lauandi causa progressum. *Et paulo post.* Si illis qui ad Calorem fluuium interfectum memorant, credere velis, capitis tantum Gracchi hostes potiti sunt. *Vibius Sequester,* Beneuēti *oppido iunctum tradit fluuium* Calorem.

In Marcelliana M. P. XXV. *Re exēplar* In Marcellina M. P. XXV. *Reliqua vero* In Marcelliana mpm. XXV.

Ne-

Nerulum M. P. XXXVI.] *In Regio* Nerulo M. P. XXIIII. *Blandinianum* Nerulo mpm. XXXVI. *Neapolitanum* Nerulo mpm XXXIIII. *Longolianum* Nerulo mpm. XXXVI. & XXXIII. *corrigitur.*

Summuranum M. P. XI III.] *Regium auferendi casu* M. P. XIII. *& Longolian. Blandinianum verò & Neapolitanum eodem casu* mpm. XIV. *cum supra* Nerulo Summuranum XVI. M. P. *assignentur.*

Ad Sabbatum fluuium M. P. XVIII.] *Regium exemplar* Ad Sabutum fluuium M P. XV. *Bland.* Ad Subbatum fluuium mpm. XIX. *Nea.* Ad fluuium Sabatu mpm XVIII. *& Lon. libri* Ad Sabbatum fluuium M PM. XIX. *& milto.* XVIII *corrigitur. Supra* Consentia *ad* fluuium Sabbatum *eadem* XVIII. mpm. *designantur.*

Bibonem M. P. XXI.] *Regium exemplar* Vinoba: *& numerus milliarium deficit. Blandinianum* Vibona mpm. XXI. *atque item Neapolitanum & Longolianum exemplar. Superiori itinere ad fluuium* Angitulam *deflexit: & hoc recta via* Vibonem *ducit. Strabo post* Consentiam, Hipponium *esse Locrorum adificium, quod Bruttijs obtinentibus Romani eripuerint, & mutato deinde nomine* οὐιβώναν οὐαλέντιαν *adpellarint. Plinius item* Hippo, *quod nunc* Vibonem Valentiam *adpellamus: vt corrigendus sit Ptolemæi locus* οὐίωαν, οὐαλέντια *& οὐίβωαν* οὐαλέντια *legendum.* *Ptolemæus emendatus.*

Nicoteram M. P. XVIII.] *In Regio recto casu suo more, & numeri desunt. Reliqua* M. P. XVIII.

Ad Mallias M. P. XXIIII. *Hac etiã mansione*

in Regio numeri desunt. Reliqua XIIII. *Cum superiori itinere* Nicotera ad Mallias M P. XXIV *designentur.*

Ad Columnam M P XIIII] *In Regio* M P. XVIII. *manifesto errato: cum supra* M P. XIIII à Malleis ad Columnã *omnia definierint exemplaria: & reliqua in eũ numerũ hoc loco consentiãt.*

A Capua Beneuentum M. P. XXXIII] *Regium,* XXIII. *Blandinianum* XXXIIII; *& reliqua* XXXIII.

Vbi Campania limitem habet] *Non habentur in Reg. exemplari: & in reliquis apponuntur.*

Caudium M P. XXI] *Manuscripta* Caudis mpm XXI. *Longolianũ* Claudijs M P. M. XXI. *& milto* Caudis. *Liuio,* Caudium: *vnde* Caudini *populi &* Caudini *Lentulorum cognomen, ob res bene ad* Caudium *gestas. Ptolemæo* καύδιον.

Ab Equotutico per Roscianum] *Regium* per Ruscianum: *& in eodẽ itinere* Roscianum: *Reliqua* per Rofcianum. *Nunc* Rossanum *esse arbitratur Gabriel Barrius Calaber: qui sui situs, vt Plinij verbis vtar, diligentissimus auctor merito est æstimandus. Is ex Procopio libro 3. de bello Gothorũ iuxta* Lambulam *vallem, angustumq; aditum ad litus* Russia *esse promuntorium Thuriorum, memorat. Atque eadem prodidisse Agathiam libro 4. Valerianum præterea Episcopum* Rossanensem *interfuisse Synodo Constantinopolitanæ* VI. *sub Agathone.*

Gab. Barrius Calaber.

Rhegium M P. CCCCLXXVIII] *Manuscripta & Longolianum. Regio* M P M. CCCCLXXVIII. *sed aspirandum esse* Rhegij *dictionem, etymi*

etymi ratio docet ex Strabone. cum ἀπὸ τοῦ ῥαγῆναι, *id est, ab auellendo, nomen inditum vrbi sit. Inde Plinius.* Ab hoc, *inquit*, dehiscendi argumento, RHEGIVM Græci nomẽ dedere oppido, in margine Italiæ sito.

Sentianum MP. XXXIII .] *Regium* Sentianum MP. XXXII. *Reliqua* Sentianũ mpm XXXIII. *Pag.* 25

Velleianum M P. XXIIII] *Regium exemplar* Beleianum MP. XXXIIII. *Reliqua* Baleianum mpm. XXIIII. *Mihi* Velleianum *aptius scribere placet: quod harum mansionum* Sentianũ, Velleianum, Cælianum, *vti prædiorum, aut prætoriorum nomina ab ipsis dominis sumpta esse videantur.*

Ypinum MP. XXXII] *Regium* Ipnum MP XII *Bl.* Ypinum MPM. XXXII: *Nea.* Ympinum mpm. XXXII. *Lon.* Ypinum mpm. XXXII. *& milto* Inpinum *vt ex varia dictionis scriptura, veram elicere minime posim.*

Cælianum MP. XL.] *Ptolemæo in mediterraneis Apulorum Peucetiorum, iuxta Venusiam* κέλια: *neque affirmare ausim an ad hanc* Cælianam *mansionem quicquam pertineat.*

Heracleam MP XXVIII.] *vno consensu legitur in manuscriptis, & Longoliano. Liuius* Heracleæ Tarentinorum coloniæ *meminit libro viij. Plinius,* sirin *antea vocitatam inter* sirin & Acirin *amnes: eadem haud dubie est* Heraclea, *quæ ab Antonino* Vicensimo *adiungitur, & Straboni libro* VI. γεωγραφικῶν *post* Lagariam *paululum supra mare conlocatur .* Heraclea *enim* vrbs

Strabonis interpres reprehensus.

uertendum ab interprete erat, non vna dictione Heracleopolis.

Ad Vicensimum M.P. XXIV.] *Regium* ad Viceſimum M P. XXIV. *Blandinianum* Ad Vincenſimum mpm XXIV. *Neapolitanum* Ad Vicenſinum mpm. XXIV. *Longolianum* ad Vinceſimum mpm. XXIV. *Gabriel Barrius* Vicenumum *appellat, ex Antonino oppidū, quod nunc* Trebiſatium *vocetur: vt in ea nomenclatura parum ſatisfaciat.*

Thurios M.P.XX.] *In omnibus* Turios *legitur. Stephanus oppidum Italiæ* Thurios, Thurias, & Thurium *cognominari tradit, ac* Thuriam.

Paternum M.P.XXVII.] *habent manuſcripta & Longolianum. Idem Barrius vrbem* Criniſſam, Paternum *dictum aſſerit: & nunc* Cirum *dici: quæ poſt vaſtationem regionis, à Pœnis Cretenſibus, & Mauris inlatam, in* Bryaticum *translata ſit, & Abundantium* Paternenſem *Epiſcopum Synodo Conſtantinopolitanæ 6. interfuiſſe ſub Agathone Papa.*

Meto M.P.XXXII.] *legitur in Regio, Blandiniano & Longoliano In Neapolitano vero* Meto mpm XXII.

Tacina M.P.XXIV.] *In manuſcriptis & Longoliano habetur.*

Cocinthum M P XXII.] *Regium exemplar* Cocinto M.P XII. *Blandinianū & Neapolitanum* Cocinto mpm. XXII. *Longolia.* Cocurto mpm XXII. *Plinius de Italiæ figura inquit*, vbi à medio excurſu Cocinthos vocatur, per ſinus

nus lunatos duo cornua emittens: Leucopetram dextra, Lacinium siniſtra. *Neq; ſatis mihi liquet, an hac Antonini manſione promuntorium deſignetur: quod Plinius perhibet longiſſimum Italiæ eſſe, aliquos exiſtimauiſſe. Sed cum iuxta* Scyllacium Cocinthus *ab Antonino conlocetur, verimile fit, manſionem iuxta id promuntorium deſignari. Ouid. lib. 15. Transformationum.*

Ouidij locus.

Scyllaeaq; littora fertur.
Linquit Iapygiam, leuibusq; Amphyſſia remis
Saxa fugit. dextra prærupta† Cocinthia parte,
† Zephyriumq; legit, Caulonaq;, Nariciamq;
Euincitq; fretum, Siculiq; anguſta Pelori.

†al. Celennia.
†al. Romechiumq;.

Sūbſiciuum M P.XXIV.] *Regiū exemplar.* Subſiciuo M.P.XXIV. *Blandinianum & Longolianum* Subſciciuo M. P.XXIV. *Neapolitanum* Subcicino M. P. XX. Belifortum *oppidum eſſe Barrius affirmat. Nomen autem Ciceroni admodum vſitatum.* Subſiciua, *inquit Iſidorus,* ſunt proprie quæ ſutor de materia præcidens, quaſi ſuperuacua abijcit. Inde & Subſiciui agri, quos in pertica diuiſos recuſant quaſi ſteriles, vel paluſtres. *Inde Plinius vetuſtorum exemplarium ſummo conſenſu* Subſiciuiſque temporibus iſta curamus, id eſt nocturnis: ne quis veſtrum putet his ceſſatum horis. Subſicandi, *pro* Subſecandi *verbo, veteres vſos fuiſſe certum eſt.* De Subſeciuorū *generibus, ita enim in illis legitur libris, non* Subſiciuorum, *Siculus Flaccus de conditionibus agrorum: atq; idem perhibet,* Domitianum *finem Subſeciuorū ſtatuiſſe: & Aggenus Vrbicus, per totā Italiam* Subſeciua *poſſidentibus dona-*

uisse, edictoq; hoc vniuersis notum fecisse: Subsiciuorum *verò eam esse conditionem factam, quod siluæ, & loca aspera in assignationem non venerint. De ijsdem* Iulius Frontinus *de limitibus agrorum. Argutè videtur* Appuleius Subsiciui *voce vti Apologia priore:* Pythagoram, *inquit*, Zoroastri sectatorem, similiterq; Magiæ peritum arbitrati, eum memoria prodiderunt, cum animaduertisset proxime Metapontũ in litore Italiæ suæ, quam subsiciuam Græciæ fecerat *&c.*

Altanum. MP. XX] *In manuscriptis & Longo. legitur. Nunc* Suretũ *vocari idem asserit Barrius.*

Hipporum MP. XXIIII.] *Omnia habent, quæ à nobis conferuntur exemplaria.* Felum *pagum esse idem memorat Barrius.*

Decastadium MPXXII] *In eisdẽ legimus exemplaribus: nec video qua ratione permotus Barrius* Decalstidium *vocet. Straboni in cõmemoratione Regum Alexandriæ,* ἕκτα στάδιον.

MP. CCXXXV Sic] *Re. exemplar,* MP. CXXXV. *Reliqua* CCXXXV.

Eeas MP. XVIII.] *Habet Regium exemplar. Reliqua* Eseas mpm. XVIII.

Erdonias MP. XVIIII.] *Regium* XVIII. *In reliquis vero* XVIIII *Liuio li. 24.* Ardoneæ *nuncupantur. Plinio in vett. exemplaribus* Herdonenses *pro* Erdonienses: *& male in excusis* Hordonienses. *Ptolemæo in mediterraneis Apulorum Dauniorum* ἑρδώνια, *Strabo libro vi. Brundisio Romam tendentibus duas vias fuisse* vna, *inquit*, mulis vectabilis per Peucetios, *qui* Poediculi *vocantur, & Daunios & Samnites vsq; Beneuentũ, in qua*

Plinij locus.

in qua via vrbs est Egnatia, *post eā* Cælia, *&* Neritum *&* Canusium, *&* Erdonia. *Legendum enim* Neritum *arbitror, vnde Plinio*, Neritini; *non* Netium.

Rubos M. P. XXIII.] Ruborum *nomen in Regio deest, & numerus* M. P. XXIII. *adponitur. In reliquis integra lectio māsit. Plin.* Rubustinos *populos recenset, qui in exemplari Toletano* Rubisini *cognominantur. Horatius* Canusio *se* Rubos *venisse ostendit. Saty. 5. lib. 1 Sermonum.* *Strabo corrigitur.*

Inde Rubos fessi peruenimus, vtpote longum
Carpentes iter, & factum corruptius imbri.

Quo loco miror qui venerit in mentem Dionysio Lambino, *egregio eius auctoris commentatori, affirmare, eam vrbē esse* Campaniæ, *præsertim Poeta ipso attestante* Canusio, *quod* Dauniorum Apulorum *oppidum erat*, Rubos *peruenisse, & quia antea prædixerat.* *Dion. Lābinus reprehensus.*

Incipit ex illo montes Appulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus.

Budruntum M. P. XI.] *Et huius itidem mansionis nomen in Regio deest exemplari numero* XI. *superstite Blandinianum habet* Budruntus mpm. XI. *Neapolitanum exemplar* Brudūtos mpm. XI. Et *Longolianum* Bruduntus mpm. XI. *& milto corrigitur* Brudūtrus. *Plinius* Butuntinenses *nominat, mannscriptis constantibus exemplaribas.*

Barium M. P. XII.] *In Regio deest nomen mansionis: & numerus* XII. *permansit. In Blandiniano* Varia mpm. XII. *& in libri margine eadem manu* Baria. *Neapolitanum* Varia MPM. XII. *& Longolianum* Vbaria M P M. XII. *& milto*

Varia. *Horatius*, Rubis *profectus inquit:*

Postea tempestas melior, via peior, aduscq;
Bari mœnia piscosi

Plinio Barion oppidum iuxta Egnatiam, quod nunc ad maris litus Bari vocatur. *Tacitus libro xvi. Silanus tanquam* Naxum *deueheretur, Ostia amotus, post municipium Apuliæ, cui nomen est* Barium, *claditur. Strabo à Brundisio* Bariũ DCC. *stadiorum spatium designat: & commune diuersorium vocat, & nauigantibus & terrestre iter facientibus. Ptolemæo item Apulorum Peucetiorum* ἐγνάτια βάριον. *Miror Iouianum Pontanum doctissimum veterum Originum & antiquitatis assertorem* Baroli *voce, pro* Barij *vsum fuisse in proœmio, in libros* de Fortuna *à se compositos: cum Gonsalui Ferdinandi Magnires in Apuliagestas muris extollit laudibus.*

Iouianus lapsus.

Turres. M. P. XXI] *Hæc item mansio in Regio deest exemplari. In reliquis tamen* Turribus mpm XXI. *legitur.*

Egnatiam. M P. XVI] *Desunt in Regio Blandinianum* Egnatiæ mpm. XVI: *& item Longolianum: sed* Egnatia *corrigitur. Neapolitanum* Egnatia mpm XXI.

Pag. 26.

Speluncas M P. XX] *Eadem habent exemplaria sed in Regio desunt*

Brundisium M P XVIIII] *Habent Blandinianum & Neapolitanum: In Regio* Brundisium M P XXIII. *Longolianum* Brunduſium mpm. XVIIII.

Lupias M P XXV] *Manuscripta cum Longolano* Lipias mpm XXV. Thurios *vrbem prius*

syba-

Sybarim *dictam Plutarchus, & Stephanus Byzantius prodidere: atq; idem Stephanus perhibet* Copias *dictam in voce* χῶπιαι, *cum legendum in eo loco sit* λᾶπιαι, *& itẽ in Strabonis Geographia libro 6. ex Pausania in Eliacis: ac praterea Latinis auctoribus, Mela Pomponio, Plinio, atq; hoc ipso Antonini Itinerario: in quo duæ tanquam diuersæ mansiones* Thurij *&* Lupiae *recensentur. Plinius huius stationis mentionem fecisse videtur* Portus, *inquit,* Tarentinus, statio militum Lupiæ: *ita enim legendum arbitror, non* Lupin *Illud etiam huic Itinerario cum Plinio rectè congruit, quod* Brundisium ab Hydrunto L M. P. *constituitur. Ptolemæo etiam adiunguntur* ὕδρους λᾶπιαι, *ita enim legendum, non* λᾶσπιαι *&* βρενδέσιον *in* Calabriæ *regione iuxta pelagus Ionium, &* θᾶριον *in sinu* Tarentino *seponitur.*

Stephanus correctus & Strabo.

Plinius castigatus.

Ptolem. emendatus.

Hydrũntum. M. P. XXV] *Magno consensu exemplariorum hi numeri designantur, qui cum Plinianis rectè conueniunt.* Brundisium, *inquit,* L M. P. ab Hydrunte in primis Italiæ portu nobile ac velut certiore transitu; sicuti longiore excipiente Illyrica vrbe Dyrrhachio CCXX- M. P. traiectu. *Idem auctor:* & Hydruntum XV- IIII M. P. ad discrimen Ionij & Adriatici maris, ex aduerso Apolloniæ oppidi: latitudine intercurrentis freti L M. non amplius. Hoc interuallum pedestri continuare transitu põtibus iactis primum Pyrrhus rex excogitauit: post eum M. Varro, cum classibus Pompeij Piratico bello præesset. Vtrunq; aliæ impediere curæ.

A Brundisio Tarentum ad litus MP. XL-IIII] *Ex corruptis exemplaribus videor mihi nõ inepte huius itineris, & eius quod subsequitur, lectionem concinnasse. Regium exemplar* A Brundisio Tarentum aditus MP. LX. à Varis per compendium Tarentum MP. LX. *In Blandiniano* A Brundisio Tarentum ad latus mpm XLIV. A Vani à per compendium mpm CLXV Sic. Tarentum MPM LX. Ecdano mpmxxv: *& reliquæ mansiones, vsque Hydruntem: quæ in Regio, quod in sequenti itinere* à Beneuento Tarentum *repetuntur, tanquã superuacuæ à librario sunt prætermissæ In Neapolitano itidem legitur, atque in Blandiniano: & in omnibus titulus itineris deest* à Beneuento Hydruntem: *qui necessario adponendus erat: quod ex vltima* Hydruntis *mansione manifestum adparet: qui error inde emanasse videtur, quod hæ mansiones, & sequentis itineris* A Beneuento Tarentum *eædem sunt: vna* Bleræ *mansione dempta, quæ in hoc itinere* Beneuento Hydrũtem *non adponitur. Præterea quod in Regio* A Brũdisio Tarentum aditus MP. LX. *legitur, suspicor* ad litus *legendum esse, ex Strabonis loco. Nam cum* Brundisio *Romam iter facientibus duas vias proposuit, primam, quam in voce* Erdonias *exposui,* altera, *inquit idem auctor,* per Tarentum paulisper ad læuam, & si, quanta est vnius diei, circuitionem feceris, via Appia offertur plaustris commodior. In ea est vrbs Vria, & Venusia: hæc quidem à Tarento, atque Brundisio media; illa vero in Samnitum, & Lucanorum confinibus: coeuntque ambæ ad Beneuẽtum,

tum, atque Campaniam ex Brundisio. Hinc iam Romam vsque via vocatur Appia. *Plinius.* Latitudo, *inquit*, peninsulæ à Tarento Brundisium terreno itinere XXXV M. patet: multoque breuius à portu Sasina. *Vt forte hoc innui ab Antonino videatur, Si* Brundisio Tarentum *iter facias* ad litus XLIII M P. *confici: nã terrestri itinere, qua fauces peninsulæ arctantur, necesse esse breuiorem confici viam.*

Aeclanum M P. XXV.] *Regium insequenti itinere, quod ijsdem vna dempta conficitur mansionib.* Beneuento Aeclanum mpm XVI *numerat. Reliqua exemplaria hoc itinere* Eclano mpm. XXV *habent. Plinius* Beneuentum Hirpinis *attribuit: & statim etiam* Aeculanos. *Ptolemæus* Beneuentum Samnitibus, *qui sunt sub* Pelignis *attribuit: &* Hirpinis *oppidũ* Αἰκλανον: *vt ab* Aeculano *oppido* Aeclanum *sit dictum: vt in ipso hoc Itinerario ex* Asculo Aslo.

Sub Romulam M P. XXI] *Insequenti itinere Reg.* Sub Romula M P. XXII. *Bl. Ne. & Lon. hoc itinere* sub Romula mpm XXI. *Liuius l. 10.* Romuleæ *vrbis Samnitum mentionem facit. Stephano* Ῥωμυλία *quã* Sãnio *attribuit. Alterius* Romulę *vrbis, siue ea statio erat, meminit auctor huius Itinerarij in itinere ab* Aquileia Siscią per Liburniã. *forte mãsionis nomẽ est* sub Romulã, *vti in hoc Itinerario* sub Anagniã, *q iter sub ea oppida fieret.*

Pontem Ausidi M P. XXII.] *R. exemplar insequẽti itinere* Fõte Ausidi M P. XXII. *Reliqua* Pontausido mpm XXII *nisi quod in Lon.* Ponte *milto corrigitur.* Ausidus *Plinio ex Hirpinis montibus,* Canusium *præfluens.*

Ve-

Venusiam MP.XVIII] *Regium in sequenti itinere à* Fonte Ausidi Venusia MP.XVIIII. *Blandinianum* Venusto mpm. XVIII. *cum in sequenti itinere* Venusia mpm XVIII *præferat, atque eodem modo Longolianum. Neapolitanum* Venustæ mpm XVIII. *& in sequenti itinere* Venusida mpm XVIIII.

Ad Siluianum M. P. XX] *Habent Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum, cum eadem exemplaria & Regium in sequenti itinere post* Venusiam Siluium mpm XX *conlocent.*

Sublupatia MPXXI] *Blan. Neap & Lon.* Sublupantia mpm XXI : *sed in Long.* Subluptantia *corrigitur. In sequenti itinere Reg.* Sublupatia: *& reliqua exemplaria* Sub lapatia *habent: vt forte* Sub Luparia *sit legendum.*

Bleram MPXIII] *Habent Regium, & Blandinianum. Neapolitanum* Plera mpm XIII. *Long.* Blera mpm XIII: *& milto corrigitur* Plera. *Plinius in Tuscis* Bleranos *recenset. Ptolemæus itidem in Tuscis alterius* Bleræ *meminit: cuius etiam à Strabone mentio fieri videtur, libro V: tametsi corrupte* βλυράτοι *legitur. vt ex alieno loco in hanc Antonini paginam forte* Blera *desilierit.*

Strabonis locus.

Tarentum MPXX] *Regium* MPXIII: *&* *Pag 27.* *reliqua* XX.

Teanum MPXVIII] *Omnia* Theano mpm XVIII *habent exemplaria, hoc* Teanum *est* Sidicinum, *alterum* Apulorum *Straboni, & Plinio. Vtrunque sine adspiratione ex vetustis manuscriptis libris, Græcis & Latinis. Strabo* Teanum Sidicinum, *Capuæ pene æquat, & in via Appia conlocat*

Teanum sine spiritu scrib. ex eleganti in script. Taraccon.

cat,& à Sidicinis *dictũ docet, qui ex Oscorũ gente Campana superstites erant.* Sidicinum *Ptol.* Campaniæ *attribuit: alterum mediterraneis* Apulorũ Dauniorum. *Infra hoc ipsum* Teanum *pag 69. ab Antonino* Venafro *adiũgitur: quod oppidum Campaniæ à Ptolemæo attribuitur.*

Alifas M. P. XVII.]*R.* Aliuas M. P. XVII. *Reliqua* Alifas: *neq; hoc adspiratur nomẽ aut Græcis aut Latinis auctorib. At in eius loci inscriptionib.* Allifę, *geminata liquida scribitur, & numero multitudinis.*

Telesiam M. P. XXV]*Regium* Telesia M. P. XXV *& Neapolitanũ: Blandinianum & Longolianum* Thelesia mpm. XXV. Telesia *Liuio libr. 24. inter Samnij oppida: & item Ptolemæo. Strabo* Telesiam Venafro *adiungit.*

Beneuentum M. P. XVIII.]*Regium* M. P. XVII. *Infra in eodẽ exemplari* XVIII. *numeriq;* Alifis *&* Telesiæ *assignati congruunt. Reliqua verò* mpm XVIII. *habent, atq; eo numero huius itineris summæ ratio constat.*

Sinuessam M. P. XLIV.]*Habetur in manuscriptis exemplarib & Long. In agro* Vestino, *Falernũ agrum contingẽte,* Sinuessa colonia *à Romanis deducta, vbi Sinope Græca vrbs condita fuisse dicebatur, Liu. lib. 10. auctor est: & Plinius ab Minturnis, & Lyri amne litus Campanũ legens,* Oppidũ, *inquit,* Sinuessa extremum in adiecto Latio, quam quidam Sinopem dixere vocitatam. *Vt in Ptolemæi libris in maritimis Campaniæ, post Lyris flumi-* *In Ptolemæo coniectura.*
nis ostium σινῶσσα *sit legendum, non* σίνουσα, *quod deo mihi sit verisimile, quòd in eius descriptionibus* Sinuessæ *nulla fuerit mentio facta. Tacitus li-*

bro

bro xij. In tanta mole curarum Claudius valetudine aduersa corripitur: refouendisq; viribus mollicie cœli, & salubritate aquarum Sinuessam pergit.

Cumas M P. VI] *Procopius libro 1. de bello Gothorum* Cumasa Neapoli CXXVIII *stad. abesse perhibet.*

A Neapoli Nuceriam Constantiam M P. XXXVII] *Regium exemplar* A Neapoli Noceria Cõstantia M P. XXXVII. *Blandinianum* A neapoli nuceria consta. MPM. XXIIII. *Neapolitanum* Incapoli Nuceria Cõstantia mpm XXIIII, *atq; eodem pacto in Longoliano. Hanc* Nuceriam *arbitror eam esse, cuius supra mentio facta est, cui forte* Constantiæ *cognomen inditum sit: quod supra hoc Itinerario adiectum non sit, cum* Nuceriæ *fit mentio; quod in* Heraclea Thraciæ, Perinthi *cognomine, hoc ipso euenit Itinerario.*

A Literno Misenum M P. XII] *In Regio* à litore Nomium M P. *& numeri desunt: & eius itineris mansionum nomina. In Blandiniano* à Lintirno mpm XXXI. Miseno mpm XII. Sic: Cumis mpm. VI. Bais mpm iij. Miseno mpm iij. *atq; itidẽ eodẽ ordine in Neapolita. & Longoliano exemplaribus. Liuius lib. 39. meminit loci, exilio Scipionis Africani, & sepultura nobilis. Ptolemæo itẽ* λιτέρνου

Misenum M P. III] *Straboni proximum* Cumis *constituitur* Misenum *promuntorium. Plinius* Liternum, Cumas, Chalsidensium Misenũ portui Baiarum *adiungit, quæ hoc itinere æque adnectuntur. Tacitus de Tiberio Cæsare:* Mutatisq; sæpius locis, tandem apud promuntorium Miseni consedit in villa, cui L. Lucullus quondam

dominus. *Vt ſtationem Antoninus eam deſignet, non oppidum.*

Ab vrbe Mediolanum &c.]*R.exemplar* M P. CCCCXXXIII: *cui hac in parte fidem minime habendam video in his ſummis reconcinnandis, quòd complures in eo deſint manſiones. Blandinianum & reliqua* Item ab vrbe Mediolano mpm DXXVIII.

Inde Aquileiam M P. C C L X X]*R.* Inde Aquileia M P. C C L X. *Bl.* mpm C C L X X. *Nea.* mpm C L X X *Lon.* C C L X X. *& milto corrigitur* D X X, *ſed Regij exemplaris ſumma cum numeris manſionum congruit, miliario vno minus.*

Inde Nicomediam M P. D C C C X V]*Regium* D C C L X X X I I. *Reliqua* D C C C C X V.

Inde Antiochiam M P. D C L X X X I I]*R.* D C C L V. *Blan. & Long.* D C L X X X I I. *In Neapolitano prætermiſſa fuit hæc manſio.*

Inde Aegypto Hieraſycaminon vſq; M P. D C C L X I I]*R.* Inde egipto ieraſicaminos vſq; D C C C L X I I I. *Reliqua* inde in Aegypto Hieraſycaminos vſque mpm. D C C L X I I.

Roſtratam villam M P. X X I I I]*R.* Roſtrata villa mpm X X X I I I. *Reliqua* mpm X X I I I j. *Huius manſionis nullam reperi fieri mentionem.* *Pag. 28.*

Ocricolos C I V. M P. X V]*R.* Ocricoli C I V M P X X I. *Reliqua* Vtriculi ciuitas mpm X X V. *Pli. in exemplari Toletano,* Ocricolo, *&* Ocricolani *in Strabonis libris excuſis* ὀκρικλῶν *Ptole.* ὀκρίκολον. *Stephanus item* ὀκρίκολα πόλις τυῤῥηνίων.

Narniam C I V. M P. X I I]*Plinius* Narnienſium *oppidum vocat, &* Neruinum *antea vocatum perhibet: Et* C C C L I. *ſtad. ab vrbo Roma abeſſe Procopius auctor eſt, de bello Gothorum li. 1.* In-

Interamniam CIV. M. P. VIII.] *Omnia exemplaria* Interamnia *habent, non* Interamna. *In Strabonis libris* Ιντέραμνα. *Ptolemæi vero* Ιντεράμνια *Tacitus libro* XVIII. Vitata Flaminię vię celebritate deuertêre Interamnam, atq; ibi interfici iussit, longum interfectori visum, in itinere, ac taberna proiectum iugulauit, *Et lib. 19 Pars Narniæ, pars Interamnæ sub sistere iussi in Hispania.* Interamnium *& Græce, & Latine.*

Spoletium CIV. M. P. XVIII.] *Regium exemplar* Spoletio CIV. M. P. XVIII. *Blandinianum* Spolitio ciuit. mpm. XVIII. *Neapolitanum* Spolitio *Strabo lib. 5.* ἐκ τῶν ὀχτικλῶν εἰς ἀρίμινον ἰντεράμνα ἐστὶ, καὶ σπολήτιον: *& in Ptolemæi item libris* σπολήτιον.

Forum Flaminij vicum M. P. XVIII.] *Regium* Foro Flaminis vicus mpXVIII. *Reliqua* Foro Flaminis vicus mpm XIX.

Heluillum vicum M. P XXVII.] *In Reg. exemplari prætermissa est hæc mansio. In Blandiniano legitur* Heluillo vicus mpm. XXVII. *& in Neapolitano* Neluillo vicus mpm. XXVII. *& in Longoliano* Heluillo vicus mpm. XIX *&* Neluillo *corrigitur.*

Callem vicum M. P. XXIII.] *In Regio* Cale uicus M. P. XXIII. *& infra* ad Galem, *& in Blandiniano, & Longoliano* Calle vicus M. P. MXXIII. *& Neapolit.* Galle vicus mpm. XXVII. *Mihi legendum videtur* Callem vicum, *vt à Siluestri Calle pastorum vicus nomen acceperit. Varro de re rustica*: qui in callibus versen-

Calles.

tur,

tur, per calles siluestres longinquos solent comitari in æstiua, & hyberna. *Cicero pro Sestio:* Atq; æstatem integram nactus, Italiæ calles, & pastorum stabula prædari cœpisset. *Nostri* Canadas *vocant. Inde Prouinciæ, vetere ex more* Calles *decernebantur, Tacito, & Suetonio auctoribus. Infra pagina lxxij. huius Itinerarij* Ad Callem *eadem ab* Heluillo *mansione* M P. XIIII. *tribuūtur.*

Pisaurum M P. VIII] *In Regio deest hæc mansio: post* Fanum Fortunæ, *& statim* Aquileiæ *adiungitur.*

Recto itinere Rauennam] *Iordanus siue Iormandes de Rauenna:* Trino siquidem vrbs ipsa vocabulo gloriatur, trigeminaq; positione exsultat, id est, prima Rauenna, vltima classis, media Cæsarea. *Nam* classem *ccl. nauium ad Ostia* Padi *tutissima antea recipi mansione, Dione referente, idem auctor perhibet.*

Inde nauigantur septem maria Altinum vsq;] *Regium* Inde nauigatur Septimaria Altinum v'que. *Reliqua,* Inde nauigantur VII. maria Alzinum vsque. *Plinius de Pado.* Necalius amnium tam breui spatio maioris incrementi est. Vrgetur quippe aquarum mole: & in profundum agitur grauis terræ, quamquam diductus in flumina, & fossas, inter Rauennã, Altinumque per CXX. M P. tamen quia largius venit, septem maria dictus facere. *Iornandis de Pado,* ab Augusto *inquit,* Imperatore altissima fossa demissus, qui septima sui parte mediam influit ciuitatem.

Item ab Arimino Cæsenam] *Hæc man-*

sio cum reliquis, vsq; ad Iouiam *desunt in Regio exemplari.*

Pag. 29. Sirmionem mansionem MP.XX] *In Blandiniano & Neapolitano exemplaribus, & Longolianis libris* Sermione mansio MP.XXII. *Videndum an ad* Sirmij insulam *ea mansio sit lacus* Benari, *quem ager Veronensis attingit; cum hoc Itinerario,* Verona *eam consequatur mansionem. Celeberrima ea est insula, Catulli doctissimi poëtæ illustrata carminibus.*

Vicetia ciuit MP XXXIII] *In Blandiniano* Vicentia: *cum* Vicetia *scribendum viri docti doceant. Tacitus libro* XIX. Possessa ipso transitu Vicetia, quod per se, parum etenim modicæ municipio vires, magni momenti locum obtinuit.

Fluuium frigidum MP. XXXVI] *Huius fluuij mentio fit à Claudiano poëta, in Tertium Honorij Consulatum.*

Alpinæ rubuere niues: & Frigidus amnis
Mutatis fumauit aquis —

Sed & Socrates Scholasticus historiæ Ecclesiasticæ libro V, cum eam rem diuinitus gestam commemorat, & eius etiam fluminis *nomen apposuit.* γὰρ οὖν συμβολὴ περὶ τὸν ποταμὸν τὸν καλουμένον φρίγιδον. *Atq; item Nicephorus Callistus ex Socrate Historiam decerpens.*

Longaticum mansionem MP. XXII] *In Blandiniano & Longoliano,* Longatico mansio mpm XXII. *Neapolitanum* Longatico mansio mpm XVII.

Aennoniam CIV. MPM. XVIII] *In eisdem exem-*

exemplaribus Hennoniam. *Plinius in Liburnis qui generatim eius ætate Illyricum nuncupabatur,* Aenoniam *ciuitatem recenſet. Ptolemæo item in Liburniæ, & Illyridis maritima ora* αἰνώνα.

Celeiam CIV.MP.XXIIII] *Vrbem Græciæ eſſe referunt in Noricis.*

Poetouionem CIV.MP.XVIII] *Blandinianum* Patauione ciuit.mpm XVIII: *atq; item in Neapolitano & Longoliano: Lego tamen* Poetouionem. *Tacitus initio libri* VIIII, Petouionem *(ita enim in vetuſto exemplari legitur)* in hiberna XIII legionis conuenerant. Illic agitauere, placeret ne obſtrui Pannoniæ alpes, an ire cominus, & certare pro Italia conſtantius foret. *Ammianus lib.xiiij.* Venit Petobionem oppidũ Noricorum: *cuius plurima infra in hoc Itinerario fit mentio. Ptolemæi libros deprauatos arbitror in dictione huius oppidi, & πετοβίον legendum pro παταβίον in ſuperiore* Pannonia. *Ptolem. caſtigatur.*

Lentulos MP.XXXII] *In Regio ex* Iouia, *quæ ſuperior eſt manſio, & hac manſione, vnum videtur conflatum nomen* Siniotalentulis.

Serota MP.XXXII] *Habetur in tribus, præter Regium, exemplaribus, in quo* Sirota MP.XXXI *legitur.*

Marinianas MP.XX] *Regium* Marianis MP.XX. *Reliqua* Marinianis.

Vereos MP.XXII] *Regium* Vericis MP.XXII. *In reliquis* Vereis mpm XXII.

Murſam CIV.MP.XXVI] *Regium* Marſa CIV.MP.XXVII. *Blandinianum* Murſa ciuit. mpm XXVI; *& Longolianũ. In Neapolitano* Mar-

satium mpm XXVI. *Ptolemæo, quemadmodum in hoc Itinerario* κίβαλις μυρσέλλα *&* μαρσόνια *adiunguntur inter vrbes* Pannoniæ, *quæ sunt sub* Danubio. *Eutropius* Magnentium *Imp. apud* Mursam *profligatum acie ac pene captum auctor est, sed eam Socrates Historiæ Eccl. li. 2. cap. xxxij.* Galliarũ *præsidiũ esse docet: & ab ea Lugdunũ tridui iter esse auctor est.* Marsoniæ *vero, &* Mursæ *fit mentio in Notitia prouinciarum sub dispositione Ducis Pannoniæ II.* Ripariensis, *siue* Sauiæ. *Stephanus alterius* Mursæ *meminit* μύρσα πόλις ἰάπυγιας κτῖσμα ἀδριανοῦ.

Cibalas CIV. MP. XXIIII] *Regium* MP. XXIII. *Reliqua* Cibulas MPM. XXIIII. *Ammianus libro xxx.* Natus apud Cibalas Pannoniæ oppidum Gratianus maior, ignobili stirpe.

Vlmos vicum MP. XXIIII] *Regium* MP. XXII. *Reliqua* mpm XXIIII.

Sirmium CIV. MP. XXVI] Sirmiensem *vrbem, & Castellum* Sisciam, *in ea viâ sitas, prodit Strabo, quæ ex* Pannonia *in Italiam ducebat: vt iam antiquitus, hæc via constituta & constrata fuerit.*

Basianas CIV. MP. XVIII] *Regium* Bassianis ciuitas MP. XVIII. *Reliqua* Basinianis ciuit. mpm XVIII: *Sed quod Ptolemæo* βασιάνα *sint, ego* Basianas *legendum arbitror.*

Taurunoum classis. MP. XXX] *Regium* Taurono lassis MP. XXX. *Blandinianum & Longolianum* Taurono classis. *In Neapolitano* Taurimo classis mpm XXX. *Plinius de Pannonia:* Alter amnis

his Baninti⁹ in Saũ Sirmio oppido influit: vbi
ciui. Sirmienſiũ, & Amantinorũ. Inde XLV.
MP. Taurunum, vbi Danubio miſcetur Saus.
Arrianus de rebus ab Alexandro Magno geſtis libro
viij. memoriæ prodidit, Danubio Sauum *apud Pae-*
nas immiſceri, locumq3, vbi hæc duo flumina con-
funduntur, Taurunum *vocari. At in hoc Itinera-*
rio XLVIII. MP. *deſignantur: quo id ſignifica-*
ri videmus, eo loci Claſſi, *quæ Danubio nauigaret,*
ſtationem eſſe conſtitutam: & ita legendum ſit Tau
runum claſſis, *vti in ſequenti manſione* Singidu-
num caſtra. *Ptolemæo* ταυρῦρομ *pro* ταυρῦνομ.
In notitia Prouinciarum apparet, Præfectos Claſ- 3
ſium *in his locis præfuiſſe: vt Præfectus Claſſis pri-*
mæ Flauiæ Auguſtæ, Sirmij. *Præfectus claſſis Iſtricæ*
Murſæ. *Vulgò* Belgradum, *&* Albam Grae-
cam *eſſe agnoſcũt, in* Moeſia *ſuperiore vel* Boſna.

Singidunum caſtra MP. IIII] *Regium*
Singidlino caſtra MP. IIII. *Reliqua* Singidu-
no MP. IIII. *Apud Ptolemæum in ſuperiore My-*
ſia inter mediterraneas vrbes iuxta Danubium
flumen σιγινδῦνομ *pro* σινγιδῦνομ Moeſia *enim*
prouincia Pannoniæ adiuncta, ad Pontum vſq3 cum
Danubio decurrens à confluente Danubij, & Saui
ad Taurunum incipit, vt Plinius auctor eſt. In noti-
tia Prouinciarum ſub diſpoſitione viri ſpectabilis
Ducis Moeſiæ *primæ Præfecturæ legionis iiij. Fla-*
uiæ Singiduno. *Nicephorus Calliſtus libro viiij. de*
Vrſicio, Singidonis, & Valente, Murſiæ *Pan-*
noniorum Epiſcopis, in Sardicenſi Concilio *&*
pluribus alijs locis mentionem facit. Ii enim fuêre,
qui aduerſus magnum illum Oſium Corduben- *Oſius Cor-*

dubensis Episcopus. sem Episcopum: *summis concertationibus dimicauere: quos* D. *Athanasius super formula fidei in* Sirmio *compositą suis percellit epistolis.* Idē *auctor lib. xiiij. perhibet* Longobardos, *&* Abares *oram eā quæ ad* Singidonem, *&* Sirmium *est, incoluisse. Et lib. xviij.* Abaros *bis in id quod vocatur* Macrōtichos *expeditione facta,* Singidonem *&* Anchialum, *Græciamq; omnem, atq; vrbes, & castella expugnasse.*

Aureum montem MP.XXIIII]*Hæc māsio deest in exemplari Regio. In reliquis* Aureo mōte MP XXIIII. *Oppidi nomē esse ex Eutropio adparet, vt in mansione* Almi *in pagina 51. commōstrabimus, & idem perhibet,* Carinum *Imp. inter* Viminacium, *atq;* Aureum montē *victū. Infra in hoc Itinerario* Aurei montis *fit mentio, & in Notitia Prouinciarū, sub dispositione Ducis prouinciæ Pānoniæ secūdæ* Ripariēsis siue Sauiæ, *Præfectus legionis vi. Herculeæ cohortis v. partis superioris* Aureo monte.

Pag. 30. Ab aureo monte Vinceiam MP.VI] *Reg. continuo versu* Abaureomonteuinceia MP.VI. *Blan & Nea. separatim* Ab Aureo monte Vinceia: *& Longol. sed hoc* Viceia *emendat: ac monet, vt caueant, an* Vienna *legendum sit.*

Margum MP.VIII] *Regium* Margo MP. VIII. *Reliqua* Marco mpm VIII. *Paulò post hoc ipso itinere* Horrea Margi. *Eutropius in Diocletiano,* postea, *inquit,* Carinum omni odio, & detestatione viuentē, apud Margū ingenti prælio vicit, proditum ab exercitu suo, quem fortiorem habebat: certè desertum inter Viminacium

nacium.atq; Aureum montem. *In Notitia Prouinciarum sub dispositione Ducis Mœsiæ primæ Auxilium* Margense Margo: *& Præfecturæ militũ contra* Margum *in Castris Augusto Flauianensibus & Præfecturæ Classis* Stradensis, *&* Germensis Margo.

Etleg MP.VIII] *Habetur in Regio. Blandinianum & Longolianum* Ethlegh. MP. VIII. *In Neapolitano* Ethdoch mpm.VIII. *Ego arbitrabar legionis stationem hoc loco designari: sed cum apud Ptolemæum inter vrbes Danubiæ propinquas* στηγα *recenseri videam, æstimandum iudico.*

Turios MP.XX] *In Regio deest hæc mansio, quæ habetur in reliquis.*

Inde Vminacum MP.X] *Regium exemplar* Inde Minacio MP. X. *Blandinianum & Longolianum* Inde Euminaco mpm.X. *Neapolitanum* Inde Emminaco mpm. X.

Viminacium MP.XXIIII] *Regium* Vimincio MP.XXIIII. *cum infra in eodem* Viminacio *legatur. Blandinianum & Longolianum* Viminatio mpm XXIIII. *Neapolitanum* Viminacio mpm.XVIII: *&* Municipij *mansionem* Viminacio *ante tulit, quæ ratio & in Longoliano adnotatur. Ptolemæo* οὐιμινάκιον λεγιῶν. *Forte legẽdum hoc Itinerario* Viminacium municipium MP.XXIIII: *videntur enim ex vna mansione duæ factæ: neq; verisimile est nomen* Municipij *nudum fuisse adpositum, ciuitatis nomine prætermisso, atq; ideo atro asterisco signauimus: tametsi in manuscriptis, & Longolianis libris* Municipium MP.XVIII. *seorsim legatur. Aelius*

Spartianus auctor est, cum Seuerus *contra* Albinum *expeditionem vrgeret, in itinere apud* Viminacium Bassianum *filium maiorem, adposito Aure ij Antonini nomine, Cæsarem adpellasse.*

Idimum MPXXVII] *Regium*, Idimo MP. XXVII. *Blandinianum & Longolianum* Idimo mpm XXV. *sed in Longoliano* XXVI *corrigitur. In Neapolitano* mpm XVI.

Horre margi MP. XXI] *Regium* Orreo Margi MPXVI. *Reliqua* Horreo Margi MPXXI. *Ptolemæo inter vrbes à Danubio semotas* Ὄρρεα.

Pompeios MP. XXIII] *Regium* Pompeis MP. XXIIII. *Blandinianum & Neapolitanum* Pompeis mpm XXXIII: *atq; item in Longoliano: sed* XXIII *emendat.*

Naissum MP XXIIII] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Naisso mpm XXIIII. *Neapolitanum* Naissa mpm XXIIII. *Longolianum* Naisso mpm XXIIII: *&* Naissa *corrigitur. Georgius Cedrenus de rebellione in Pannonia à Bulgaris facta, pagina* DCXV. ναίσσῳ *meminit. Et Ptolemæo inter Dardaniæ vrbes* νεσὸς *recensetur, forte pro* ναίσσος: *cui adiunguntur* Vlpianum *&* Scupi: *& Cedrenus Naisso* Scupas *adiungit, quam primariam Bulgariæ vrbem esse asserit.*

Remisiana MP. XXV] *Præferunt manuscripta exemplaria & libri Longoliani* Remissiana.

Turrim MP. XXVIII] *Regium* Turribus MP. XVIII. *Blandinianum* Turris mpm xxvij. *Neapolitanum* Turris mpm xxviij *Longolianum* Turris mpm xxvij: *&* xxv. *corrigitur. Forte id oppidum est, cuius Procopius libro de bello Gothorum*

horum iij. mentionem fecit, perhibet enim Iustinianum Imperatorem missis ad Antas *&* Sclauinos *legatis, maxime hortatum fuisse, vnum vt omnes incolerent locum, & veterem præcipue vrbem* Turrim *cognominatam, supra Istrum sitam, & à Traiano quondam exædificatam, sed id temporis Barbarorum direptione penitus destitutam.*

Meldia MP.XXX] *Habetur in Regio. Reliqua* Melipia mpm xxx.

Serdicam MP.xxiiij] *In Regio & Blandimano legitur,* Serdica mpm xxiiij. *In Neapolitano* Serdica mpm xxxiiij. *Longolianum* xxiiij. *&* xxx *corrigit. Eutropius Maximianum Galerium Imp. in Dacia haud longe à* Serdica *natum, auctor est. Ammianus de* Serdica, *libro xxxi.* per nemorosa, & deuia trans Philippopolim, exindeq; Serdicam, aliam Macedoniæ vrbem. *Ptolemæo* σαρδίκη *inter Mediterraneas* Thraciæ *vrbes. Suidas* Serdicem Daciæ *vrbem memorat.*

Burburaca MPXVIII] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Bagaracta mpm xviij. *Neapolitanum* Bagaraca mpm xviij. *Longolianũ* Bagaracta mpm xviij. *&* Bagaraca *corrigitur*

Helicem MP.XXI] *Regium* Elice mp. xxij. *Reliqua* Helice mpm. xxi.

Lissas MP.XXI [*Omnia habent exemplaria.*

Bessapara MP. XXII] *Regium* Belsufara mpm. xxii. *Blandinianum, & Longolianum* Bassa para MPM. XXII. *In Neapolitano deest hæc statio. Procopio in fine libri* IV. περὶ τῶν κτισμάτων *inter Castella Thraciæ* βεσύπαρον *&* βεριπαρὰν *cõnumerat.*

Philippopolim MP. XXII] *Plinius*, oppidum sub Rhodope Pleuropolis antea, mox à conditore Philippopolis: nunc à situ Trimantium dictum, *Mirum tamen Ptolemæum addere, & Hadrianopolim nuncupatam, cum vel hoc ipso Itinerario diuersa oppida sint. Ammianus libro xxij* Edixit iter in Thracias, motisque propere signis, emensa decliuitate Succorum Philippopolim petijt. Eumolpiada veterē. *Idē asseritur in Breuiario Rufi Festi. Stephanus* Macedoniæ *attribuit.*

Cellas MP XXX] *Regium* Cellis MP.XXXI. *& reliqua* Gillis mpm XXX.

Opizum MP. XX] *Regium* Pizo MP.XVIII. *Reliqua* Opzo mpm XX.

Assum MP.XVIII] Ruso *habet Regium exemplar. Reliqua* Asso mpm XVIII. *Flacilli Episcopi* Assi *ciuitatis, fit mētio in Chalcedonēsi Concilio, forte ab* Aslo *vrbe* Phrygię *minoris, seu* Troadis.

Subzupara MP. XX] *Reg* Subzupara MP. XVIII. *Bl.* Sazanara mpm XX. *Nea.* Sacanara mpm.XX. *Longol.* Saranara mpm XX. *&* Sararana mpm XVIII *corrigitur.*

Burdiptam MP.XXII] *Re.* Burdicta MP. XXII. *Blandi.* Burdipta mpm XXII. *Nea.* Burtippa mpm.XXII. *Longolianum* Burdepta mpm xxij. *&* Burdipa *corrigitur.*

Hadrianopolim MP. XXIIII] *Habent manuscripta & Longolianum: nisi quod in hoc* XXI *corrigitur. Ammianus libro xiiij. vrbem* Hemimoneanā, Vscudanā *antea nuncupatā: quod nomen deprauatum appareat in Breuiario Rufi Festi.*

Ostu-

Oſtudizum MP. XVIII] *Regium* Oſtrudo MP.XVIII : *Et infra in itinere* A Dyrrhachio Byzantium *in eodem Regio* Oſtidizo *legitur. Blandinianum & Longolianum hoc loco* Oſiudizo *legunt: & Neapolitanum* Oſindizo. *Infra itinere ſupradicto* ab Hadrianopoli Oſtudizum xviiij MP. *conſtituũtur, & pagina 51.* MP.XXXiij.

Burtudizum MP. XVIII] *Pagina lxxiij.* Burdidizum MP.xviiij.

Bergulas MP. XVIII] *Regium* Burgule MP.XVIII. *Blandinianum & Longolianum* Burgulæ MP.xviij. *Neapolitanum* Begulæ mpm xviij. *Ptolemæo* βεργάλη. *Georgius Cedrenus* Theodoſium *Magnum de filij nomine* Arcadiopolim *cognominaſſe auctor eſt, quæ antea* Bergulion *adpellaretur.*

Drizipara MP. XIIII] *Habet Regium exemplar: & reliqua* Drizipala mpm xiiij. *niſi quod in Longoliano* mpm xviij. *corrigitur. Ptolemæo* δρυσιπάρα. *Suidæ* δριξιπάρος πόλις τῆς θρᾳκῆς *Infra eadem manſiones obeuntur pagina lxxiij. Itinere Dyrrhachio* Byzantium & Druſiparum *legitur.*

Izipallo MP.XVI] *Habent Regium & Blandinianum exemplar. Neapolitanũ* Iziralla mpm XXI. *Longolianum* Iziralo mpm XVI. *Pag. 31.*

Heracleam MP.XVIII] *Regium* MP.xvij. *& reliqua* xviij. *Hæc eſt altera* Heraclea, *quæ* Perinthus *cognominabatur in* Propontide : *cuius Thraciæ vrbes inter mediterraneas infra ab Antonino fit mentio, cum eius cognomine inter* Iziralli & Cœnophrurió. *Pomponius* in Boſphoro Byzantium;

zantium; in Propontide Selymbria, Perinthos, Bathynis. *In Regio item infra* Heraclea *legitur, non* Heraclia.

Cœnophrurion.

Cœnophrurion MP.XVIII]*Regium* Cenofrurio MP XVIII. *& item reliqua. Flauius Vopiscus in* Aureliani *vita* mansionis *nomen* Cœnophrurio *attribuit.* Sed cum iter faceret apud Cœnophrurion mansionem, quæ est inter Heracliam & Byzantium, malitia Notarij sui & manu Mucaporis interemptus est. *Eutropius*, Interfectus, *inquit*, est itineris medio, quod inter Constantinopolim & Heracliam est, stratæ veteris. Locus Cœnophrurion adpellatur: *In quo illud aduertendum, viam hanc veterem* stratam *ab Eutropio vocari. Georgius Cedrenus:* ἀνῃρέθη δὲ ὑπὸ στρατιοτῶν μεταξὺ ἡρακλείας, καὶ βυζαντίου ἐν τῷ καλλυμένῳ κοινοφρουρίῳ. *vt interpres non rectè* Nouum castrum *verterit, cum alioqui si vertendum esset, rectius* commune præsidium *nuncupasset. Suidas* φρούριον τὸ πολιχνίον λέγεται.

Eutropij locus illustratus.

Melantiada MP.XXVIII]*Regium* Melantrada MP.XVIII. *Blandinianum & Longolianum* Melanciada MP.XXVIII *Neapolitanum* Melanciadia mpm. XXVIII. *Ammianus libro xxxi. De Valente*, Ipse ad Melantiada Villam Cæsarianam profectus: *& postea* E Melantiade signa commouit. *Suidas etiam quot stadijs à Byzantio distet, retulit, quæ minime cum his milliarijs congruunt. Libet integrum Suidæ locum adponere.* μελαντίας ἡ..ἡμ παρά πολλοῖς λεγομένη μελιτίας. κώμη τῆς θρᾴκης δυόκαὶ ἑξατον σταδίους διέστωσα

τοῦ

τῦ βυζαντίυ παράῤῥει δὲ αὐτὴν ἄθυρας πόταμος.

Byzantium MP.XVIII] *Hoc loco licebit perpendere, Regij exemplaris integram vetustate fidem. Nam* Byzantio MP.XVIII. *in eo legitur: cum in Blandinianum, ante cccc. circiter annos descriptum, & reliqua exemplaria turpis menda irrepserit: ex eo, quod in margine fuerat adnotatum. Ita enim in eis legitur.* Bizantio, qui & Constantino poli mpm XVIII. *Nam si Antonini commentationi aut eius administris, hoc est attribuendum* Itinerarium, *qui potuit* Constantinopolis *mentio fieri? Simile, & multo turpius erratum in eodem* Byzantio *in Egesippi opus irrepsit. Cum libro iij. cap. v. Constantinopolim Bizantiorum vrbem quartam inter vrbes reliquas constituit: Cum ipse vicinus Apostolicorum temporum fuerit. vt* D. *Hyeronymus est auctor. Satis enim constat Iustini Philosophi, & martyris ætate vixisse.*

Constantinopolis glossema sublatum.

Egesippus emendatus: & quæ ætate floruerit, ostensum.

Chalcedoniam MP.IIII] *In Regio* Calcedonia MP.XXIIII. *At reliqua* Calcedonia traiectus in Bithinia mpm IIII. *atq; ideo propter consensum horum exemplariorum visum fuit in margine miniaceis litteris adnotare. Nam quod vetustorum librorum lectionem retinemus, qui* Chalcedoniam, *non* Chalcedonem *edunt, vulgati Herodoti libri cogunt, in quibus* Χαλχηδωνία *legitur, & aliorum recentiorum auctorum, nempe Isidori, & Anselmi. Plinius,* Chalcedonem *septem tantum stadijs distare à* Byzantio *memorat, & libro viij. cap. xv.* Itaq; omnis captura Byzantij est magna Chalcedonis penuria MP. medij interfluentis

Plinij lectio.

entis Euripi, *ita enim in manuscriptis exemplaribus legitur non* D. P. *vt forte* viij. stadijs *distare scripserit*, non VI.

Pantichium M P. X V] *Regium* Panticio M P XV. *Reliqua* Pantico mpm XV. *Sed infra in Regio exemplari* Pantecio: *& Blandiniano* Panthario: *sed ego* Pantichium *lego, ex Sozomeno libro vij. ca. xxi. & Nicephoro Callisto libro xij cap. xlix. qui* Pantichiū *oppidū paruū, non longe à* Calchedone *situm tradūt lib. xiij. item Nicephorus perhibet Eutropium ex Cypro abductum apud Pantichium, vbi iudicum consilium consederat, Aureliano profecto, alijs q3 inlustribus viris causam eius cognoscentibus, grauium criminum reū peractum, capitis supplicium subijsse. Dionysius Byzantius cum post* Cyaneas insulas *iuxta continentem* Bithyniæ *ad* Bosporum *promuntorium* Coracesium *constituisset, statim protentum litus adiecit. cui nomen fuerit* Pantichion *ab substructione fossarum, omne id oppidū ambientium: sed nihil ad hoc Antonini* Pantichium *attinere videtur. Nam huius ad* Propontidem *siti vestigia exstare traduntur.*

Libyssam M P. X X I I I] *Habent omnia exemplaria: Sic,* Libissa M P. X X iiij. Libyssam *exiguum* Bithyniæ *vicum esse iuxta mare. Plutarchus in T. Quinctij Flaminini vita prodit morte Annibalis celebrem. Plinius:* Fuit & Libyssa oppidū, vbi nunc Annibalis tantum tumulus. *Ammianus li. xij.* Prætercursa Chalcedone, & Libyssa vbi sepultus est Annibal Pœnus, inde Nicomediam venit. *Liu. rei gestæ auctor oppidi nomē omisit.*

Annibalis sepulcrum vbi.

Nicomediam M P. X X I I] *Post vrbis* Nicomediæ

die *ſtationem qua iter* Sirmio *conſtitutũ finitur in Blandiniano, & Longoliano legitur* à Cõſtantinopoli vſque Antiochia mpm DCCXVI: *in Neapolitano vero* A Conſtantinopoli vſq; ad Antiochiam MPM. DCLXXVI: *quorum verborum nulla in Regio exſtant veſtigia: quæ tamen in margine appoſuimus: tametſi minimè conuenire apparet, cum ea ſumma, quæ hoc Itinerario conſtituitur* Nicomedia Antiochiam vſque.

Item Libo MP.XX]*habet Regium exemplar; & reliqua* Item Libo mpm xxj. Eriboli *ſtationis in conſpectu Nicomediæ Diõ meminit, ſiue ex Dione Xiphilinus in* Macrino *Imp. vt hæc eſſe minime videri poßit, tam longinquo dißita ſpatio. Ante Nicomediam Ptolemæo eſt* Olbia.

Nicæam MP.XXIII] *Re. Bla & Lon* Nicia MP.xxiij. *Ne.* Nicea mpm xxij. *Quod ex Pli. patet, duplicẽ eſſe* Bithyniæ *prouinciæ* Niceã: *alterã à Pruſa ab Annibale ſub Olympo condita* XXV. MP. *interueniente Aſcanio lacu, deinde item* Nicæã *in vltimo Aſcanio ſinu: cum manuſcripta exemplaria perpendo, mendoſus mihi locus videtur: qui ex ijſdẽ manuſcriptis à viris doctis excutiendus eſt, & eruẽdus. Ammianus libro xvi. in Bithynia* Nicæam *matrem vrbium eſſe prodit.*

Plinij locus expendendus.

Oriens medio MP.XVI] *Habet Regium exemplar. Blandinianum*, Mœdo Orientis mpm. xvj. *Neapolitanum* Medio mpm xvj. *Longolianum* Medo Orientis mpm xvj. & Media *in eo corrigitur Regij lectionem adponere viſum eſt.*

Cotyæium MP.XXVIII]Tottaio *vno conſenſu legitur in manuſcriptis. In Longol.* Toteaio

mpm

mpm.xxviii. *Strabo libro xij. inter alias Phrygiæ Epicteti vrbes* κοτυάειον *recenſet, & Hermolaus ex oppidis,* Cotion Cera, Iconium, aut Contiō, *vti in vetuſtis exemplaribus legitur,* Cotiaion, Cerane, Iconium *emendat. Ptolemæus inter magnæ Phrygiæ vrbes item* κοτυάειον. *Georgius Cedrenus de Leone dictatore contra Durum expeditionem capeſſente* ἐξελθὼν οὖν καὶ κατὰ τὸ τῆς φρυγίας γενόμενος κοτυάειον *&c. vt non dubitem* Cotiaeium *reponere.*

Dablim MP.XXVIII] *Habent Regium, Blādinianum, & Longolianum. In Neapolitano* mpm xxxviii. *Ptol. in Bithynia* δαβλεὶς.

Cœnon Gallicanon MP.XXIIII] *Regiū* Cenon Gallicanon MP.XXIIII. *Blandinianum, & Neapolitanum,* Cenon Gallicanon mpm.xviii. *Longolianum* Cœnum Gallicanum mpm. xviii. *Plutarchus in Pompeij vita, arcem quandā in qua Mitridatis arcana monumenta reperta fuerant,* Cœnon *nuncupatam refert. Ammianus* ſtationem *eſſe tradit, libro xiiij.* Cum Bithyniam, *inquit,* introiſſet, in ſtatione, quæ Cœnos Gallicanos appellatur, abſumpta eſt vi febrium repentina.

Dadaſtanam MP. XXI] *In manuſcriptis & Longoliano* Dabaſtana mpm XXI. *Ptolemæo ſtatim poſt* Dableis, *eadem ſerie, qua in hoc Itinerario* δαδαστάνα ἰολίου πόλις, *Ammianus libro xxvi.* Hinc quoque Iouianum celeri gradu præſcriptus vitæ finiendæ dies exegit: Cum enim veniſſet Dadaſtanam, qui locus Bithyniam diſtinguit, & Galatas, exanimatus inuentus eſt nocte

est nocte. *Et eodem libro*: Arintheum lectissimum ducem occursurum hostibus misit: qui vbi Dadastanam tetigit, in qua statione perijsse diximus Iouianum: *&c.*

Iuliopolim MP.XXVI] *Habent Regium, & Blandinianum. In Neapolitano vero* Liliopolim mpm XXVI. *Et in Longoliano* Iuliopolim mpm. XXVI: *&* Leliopolim *corrigitur. Plinio interiore Bithynia* Iuliopolitæ. *Eius vero sororis filius Plinius itidem Secundus, ad Traianum scribens,* Iuliopolitanos *in capite Bithyniæ esse perhibet, quorum ciuitas perexigua erat.*

Laganeos MP.XXIIII] *Habet Regium exemplar. In reliquis* Baganeos mpm XXIIII.

Minizo MP.XXIII] *Habet Regium exemplar. Blandi. & reliqua* Mizino mpm XXIIII.

Manegordum MP.XXVIII] Manegordo MP.XXVIII. *habet Regium exemplar. Blandinianum, & Longolianum* Manezordo mpm XVIII. *Neapolitanum* Manezardo mpm XXIII.

Ancyram MP.XXIIII] *Eadem milliaria assignantur in omnibus exemplaribus, & cum sit* Ancyra Galatiæ, *Plinio, & Ptolemæo in* Tectosagis, *& T. Liuio vrbs inprimis nobilis,* Claudiani *versus merito sunt corrigendi, in Eutropium libro II.* *Claudiani versus corriguntur.*

Iamq; iter in gremio pacis solemne parabant
Ad muros Ancyra tuos:

non Amphisa: *vt legitur in vulgatis: & eodem libro:*

—Byzantia robur
Fregit luxuries, Ancyraniq; triumphi: & non *Amphyrani.*

Corbeneunca MP.XX] *Habetur in Regio. In Blandiniano* Curbeunca mpm xx: *& item in Lõgoliano. In Neapolitano* Curbemica mpm xx. *Ptolemæo in* Tectosagis Galatiæ κορβεῦντος: *& infra in pagina xlv.* Gorbeus *appellari videtur.*

Rosologiacum MP.XII] *Regium* Rosalatiaco MP.xij *Blandinianum* Rosolatico mpm xi. *Neapolitanum* Rosolaciaco mpm xi. *In Longoliano* Rosolatico mpm xi: *& corrigitur* Rosolatiaco. *Infra in pagina xlv omnia exemplaria* Orsologiaco *habent: &* Rosologiacum *legendum arbitror: præsertim quod Ptolemæo in eadem Tectosagum regione* ροσολόγια *recensetur.*

Aspona MP.XXXI] *Regium* Spona MP.XXXI. *Blandinianum & Longolianum* Aspona mpm XXXIII. *Neapolitanum* Aspono mpm XXXMI. *Ammianum libro xv. de hac* statione *agere appareret.* Post quæ vt videbatur expedire disposita, apud Aspuna Galatiæ municipium breue, Gallicani milites visi Principi. *Nicephorus lib. xiiij. Eccl. historiæ Palladium Episcopum tradit Helenepoli vrbe Bithyniæ* Aspunam *translatum.*

Parnassum MP.XXIIII] *Regium* Parnasso mp. XXIIII. *Blandinianum & Longolianum* Parnaso mpm XXIII. *Neapolitanum* Parnaso mpm XXIIII.

Ozzala MP.XVII] *Regium* Azala MP. XVII. *Blandinianum & Longolianum* Ozzala mpm XVII. *Neapolitanum* Ozala mpm XVII.

Nitazi MP.XVIII] *Habetur in manuscriptis & Longoliano: sed in hoc* Hitazi *corrigitur.*

Coloniam

Coloniam Archelaida MP.XXVII] *In Re.* Pag 32.
legitur Coloniam marcilaida MP.XXVII. *In Blandiniano,& reliquis,* Colonia marcilada mpm XXVII: *Et satis apparet* Coloniam Archelaidem *substitui debere. Plinius,* Cappadocia *inquit,* intus habet Coloniam Claudij Cæsaris Archelaidem, quam præfluit Halys. *Ptolemæo in Præfectura Cappadociæ Garsaurena* ἀρχελάϊς.

Nantianulum MP.XXV] *Regium* Nantianulus MP.XXV. *Blandinianum, & Longolianum* Nandianullus mpm XXV. *In Neapolitano ea statio prætermissa est.*

Andabalis MP.XVI] *Regium* Audabalis MP.XVI: *& reliqua* Andabalis mpm XVI.

Faustinopolim MP.XVIII] *Vno consensu in manuscriptis legitur exemplaribus & in sequenti item statione* Podando.

Nanpiroronem MP XXVII] *Regium exemplar auferendi casu habet: Reliqua* Namsuccone mpm XXVII. *Forte* fluuium Chlorem *designat. Plinius,* Sinus Issicus, oppidum Issos, inde Alexandria, flumen Chlorus, oppidum Aegæ liberum.

Aegas MP.XXI] *Regium exemplar* Aegeas MP.XI. *Reliqua* Egeas mpm XXI. *ex Plinij præcedenti loco* Aegas *legendum. Ptolemæo iuxta Issum.* αἰγαὶ *inter vrbes* Pisidiæ Ciliciæ. *In Concilio Niceno Tarcondimantus Episcopus* Aegetanus *subscribit: atq; idem in Antiocheno cognominatur* Aegeates *Prouinciæ Ciliciæ.*

Catabolon MP.XXIIII] *Regium, Blandinianum, & Longol.* Catabolo MP.XXIIII. *Neap:*

Catabulo MP.XXIII. *Forte ea* ſtatio *dicta. Caſſiodorus Variarum libro iij. ad Feſtum.* Atque ideo magnitudini tuæ, præſenti admonitione declaramus, vt marmora, quæ de domo Pinciana conſtat eſſe depoſita, ad Rauennatem vrbem per Catabolenſes veſtra ordinatione dirigantur.

Bais MP. XVI] *Habetur in manuſcriptis & Longoliano.*

Alexandriam MP. XVI] *Omnia auferendi caſu* MPMXVI. *Ptolemæo item vti Plinius, conlocat* Alexandriam *apud* Iſſum *&* Ciliciæ *portas. In Concilio Niceno,* Alexandria minor *cognominatur Prouinciæ Ciliciæ: eiuſq; vrbis Epiſcopus Heſychius ſubſcribit.*

Pagras MP.XVI] *Regium* Pagris MP.XVI. *Reliqua* Pacris mpm XVI. *Strabo oppidum eſſe* Pagras Antiochenſis *agri munitiſſimum iuxta* Amani *tranſcenſum: ex Amanitibus portis in Syriam & Antiochiæ campum* Pagris *ſubiacere. Plinius inter oppida, quæ* Coele Syria *habet* Pagras *recenſet. Ptolemæo in* Pieria Syriæ *regione* παγραὶ.

Antiochiam MP.XXV] *Deſunt in Regio exemplari: cum vltima ſtationis manſio ſit eius itineris, quæ* Nicomedia *in hoc Itinerario propoſita fuerat. Reliqua* Antiochia mpm XXV. *Hæc eſt* Antiochia, *quæ ad* Orontem *fluuium.*

Platanos MP.XXV] *Habent manuſcripta, & Longolianũ exemplar. Tamen cum ea huius* Itineratrij *ratio præcipua ſit, vt* Prouinciarum *oppida illuſtria, quæ proconſules obire conſueuerant, perluſtrarentur, mihi iniecta ſuſpicio eſt,* Palton *oppidũ deſignari,*

designari, quod à Plin. & Ptolemæo inter hæc ipsa Itinerarij oppida interijcitur. Hinc, *inquit Pli.* rursus Syria desinente Phœnice, oppida Carne, Balanea, Paltos, Gabale promuntorium, in quo Laodicea libera. *Ptolemæo item Syriæ Coeles,* Λαοδικεία, γάβαλα, πάλτος, βαλανᾶαι. *Straboni itidem libro xvi adiunguntur. Quin & in Epistola Lentuli ad Ciceronem.* Castra habet ante oppidũ Laodiceam posita: & partem muri demolitus est, & Castra oppido coniunxit. Cassius noster cum x. legionibus, & cohortibus xx. auxiliarijs, & quatuor millibus equitum, à M P. XX Castra habet posita πάλτοι: *Tametsi numerus* XXX M P. *cum Itinerarij numeris minimè conuenire videatur: quod* Platanis Laodiceam XL M P. *numerentur. Sed hoc accidere poterat vt directo per compendium itinere,* Palto Laodiceam XX M P. *interessent: & consuetis à proconsulibus itineribus, si ad aliam mansionem diuertendum esset,* XL. *interiacerent. Librariorũ certe inscitia, quæ satis hoc Itinerario perspici potest, accidisse verisimile est, ex* Palto, Platano, *& inde* Platanos *dictionem fuisse conflatam.*

Cathela M P. XXIIII] *Habet Regium exemplar. Blandinianum, & Longolianum* mpm XXIIII. *Neapolitanum* Catela mpm XIIII.

Balanea M P. XXVII] *Regium* Balanea M P. XIIII. *Blandinianum* Balanea mpm XXVII. *Neapolitanum* M P M XXVIII. *Longolianum* mpm XXVII. *& corrigitur* XXVIII. *Strabo in* Aradiorũ *regione* Paltum & Balanæa *collocat. Ptolemæo in* Coele Syria βαλανᾶαι. *Stephanus* βαλανέαι πό-

λις φοινίκης. *In Concilio Niceno inter Episcopos proumciæ* Syriæ Cœles *subscripsit Euphration* Balaneorum *Episcopus.*

Antaradon MP.XXIIII] *Regium* Antare MP.XXIII. *Reliqua* Antarado mpm XXIIII. *Plinius ex vetustis exemplaribus.* Contraque Arados septem stadiorum oppidum, & insulę CC p. à continente distans. *Strabo item libro XVI.* Aradon *in petra à mari circumfuso septem fere stadiorum ambitu sitã perhibet. Vt quæ à* Plinio cõtra Aradon *dicta sit, Græci* Antaradon *appellarint. Ptolemæo in Cassiotide Syriæ* ἀντάραδος.

Arcas MP.XXXII] *Habent manuscripta exemplaria. Longolianũ* Aicas mpm XXXIJ: *&* XXIJ. *emendat. Plinio in* Decapolitana *regione* Arca. *Ptolemæo in Phœnices mediterraneis* ἄρκα: *sed posteà plurium numero dictionum à Stephano Byzantio admonemur.* ἄρκη. πόλις φοινίκης: ἦν ἄρκαι καλουμένη.

Tripolim MP.XVIII] *Nominis causam* Põponius *reddit,* Ab ea, *inquit,* ad promuntoriũ Euprosopon duo sunt oppida, Byblos & Roteos Vltra tria fuerunt singulis inter se stadijs distãtia. Locus ex numero Tripolis dicitur. *Plin.* Tyrios, Sidonios & Aradios *obtinuisse memorat*

Byblõ MP.XXXVI] *R.* XXXIJ. *& reliqua* XXXVJ.

Berytum MP.XXXIIII] *Habent Blandinianum, Neapolitanum, & Longol. Reg. vero.* XXIIIJ.

Sidonem MP.XXX] *Pomponius,* antequam à Persis caperetur maritimarum vrbium maximam fuisse in Phœnice perhibet Sidonẽ: à Beryto CCCC fere stadijs *abesse Strabo auctor est.*

Tyrum

Tyrum MP.XXIIII] *Habetur in manuscriptis, & Longoliano: Strabo perhibet* Tyrum *à Sidone* CC *stadijs distare.*

Ptolemaida MP.XXXII] *Regium* XXII. *Reliqua vero* XXXII. Acc *dicta, præclara vrbs Phœnices, Plinio, Straboni, Stephano, & Suidæ: quæ postea* Ptolemais *Claudij Cæsaris. Inde* Acconis *nomen ad hæc vsq; tempora dimanauit.*

Sucaminon MP.XXIIII] *Manuscripta & Longolianum* Sicamina mpm xxiiij. *Straboni pluriū numero* συκαμίνων πόλις: *vt forte Græca inflexione sit casus* Sycaminon *in hoc Itinerario: idq; significetur in dictione* Sycamina. *Plinius*, in Phœnice Dorum, Sycaminon, promuntoriū Carmelum. *Ptolemæo* πτολεμαΐς συκάμινος. *Stephano* συκάμινον.

Cæsaream MP.XX] *Hæc* Cæsarea Palæstina *videtur, quæ Ptolemæo* Stratonis *est cognomento, de qua Plinius*, Stratonis Turris eadē Cæsarea, ab Herode rege condita: nūc Colonia prima Flauia à Vespasiano Imperatore deducta. *Ammianus inter Palæstinæ vrbes lib. xiiij. recenset: quam ad honorē* Octauiani *Principis Herodē ædificasse tradit. Nicephorus Callistus libro* X. *vrbem fuisse Phœnices, quæ antiquissimum nomen habuerit* Dan, *apellatione ab ipso* Dan *ex Patriarchæ Iacob filijs vno assumpta: & longo deinde tempore* Herodis *filium Philippum Cæsari gratificaturum, de suo, atq; illius nomine Philippi Cæsareā cognominauisse Græcos, propterea quod in ea* Dei Panis *statuam conlocauissent*, Paneadem *vocasse.* *Cæsarea.*

Betaro MP.XVIII] *Habet Re. exemplar, &*

Neapolitanum. Blandinianum vero & Longolianū Betaro MP.XVIIII. *Si similitudine litterarum & regionis propinquitate, ad hanc stationem eruendā, duci non ineptum est; videtur id oppidum esse, quod Ptolemæo inter vrbes* Iudææ *ab occidua Iordanis parte conlocatur, nomine* Βηδδώρω.

Diospolim MP.XXII] *Hanc* Diospolim Palæstinæ, *ex Stephano esse arbitror. Plinius vero.* Hinc, *inquit*, Syria desinente Phœnice, oppida Carne, Balanea, Paltos, Gabale promuntorium, in quo Loadicea libera, Diospolis, Heraclea.

Iamniam MP.XII] *Regium* Iamia MP. XII. *Blandinianum* Iamnia mpm XII. *Neapolitanum* Lamina mpm xij. *Et Longolianum* Lannia mpm xij. *Ptolemæo, Stephano, & Suidæ* Ἰάμνεια. *In Plinij exemplaribus manuscriptis* amnes duo: *vnde in peruulgatis* Iamnes duæ.

Pag.33. Ascalonem MP. XX] Ascalo *sacris litteris clara. Plinius*, In Regione Samaria oppidum, *inquit*, Ascalo liberum. *Strabo* Iamniam, Azoto, & Ascalone *cc. fere stadijs distare, auctor est. Pomponius in Palæstina* Ascalonem *non minorem* Gaza *esse prodit. Ptolemæo in Iudæa* Ἀσκάλων. *Stephano* Ἀσκάλων πόλις συρίας πρὸς τῇ ἰουδαίᾳ. *Isidorus Palæstinam Prouinciam* Philistim *vrbem metropolim habuisse, tunc* Ascalonem *dictam.*

Raphiam MP. XXII] *Regium* Rafia MP. xxij. *& reliqua.* Rapa MP.xxij. *Liuius libro xxxv* Antiochus rex ea hyeme Raphiæ in Phœnice, Ptolemæo Regi Aegypti filia in matrimonium data. *Post* Gazam *est* Raphia *inquit Strabo, vbi*

bo, vbi Ptolemæus cum Antiocho magno prælium cõmisit. Plinius oppida Rhinocolura, *& intus* Raphea Gaza. *Ptolomæus itẽ* ῥαφιαγάζα. *Stephanus Syriæ vrbem esse asserit.*

Gazam MP.XVI] *Pomponius*, Ceterum in Palæstina est ingens, & munita ad modum Gaza. Sic Persæ ærarium vocant: & inde nomen est, quod cum Cambises armis Aegyptum peteret, huc belli opes, & pecuniam intulerat.

Rhinocoruram MP.XXII] *Regium, & Longolianum* Rinocorura. *Blandinianum* Rinocorubra MP.XXII. *Neapolitanum* Rinocorubra MP.XXiiij. *Liuius libro xlv.* Circa Rhinocolura Ptolemæi legatis agentibus gratias *Strabo* ῥινοκολοῦρα *quod oppidum* Phœniciæ *ad Aegyptum attribuit. Plinij vetusta exemplaria* Rinocolura. *In Ptolemæi libris* ῥινοκορῦρα. *Strabo* Rhinocolura *ab ijs dicta tradit, qui* Rhinas *habitauere. Nam Aethiopum quendam Aegyptum inuadentem memorat, non interitu, sed nasi mutilatione maleficia vlcisci solitum: vt propter oris deformitatem peccare deinceps non auderent: & in his locis habitauisse. Seneca libro iij. de Ira, Regem Persarum totius populi nares recidisse in Syria auctor est: & inde Rhinocolura Loci nomen inditum. Stephanus dicta* ἀπὸ τῶν εἰσωκισμένων ἐκεῖ τὸ παλαιὸν ἀνθρώπων, τὰς ῥῖνας ἠκρωτηριασμένων, οὕτω καλουμένη. τὸ ἐθνικὸν ῥινοκορῦρατος, καὶ ῥινοκορουρίτης.

Ostracenam MP.XXVI] *Regium, & Neapolitanum* Ostracena MP.XXVj. *Blandinianum*

& Longolianum Ostracena mpm xxiiij. *Plinius* templum Iouis Cassij tumulus Magni Pompeij, Ostracine in Phœnice. *Ptolemæo in Aegypto iuxta emersum Sorbonidis lacus* ὀστρακίνη *prope* Rhinocorura.

Cassiũ MP.XXVI] *oppidum* Cassium *designatur. Ammianus* In Augustamnica Aegypti prouincia, & Cassium vbi Pompeij sepulcrũ est Magni, & Ostracine, & Rhinocorura. *Stephanus itidẽ montem, & Aegypti vrbem esse iuxta Pelusium memorat. Nam si mãsionem ad montem, aut templum* cassij Iouis *designaret* ad Cassium *mãsio ea proderetur.*

Pompeij Magni sepulcrum.

Pentas Chœnon MP.XX] *Omnia legunt* Pétalcinon mpm xx: *sed ea stationis mansio cognominata videtur à* Schœnorũ *mensura Aegyptia. lx. enim stadijs* Schænos *conficitur Herodoto. In Plinij vetustis libris & peruulgatis, legitur* Schæum stadia triginta patere, *cui accedit Ptolemæus lib. Geographiæ primo, xi. & xij. ca. Inde Ptolemæo iuxta* Syenem *alterius stationis nomen inditum* δωδεκάσχοινος, *tanquam iusti oppidi meminisse videtur, gentile nomen deducens. Stephanus in dictione* μαγδωλὸς. τὸ ἐθνικὸν μαγδωλίτης, διὰ τὸν ἀγύπτιον τύπον, καναβίτης, διολιβίτης, πενταςχοινίτης. *Et pro* διολιβίτης *arbitror legendum* διοσπολίτης. *& Strabo* Schœni *mensuram apud Aegyptios variasse ex Atemidoro docet libro xvij. qui tricenum etiam stadiorum* Schœnum *fecerat.*

Schœnos mensura.

Coniectura in Stephano de Vrb.

Pelusium XX] *Pomponius* Pelusium Arabiæ ipsas aras secare *auctor est.*

Heracleus MP. XXII] *In manuscriptis &*

Lon-

Longoliano. Plinius, ab ijs oppida Mercurij, Alabastron, Canum, & supra dictum Herculis. *Strabo.* post Arsinoiticam Heracleoticamque præfecturam est Herculis vrbs.

Tanim MP.XXII] *Habet Regium exemplar & reliqua* Thanis mpm xxij *Plinio* Tanitis nomos iuxta Pelusium. *Strabo item* Tanitica præfectura, *&* Tanis *maxima vrbs in Tanitico Nili ostio. Ptolemæo* τανίτης *nomos & metropolis* τάνις, *Stephanus* τάνις, πόλις μεγάλη Αἰγύπτου.

Thmuin MP.XXII] *Regium* Tumuis MP.xxij. *Blandinianum* Thumius mpm xxij. *Ne.* Thiminis mpm xxij. *Longol.* Thumius mpm xxij. *Ptolemæo metropolis* θμοῦις *iuxta* Mendesiũ nomõ. *Aristides item in oratione Aegyptia* Thmuim *vrbem præfecturæ Mendesiæ attribuit. Stephanus* θμοῦις Αἰγύπτου. *Et Suidas* θμοῦις ὄνομα θηλικὸν. *Ammianus libro xxij.* Exceptis minoribus multis, Atthribi, & Oxyryrticho, & Thmui, & Memphi maximis vrbibus nitet.

Cynon MP.XXV] Cino MP.XXV. *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum,* chino mpm xxv. *Neapolitanum* cumo mpm xxx. *Plinius de* cynopolite nomo. *Strabo Heracleatico adiungit* cynopoliten nomõ. *Ptolemæo ab occidua parte fluminis* nomos, *& metropolis* κύνωρ *id est,* canum: *& eo casu in hoc Itinerario subaudiendum est* Stationis *nomen.*

Tauam MP.XXX] *Habet Regium exemplar. Et reliqua* Tafa mpm xxx. *Ptolemæo metropolis* ταῦα. *Et Stephanus* ταῦα πόλις Αἰγύπτου.

Andron MP.XII] *Manuscripta, & Longolianũ*

Andro

Andro mpm xij. *cum plurium numero casus sit intelligendus, vt* statione*m subaudias. Plurium numero, id est* virorum *Ptolemæo* ἀνδρωπολίτης *nomos & metropolis* ἄνδρων.

Nitine MP XII] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Nithine mpm xij. *Neapolitanum* Nrethine mpm xij. *Longolianum* Nithine mpm xij. *&* Nirethine *corrigitur. Quid eligere possim non video: nisi præferendam esse vetustissimi exemplaris lectionem propter sexcentos annos. Et plane hæreo an* νειτ nomos, *& metropolis Ptolemaï sit, an* Naithu *Noticia prouinciarum. Nam prouincia* Augustamnicæ *Aegypti cohors prima sagittariorum* Naithu *recensetur.*

Hermupolim MP.XXIIII] *Regium* Hermupoli MP. xxiiij. *Blandinianum, & Longolianum* Hieropoli mp.xx. *& in Neapolitano* Nieropoli MP. xxiiij. *& Regij exemplaris veram, ac germanam lectionem agnosco: Librariorum enim errore ex* Hermupoli Hieropolis *correctum est, quod viderent eius vrbis ter nomen eodem itinere repeti: Quod si animaduertissent iter Antiochia Alexandriam propositum, in ipsius Alexandriæ stationem confici, & aliud iter Alexandria ab auctore* Hierasycaminon *propositum suscipi, & rursus per aliquot stationes iã peractas progredi, vti* Cercu, Hermupoli & Andron *colligerent duas esse* Hermupoles. *Qua de causa apposite cum itinerum mansiones finiantur, neq; titulus noui itineris apponitur, lineis miniaceis itinera proposita, & constituta includimus. Alioqui si perpetua serie itinera ducerentur, necesse erat mansiones eiusdem nominis ge-*

Antonini locus expendendus

uis geminari: vt Cercu, Hermupolis, & Andron: *cum eadem sint. Stephanus auctor est Herodianum duas* Hermupolis *in Aegypto collocare,* magnam, *&* paruam: *& alias praterea ipse adiungit. Sed duarum & à Ptolemæo, & hoc Itinerario mentio fit. Nam ab occidua Nili parte iuxta litus esse* Alexandrinorum nomos *asserit: quibus adiungitur,* ἑρμοῦ πολις μίκρα. *Et rursus ab eodem auctore ab occidua fluminis parte subiungitur.* ἑρμοῦ πολίτης nomos, *&* ἑρμοῦ πόλις μεγάλη *Vt minime dubium sit hanc Antonini* Hermupolim, *quæ ad litus videtur accedere,* paruam *esse; quæ mox alio itinere recensetur: & eo* magna *postea* Hermupolis *adiungitur. In Calcedonensi Concilio Esaia Episcopus* Hermupolis minoris *ciuitatis subscripsisse fertur.*

Cercu M.P.XXIIII.] *Regium* Cheteu M, P.XX. *Blandinianum* Chercu mpm XXIIII. *& Longolianum: sed hoc* Cherchu mp. XXIIII. *emendat. Neapolitanum* Chereu mpm XX. *& inter* Chercu, & Alexandriam *iterum* Heropolim *interiicit. Ego legendum arbitror* Cercu: *vt ex eo nomine* Cynocephali *Aegyptiorum numinis statio designetur: præsertim cum statim ab* Alexandriæ *mansione in Regio* Cerey *legatur: quod proxime ad* Cercu *nomen accedere videtur.*

Alexandriam M.P. XX.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum* Alexandria mpm XX. *Neapolitanum* Alexandria mpm XXIIII.

Cercu M.P.XXIIII. *Regium* Cerey M.P. XXIIII. *Blandinianum, & Neapolitanum* Chereu

cu mpm. XXIV. *Hanc mansionẽ* Alexandria *denuo obit, vt iter* Hierasycaminon *prosequatur.*

Hermupolim M.P.XX.] *Regium* Hermupoli M.P.XX. *Blandinianum & reliqua* Hieropoli mpm. XX. *librariorum errore: quem nos patefecisse arbitramur.*

Andron M.P.XXI.] *Regium* Andro M.P. XXI *& item reliqua: neque mirari quempiam oportet, plura supra ex* Andron *mansione* Alexandriam *milliaria interfuisse, atque ex hoc Itinerario* Alexandria Andron *stationem colligi appareret, quod alterius mansionis diuerticulo superius iter peractum sit.*

Niciu M.P.XXXI.] *Habetur in manuscriptis exemplaribus, & Longoliano. Ptolemæo, ab exortu ad magnum* Nili flumen *nomos & metropolis* Νικίου *Straboni* Νικίου κώμη *& Suidas* Νικίου κώμη περὶ Αἴγυπτον.

Letus M.P.XXIX.] *Regium* Letus M.P.XXVIII. *Reliqua vero* Letus mpm. XXVIII. *Apparet etiam* Stationis *mansionem subaudiendam esse. Ptolemæus* λητοῦ πολίτης *nomos, &* λητοῦς πόλις. *Stephanus* λητοῦς πόλις, πόλις Αἰγύπτου ἔστι ἡ μοῖρα Μέμφιδος, καθ' ἣν αἱ πυραμίδες λητοῦς ἱερόν.

Peme M.P.XX.] *In manuscriptis & Longoliano habetur. Videtur ex Stephano legi oportere* Pempte *ait enim* πέμπτη πόλις Αἰγύπτου.

Isiu M.P.XX.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum, & Neapolitanum* Vsiu mpm. XX. *Longolianum emendat* Vsius. *Plinio* Isidis *opidum: sed iuxta Nili ostia; vt hoc maxime mediterraneum esse*

esse non possit. Stephanus, ἰσεῖον πόλις αἰγύπτου ἀπὸ Ἴσιδος.

Cene M.P.XX.] *Habent Regium, & Blandinianum. Et Neapolitanum* Etheme mpm. xx. *Longolianum* Cene mpm.xx. & Othene *corrigit. Ptolemæo iuxta* Chenobsciam κοινὴ πόλις: *quam minime affirmare ausim huius stationis esse.*

Tacona M.P.XX.] *Habet Regium exemplar. Bland. & Longol.* Icacona mpm.xx. *Neapol.* Icatona mpm.xx.

Oxyrynchon M P.XXIIII] *In omnib. exemplaribus: cuius vrbis, & eius nominis ratio, apud omnes fere auctores apparet.*

Ibiu M.P.XXX.] *In omnibus legitur: neq; eius mansionis reperi fieri mentionem. Tamen apud Platonẽ in Phædro, Socrates se audiuisse memorat, circa* Naucratem *Aegyptij priscorum quendam deorum fuisse, cui dicata esset auis, quam* Ibim *vocarent: deo autem ipsi nomen* Teuth. *Hunc Mercurium fuisse, Cicero, & Eusebius sunt auctores. Strabo Aegyptios ex auibus* Ibim, *& accipitrem colere memorat: Plinius item Aegyptios* Ibes *suas inuocare contra serpentum aduentum prodit.*

Hermupolim M.P.XXIIII.] *In manuscriptis & Longoliano legimus, atq; hæc Ptolemæo* ἑρμοῦπολις μεγάλη. *Ammianus lib. 22.* Igitur Thebais multas inter vrbeis, clariores alijs Hermopolim habet, & Copton.

Chusis M.P.XXIIII.] *In manuscriptis & Longoliano legimus. Forte eam stationem designat liber Notitiæ prouinciarum, sub dispositione viri spectabilis Ducis Thebaidos.* Legio, *inquit,*

secun-

secunda Flauia constantia Thebæorum Cussa. *Manuscriptum exemplar Bibliothecæ* Aulæ Dei, Cusas: *vt* Chusis *appareat legendum esse, quemadmodum Gentilia nomina Aegyptia in* is *desinentia deducantur, Stephanus docet in voce* πνεβέβις.

Pag. 34. Lycon MP.XXXV] *Regium* Lico MP.XXXV *Et reliqua* Lico MP.XXXij. *Plinius de Præfectura* Lycopolitæ: *atq; itidē Ptolemæus &* λύκων *vrbs.*

Apollonos minoris MP.XVIII] *Regium exemplar* Apollinos minore MP.XViij. *Blandinianum & Longolianum* Apollinos minores MP.XVij. *Neapolitanum* Apollinos minor mpm xvij. *Ptolemæo iuxta* Copton ἀπόλλωνος μίκρα: *& hoc ipso itinere in Regio exemplari* Appollonos superiores.

Hisoris MP.XXVIII] *Habet Blandinianum, nam in Regio huius mansionis nomen desideratur. Neapolitanum* Nisopis mpm xxviij. *Longolianū* Hisoris mpm xxviij: *&* Hisopis *emendat. De vrbe* Busiri *Strabo, & de* Busirite nomo: *quod in hospitalitatem loci posteri calumniarentur: &* Busiris *oppidi iuxta* Nili *ostia Plinius meminit: nihilque ad hanc mansionem pertinere videntur. Neque Ptolemæi* Busiritis nomos, *aut metropolis* Busiris *Vicus vero, eius Plinius meminit, multo minus, libro xxxvi. de Pyramidibus agens.* Reliquæ, *inquit* tres, quæ orbem terrarum impleuere fama, sa ne conspicuæ vndiq; à nauigantibus, sitæ sun in parte Africæ monte saxeo, sterilíq; inte Memphim oppidum, & quod appellari dixi mus Delta: à Nilo minus.iiij MP. à Memph

Antonini locus excutiendus.

VII

VI: vico appoſito, quem vocant Buſirim: in quo ſunt aſſueti ſcandere illas. *Tot enim* M P. *à Memphi ad hanc interiacent manſionem, vt nihil ad eum vicum attinere poßit.*

Ptolemaida M P. XXII] *Habent manuſcripta. Longolianum* mpm XXXII. *Strabo* Ptolemaida *vrbem omnium maximam, quæ in* Thebaide *ſunt, &* Memphi *non minorem commemorat: & Ptolemæo* ſtatio: *& præterea alia* πτολεμαΐς ἕρμιϛ, *quæ hoc Itinerario deſignari videtur: nam & Ptolemæo quoq; illi* ἄβυδος *ſubiungitur: quemadmodum ab Antonino.*

Abydum M P. XXII] *Habent omnia exemplaria. Strabo* Abydum *olim vrbem maximam viderifuiſſe, ſecundam poſt* Thebas: *& ſua ætate in paruam habitationem redactam, Plinius:* Mox Veneris oppidum, & iterum Iouis ac Tentyris: infra quod Abydus Memnonis regia, & Oſiris templo inclitum. VII. M. D. P. in Lybiam remotum à flumine. *Plutarchus in comment. de Iſide & Oſiride.* Abydi *Aegyptiorum proceres humari conſueuiſſe auctor eſt: atq; inibi verum* Oſiridis *eſſe ſepulcrum. Ptolemæo eodem quo Antoninus ordine* ἄβυδος. διόσπολις μίκρα. τέντυρα.

Dioſpolim M P. XXVIII] *In manuſcriptis noſtris, & Longoliano legitur: ſatiúq; ex Ptolemæo apparet eſſe hanc paruam* Dioſpolim. *Item Strabo*, poſt Abydum eſt parua Dioſpolis, poſtea Tentyra vrbs. *Plinius de præfecturis* Tentyrite, *&* Dioſpolite: *& de* magna Dioſpoli, *inquit*; Et Dioſpolis magna, eadem Thebæ, portarum centum nobilis fama. *Stephanus* Dioſpo-

lis magnæ *in* Thebaide Aegypti *meminit: & in Aegypto quatuor alias esse paruas.*

Tentyram MP. XXVII] *Habent manuscripta, & Longolianum. Stephano* τεντυρὶς, *&* τέντυρα, *& Ptolemæo* τέντυρα.

Contra Copton MP. XII] *Regium* Contra Copto MP. XII. *& Neapolitanum. Blandinianum,* Contra Copto mpm XI. *Longolianum* Contra Copto mpm XI: *&* XII. *corrigit. Sæpe in his præfecturis Aegyptijs mansiones in hunc recensentur modum: vt apparet.*

Coniectura in Anton. & Ptolemæo

Papa MP. VIII] *Habent manuscripti libri, & Longolianus. Forte legendum erat* Pappa: *& in Ptolemæi Geographia post* Tentyriten nomō *vicus mediterraneus* πάππανις: *non* πάμπανις.

Hermunthin MP. XXX] *Regium* Hermunti MP. XXX: *& Blandinianum* Hesmunti mpm XXX, *atq; item Neapolitanum. Longolianum* Hesmunti mpm XXX, *Straboni post Thebas,* Hermontim magnam *esse, in qua Apollo & Iupiter colerētur. Plinius inter alias præfecturas* Hermonthiten *recēset: sed in manuscriptis* Hermotiten *legitur. Ptolemæo eodem quo Antoninus ordine* ἑξ-μωνθις. λατὼ μ πόλις εἶτα πόλις μεγάλη ἀπόλλω-νος. *In Notitia prouinciarum sub dispositione viri spectabilis Comitis rei militaris per Aegyptum Cohor. iiij.* Hermunthi, *& sub dispositione viri spectabilis Ducis Thebaidos Legio ij. Valentiniana* Hermunthi.

Laton MP. XXIIII] *Manuscripta, & Longolianum* Lato MP. XXIIII: *sed* Laton *numero plurium Græca inflexione legendum, vt vr-*

bem

bem *subaudias*. *Strabo* Latopolitanos, Latum *piscem colere tradit*. Latopoliten nomon *Plinius quoq; commemorat*. *In Notitia Prouinciarum, sub dispositione viri spectabilis Ducis Thebaidos Equites Sagittarij indigenæ* Lato.

Apollonos superioris M P. XXXII] *Regiũ* Apollonos superiores M P. XXXII. *Blandinianum* Apollonino superiore mpm XXXII. *Neapolitanum* Apollinos superior mpm XXXII. *Lõgolianum Blandiniani lectionem refert: &* Apollinos *emendat*. Superiorem *dictam Apollinis vrbem quam* magnam *Ptolemæus cognominat, manifeste apparet: & item in Notitia prouinciarum. Nam sub dispositione viri spectabilis Ducis Thebaidos Legio recensetur II. Traiana* Apollonos superioris.

Contra Thmuin M P. XXIIII] *Regium* Contra Vmuis M P XXIIII. *Blandinianum* Contra tumuis mpm XXIIII. *& item Longolianum. At in Neapolitano proxime ad veram lectionem,* Contra Thumuis mpm XXIIII: *Nam celeberrimæ vrbis* Thmuis *supra fit mentio.*

Contra Ombos M P. XXIIII] *Habent Re. & Blandinianum. Neapolitanum vero* Contra Orobos mpm XXIIII. *Longolianum* Contra Ouilios mpm XXIIII, *&* Orobos *corrigitur. Pl.* Ombitis præfecturæ *meminit. Ptolemæo iuxta Syenè non recte ὄμβροι: pro ὄμβοι. Nam in Ptolemæi libris Vlmæ excusis anno* M. CCCC. LXXXVI. *recte interpres* Ombi *vertit. In Notitia prouinciarum sub dispositione viri spectabilis Ducis Thebaidos, Equites promoti indigina Leg. iij. Diocletiana*

Ptolemæus depravatus.

cletiana Ambo, *pro* Ombo, *aut certe* Ombis.

Contra Syenem MP XXIIII] *Manuscripta* Suenem *& infra* Siene. *Plinius*, Syene, *inquit*, oppidum, quod est supra Alexandriam V. M. stadiorum.

Parembolem MP. XVI] *Regium* Patrembole MP. XVI. *Blandinianum* Parempolem mpm XVI: *& corrigit* Parempoli. *Satis apparet ex Castrorum metatione mansionis nomen desumptum. Certe Strabo ad* Syenem *tres Romanorum cohortes collocatas præsidij causa memorat: & Claustrum Ro. imperij habitam paulo post indicabitur. In eadem prouinciarum Notitia sub dispositione viri spectabilis Comitis rei militaris per Aegyptum leg. II. Traiana* Parembole.

Tzitzi MP. II] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum* Izitzi mpm II. *Neapolitanum* Izita mpm II.

Taphis MP. XIIII] *Regium* Taris mp. XIII. *cum in eodem paulo post* Contra Thafis *legatur. Blandinianum & Longolianum* Tafis mpm XIIII. *Neapolitanum* Tasis mpm XIIII.

Talmis MP. VIII] *Habent Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum. In Regio* Thalmis.

Tutzis MP. XX] *Regium, Blandinianum, & Longolianum habent. Neapolitanum* Tusis mpm XX.

Pselcim MP: XII] *Habent manuscripta exemplaria, & Longolianum Plinio libro VI. ca. XXVIIII. in manuscripto Toletano* Spelcin *pro* Pselcin: *alia manuscripta Plinij exemplaria* Spelgin *Ptolemæo*

lemæo in regione Metacomsi ab occidua fluminis parte ψέλχις. Strabo libro xvij. de rebus à F. Petronio in Aegypto gestis, cuius & Plinius meminit, Aethiopicam vrbẽ esse perhibet: πρῶτον μὲν ἠνάγκασεν αὐτοὺς εἰς ψελχὴν πόλιν αἰθιοπικὴν: pro ψελχὴν. Eandem enim esse, de qua Plinius mentionem facit, apparet, quod vti Primin oppidum ordine Pselci adiunxit Plinius, ita postea itidem Strabo eadem oppida coniunxit ἐκ δὲ ψέλχης ἦκεν εἰς πρῆμνιν ἱρημνὴν πόλιν. Aristidis Rhetoris libris vulgatis in eadem oratione Aegyptia scribitur ψέλχις. In Notitia Prouinciarum sub dispositione Ducis Thebaidos, Ala Germanorum Pescla legitur, fortasse pro Pselci: quamuis in vetusto libro, quemadmodum in vulgatis Pescla legitur. In Concilio Chalcedonensi Iohannes Episcopus Pselcis ciuitatis, subscripsisse fertur.

Corte MP. IIII] *In manuscriptis & Longoliano.*

Hieram Sycaminon MP. IIII] *In manuscriptis, & Longoliano* Hierasicamino mpm IIII *Vltimam hanc mansionem ad* Aethiopas vsq;, *Itinerarium imperij Romani vltra Syenem promouit. Plinius libro vi. Neronis exploratores* à Syene Hieran Sycaminon LIIII MP renunciauisse, *autor est. Ptolemæo ab exortiua parte Arabum, qui* Adei *appellantur iuxta Cataracten minorem* ἱερὰ συκάμινος.

Item à Pelusio Memphim MP. CXXII] *Regium* CXXIII. *& Neapolitanum: Blandinianum, & Longolianum* CXXIIII: *cum eius singulares numeri, qui certiores visi sunt, summam* CX-

XII.MP. *conficiant.* In Augustamnica, *inquit Ammianus*, oppidũ Pelusium est, nobile, quod Peleus Achillis pater dicitur cõdidisse, lustrati deorum monitu iussus, in lacu qui eiusdem ciuitatis alluit mœnia, cum post interfectum fratrem nomine Phocũ horrendis furiarum imaginibus raptaretur. *Cũ Arabia inter* Nilum *iaceat, &* Arabicum sinum, *in extremis eius partibus situm esse* Pelusium *Strabo commonstrat.*

Daphnem MP.XVI] *In omnibus* mpm XVI. *auferendi casu legitur. Stephanus* ἔστι καὶ ἄλλη *cum de* Daphne *agitur,* πλησίον πηλουσίου.

Tacasarta MP. XVIII] *Habent prater Re. exemplaria reliqua: & in eo* MP.XVI.

Thou MP.XXIIII] *Regiũ exemplar* Chou MP.XIIII: *& reliqua* Thou MP. XXIIII. *Ptolemæo* τοῦμεσογεῖος. *In Notitia prouinciarum sub dispositione v. s. Comitis rei militaris per Aegyptum prouincia* Augustamnicæ *Cohors prima Augusta Pannoniorum* Touh *Forte* Thou.

Scenas veteranorum MP. XXVI] *Habent manuscripta & Longolianum exemplar. In Notitia sub dispositione eiusdem Comitis, Equites Sarraceni Thamudeni* Scenis veteranorum.

Heliu MP.XIIII] *Regium* mp. XXIIII: *& reliqua* XIIII. *Plinius de* Heliopolite nomo. Heliopolis Arabiæ *Strabo meminit, & ante eam* Eudoxi *speculam sitam, quemadmodum ante Gaidũ, ad quam ille cœlestium motus obseruaret: & in* Heliopoli *Mnaïm Deum ab Aegyptijs coli. Huius Tacitus item meminisse videtur lib. v. cum auem Phœnicem in Aegyptum venisse prodit. Ptolemæo & nomos, & vrbs* ἡλίου *metropolis: & altera in Cœle Sy-*

ria, cuius infra ab Antonino mentio fit. Stephano plures eius nominis vrbes memorantur.

Contra Pſelcim MP. XI] *Regium* Contra Selcis MP. X *& reliqua* contra Pſelos mpm XI. Pag. 35.

Contra Talmis MP. XXIIII] *Regium exemplar* XIIII. *& reliqua* XXIII.

Philas MP. XXIIII] *Strabo libro primo perhibet* Philas *Aethiopum, & Aegyptiorum commune domicilium eſſe: & libro vltimo ſe cum Cornelio Gallo ex* Syene *plauſtro* Philas *veniſſe, per campum valde planum Centum ſtadiorum ſpacio. Seneca Quaſtionum naturalium libro iiij.* Philæ, in ſula eſt aſpera, & vndique prærupta, duobus in vnum coituris cingitur: qui Nilo mutantur & eius nomen ferunt. Vrbs totam complectitur. Hanc Nilus, magnus magis, quam violentus, egreſſus Aethiopiam, arenasque, per quas iter ad cõmercia Indici maris eſt, prælabitur. *Procopius de bello Perſico libro primo,* Philis *Diocletiani tempore nomen inditum prodidiſſe, mirum mihi videtur.*

Syenem MP. III] *Regium* Siena MP. III. *Reliqua*, Siene. mpm III. *Plinius videtur à* Philis Syenem IIII. MP *interiectũ deſignare*. Ditionis *inquit*, Aegypti eſſe incipit à fine Aethiopiæ Syene: ita vocatur peninſula CMP ambitu: in qua Caſtra ſunt latere Arabiæ: & ex aduerſo inſulæ iiij. Philæ DC. MP. à Nili fiſſura, vnde appellari diximus Delta *Tacitus Elephantinem, & Syenem* Clauſtra *olim Romani imperij appellat quod eius ate ad* mare rubrum *patebat.*

Contra Apollonos MP. XL] *id eſt, ex aduerſo*

vrbis magnæ Apollinis, quam superioris Apollinis *supra cognominauit. Huius mansionis in Notitia prouinciarum fit mentio. Nam sub dispositione v.s. Ducis Thebaidos in his, quæ de minore laterculo emittuntur, Ala prima Francorum* contra Apollinos. *legitur in vetusto exemplari: tametsi in vulgatis* Apollonos *tantum legitur.*

Contra Laton MP.XL] Contra Lato mp. XL. *Habetur in Regio, & Blandiniano, ac Longoliano. Neapolitanum* Contra Latos mpm XL. *Ego* contra Laton *legendum arbitror, id est, ex aduerso vrbis Latorum, de qua supra fit mentio Ex eodem laterculo Notitiæ prouinciarum, Ala vij. Herculia voluntaria* Contra Lato.

Thebas MP.XL] *Desunt in Regio. Et in reliquis* Thebas mpm XL. *Strabo post* Apollinis vrbem Thebas *recenset, quæ eius ætate* Diospolis *vocaretur. Plinius itidem* Thebas *vrbem esse,* Diospolim magnam, *&* Thebarum nomen. *Pausanias in Arcadicis* Thebas Aegyptias, *vrbē Homeri carminibus decantatam, fama portarum centum nobilem, adeo deletas fuisse asserit, vt nec per mediocres priuati hominis fortunas adæquarēt. Sed Ammianus de Thebis Aegyptijs,* Hecatompylas, *ait,* Thebas nemo non nouit.

Vicum Apollonos MP.XXII] *Regium* Vico Pallonos MP. VI. *In reliquis* Vico Apollinos MP. XXII. *Ptolemæus* Apollinis paruæ *vrbi statim adiungit σοπτὸμ.*

Chenoboscion MP.XL] *Regium* Conobos cio MP. L. *In reliquis* Cenobosio MP.XL. *Ptolemæo* χηνοβοσκία. *Sed cum Stephanus ex Alexandro*

dro in primo Aegyptiacorum χηνοβοσκίου *proferat, & cum vetustis exemplaribus consentiat,* Chonoboscion *legimus. Ex Laterculo minore Ducis Thebaidos in Notitia prouinciarum Ala Neptunia* Chenoboscio.

Thomu MP. L] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Thomo mpm L. *& item reliqua.*

Panu MP. IIII] *Manuscripta & Longolianum* Pano mpm IIII. *Plinius*; dein Ptolemais & Panopolis. Panopolites nomos *Ptolemaeo, & metropolis* πανόπολις.

Selinon MP. XVI] *Manuscripta & Longolianum* Selino mpm XVI.

Anteu MP. XVI] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum. Neapolitanum* Antheu mpm XVI. *Ptolemaeo Antaeopolites nomos, & metropolis* ἀνταίῳ *mediterranea.*

Muthy MP. VIII] *Regium* Muti MP. VIII. *Blandinianum & Longolianum* Muthi mpm viij *Neapolitanum* Mithu mpm viij *Ex eodem Laterculo minore Ducis Thebaidos, Cohors scutata ciuium Romanorum* Mutheos

Hieracon MP. XX] Vrbem *aut* vicum *subaudiamus oportet, vt sit* ἱεράκων. *Aegyptios sacerdotes*, Martem & Venerem *per duos vtriusq; sexus accipitres subindicasse ferunt in Hieroglyphicis. Strabo praeterea ex auium genere eos* Accipitrem *atq; Ibim coluisse auctor est, vt supra dixi pagina 319.*

Pesla MP. XXVIII] *In manuscriptis & Longoliano legimus. Ptolemaeo post* Antaeopolitem *nomõ deinde* πασσάλων *qua de re nihil statuere possum.*

Antinou MP.XXIIII] *In Regio* Antenuo MP.xxiij. *Blandinianum, & Longolianum* Antenou mpm xxiiij. *Neapolitanum* Anthenou mpm xxiiij. *Ptolemæo* Antinoites nomos: *& eiusdem metropolis* ἀντινόη. *Stephano* ἀντινόεια πόλις Αἰγύπτου, ἀντινόου παιδός. *Pausanias in Arcadicis. Sed plura de eo Xiphilinus ex Dione. Ammianus* Antinoō *appellat oppidū, li. xxij.* Igitur Thebais multas inter vrbes clariores, alijs Hermopolim habet, & Coptō, & Antinoō, quā Hadrianus in honorē Antinoi Ephebi condidit sui.

Peos Artemidos MP. VIII] *Regium* Poes Artemidos MP. viij. *Blandinianum, & Longolianum* Peusartemidos mpm viij. *Neapolitanum* Pensarthemidos mpm viij *Quare legēdum* Peos Artemidos, *duplici dictione arbitror: vt oppidū ex Dianæ antro cognomen sumpserit. Suidas enim* πέος. *spaeleō interpretatur. Ex minore Laterculo ducis Thebaidos Ala II Hispanorū* Pois Artemidos.

Musón MP.XXXIIII] *Regium* Muse M. P.xxxiiij. *& item Neapol. Bland. vero & Longol.* Musæ mpm xxxiiij. *In Notitia Prouinciarū Prouinciæ* Augustanicæ, *Cohors II. Thracū* Musón.

Alyi MP XVI] *Regium* Alij MP.XVI: *& item Blandinianum. Neapolitanum* Alyi MPM Xvj. *Longolianum* Alij mpm xvj. *&* Alyi *emendat. In Notitia Prouinciarum, in Prouincia Augustamnica Cohors II Itureorum* Aiy. *Suspicor apud Ptolemæum ante* Babylonem *in finibus Arabiæ, &* Aphroditopolis, *quæ in Græcis deest libris, & in versis in Latinam linguā,* Onij *cū asteriſco legitur, esse hanc, quæ in Antonino* Alyi *legitur. Nam & in*

excuſo

excuſo Vlmæ, anno M. *cccc. lxxxvi.* Onij *legitur: & inter eaſdem vrbes, quæ in hoc Itinerario recenſentur.*

Thimonepſi M P. XVI] *Habetur in Regio, & Neapolitano. Blandiniano & Longoliano* Timonepſi mpm xvj. *Ex minore latere culo Comitis rei militaris per Aegyptum Ala prima Tingitana* Thinu nepſi. *Et in vetuſto exemplari* Thiminepſi.

Aphroditen M P. XXIIII] *Manuſcripta & Longolianum exemplar,* Afrodito: *& Regium* M P. XXiij. *Plinius* Aphroditopoliten *nomen recenſet: & iuxta oſtia Nili,* Aphroditen. *Ptolemæo & nomos & ἀφροδίτης πόλις: & in finibus* Arabiæ *&* Aphroditopoleos, *Babylonē adiungit. Straboni item* Aphroditopolitanus nomos, *& vrbes eiuſdem nominis, in* Arabia. *In Notitia Prouinciarū, In Auguſtānica ſub Comite rei militaris per Aegyptū Cohors iiij. Iuthungorū* Aphrodito.

Scenas mandras M P. XX] *Habent manuſcripta exemplaria, & Longolianū. Ex minore latere culo Comitis rei militaris per Aegyptum Ala vij. Sarmatarum* Scenis Mandrorum: *& Scenis Veteranorum: Ala v. Rhetorum, vt forte legi oporteret* Scenas Mandrorum *in hoc Itinerario.*

Babyloniam M P. XII] *Regium* Babilonia M P. XVj. *Reliqua auferendi caſu* M P. Xij. *Strabo* Babylonios *qui ſunt iuxta* Memphim, *recēſet. Ptolemæo iuxta* Heliopolim, *&* Heroum *vrbē, quæ hoc Itinere ab Antonino recenſentur,* Βαβυλὼν. *Alterius Perſarū vrbis iuxta Meſopotamiam, omniū, quas ſol vnquam aſpexit, vt Pauſanias ait, maxime eius auctoris ætate nihil reliquum haberi*

comme-

commemoratur Profertur & Babylon,*&* Babylonia *Liuius libro xxxviij* Macedones qui Alexandriam in Aegypto,qui Seleuciam, ac Babyloniam,quique alias ſparſas per orbem terrarum colonias habent. *Plinius* Babylonem *vrbem*, Chaldaicarum *gentium caput vocat*, *& partis* Meſopotaniæ *&* Aſſyriæ *regionem* Babyloniam *appellatam tradit Sub diſpoſitione Comitis rei familiaris per Aegyptum in Notitia Prouinciarum Legio xij. Gem.* Babylonia. *In ſacris Scripturis &* Babylon,*&* Babylonia.

Heliu MP.XII] *In manuſcriptis, & Longoliano. Ptolemæo* μητρόπολις ἡλίϑ: καὶ ἐμ μεθορίῳ ἀραβίας, καὶ ἀφροδιτοπολέως βαβυλῶμ. ἡλίϑ πόλις: *quam hoc loco ab Antonino deſignari arbitror.*

Pag.36. Scenas veteranorum MP.XVIII] *Regium* MP.xxij.*Reliqua* MP.XViij. *cum ſupra in itinere* à Peluſio Memphim,*à* Scenis Veteranorum, *ad* Heliu vrbem xiiij MP.*connumerentur.*

Vicum Iudæorum MP.XII] *Regium* MP. xxij *Reliqua* MP. xij. *In Notitia Prouinciarum* Auguſtamnicæ *prouinciæ recenſetur Cohors prima Epireorum* Caſtris Iudæorum.

Thou MP. XII] *Ptolemæus* τοῦμ *Mediterraneam, & poſtea* Ombos *collocat. In eadem* Auguſtamnica *Aegypti prouincia, in plures enim poſtea Aegyptus redacta fuit prouincias, vt Ammianus eſt auctor, Cohors recenſetur prima Auguſta Pannoniorum* Thou

Heroon MP.XXIIII] *Manuſcripta* Hero MP.XXIIII. *Longolianum* Hiero mpm xxiiij. *Strabo libro xvij. in Arabici ſinus receſſu* Arſinoæ

ποξ *proxima est* ἡρώων πόλις. Ptolemæo ἡρώων πόλις, *per quam, & Babylonem* Traianus amnis *fluit & ad* Heroum vrbem, *Arabiam* Petræam, *& Arabici sinus recessum protendi. Stephano vocatur* ἡρὼ.

Serapiu MP.XVIII] *Oppidum, aut stationem designare videtur: cuius nullam reperi fieri mentionem.*

Clusmon MPL] *Regium* Clismo MP.L *in Blandiniano* Lysmo mpm. L. *Reliqui libri* Lismo mpm L. *Ptolemæo versus Arabicum sinum,* ἐρσινόη κλῖσμα φρούριον. *vt* Clysmo *præsidium Romanorum munitum fuerit.*

Thaubasion MP.VIII] *Regium exemplar* Thausasion MP.viij. *Blandinianum & Longolianum* Thaubasio MP.viij *Neapolitanum* Taubasio MP.viij. *In Notitia Prouinciarum, in prouincia* Augustamnica *Ala II. Vlpia Afrorum* Thaubasteos.

Sile MP.XXVIII] *Habent manuscripta & Longolianum. Ex minore Laterculo Comitu rei militaris per Aegyptum Ala prima Aegyptiorum* Sellæ.

Magdolon MP.XII] *Regium exemplar* Magdalo mp xij. *& reliqua* Magdolo MP.xij. *Stephanus* μαγδωλὸς πόλις αἰγύπτου, ἑκατῶμος περιηγήσεως.

Item à Copto Beronicem vsq; MP.CCVIII] *Habet Regium exemplar. Reliqua* MP.CCLVIII: *quæ lectio cum numeris, qui à Plinio in hoc eodem itinere assignantur, mire in vulgatis libris conuenit.* Inde, *inquit*, Berenice oppidum:

vbi

vbi portus rubri maris, à Copto cclviij. M P. *Mihiq; ex eo magna est suspicio à librario Regij exemplaris incuria quadam notam* L. *fuisse praetermissam: vt in eo legendum esset* M P. cclviij. *Sed cum nec singulares Regij exemplaris numeri eius conueniant summæ, nec reliquorū exemplariū conueniant cū eorum summa numeri, & huius itineris* à Copto Berenicem, *ex quo oppido Indiæ, & Arabiæ merces Romanum imperium & vrbem Romam complere quotannis consueuerant, & Plinius singillatim descripserit, ratione hydreumatum expositā, & xij. die confici iter illud ostendat, & Antoninus xi. mansionibus peragat: quibus sua nomina indidit; visum est exemplarium* Antonini *numeros committere, & locum Plinij integrum adponere vetustorum librorum lectione explorata.* Digna res, nullo anno minus H S D imperij nostri exhauriente India, & merces remittente: quæ apud nos centuplicato veneant ∞ ∞ ab Alexandria abest oppidū Iuliopolis. Inde nauigant Nilo Coptum ccc M P: qui cursus Etesijs flātibus peragitur xij. diebus. A Copto Camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis. Prima appellatur hydreuma xxij. Secunda in monte diei itinere. Tertia in altero hydreumate à Copto xcv. Deinde in mōte. Mox ad hydreuma Apollinis à Copto clxxxiiij. M P. Rursus in monte. Mox ad nouū hydreuma à Copto ccxxxiij. M P. Est & aliud hydreuma vetus. Troglodyticum nominatur: vbi præsidium excubat diuerticulo ij M. Distat à nouo hydreumate iiij. M P. Inde Berenice oppidū: vbi portus rubri maris à Copto

Plinij locus examinatur.

cclvij. P. Sed quia maior pars itineris conficitur noctibus propter æstus, & statiuis dies absumũtur, totũ à Copto Berenicẽ iter xij. die peragitur. *Strabo Arabicas, & Indicas merces in* Muris portũ, *quem* rubri maris *Plinius appellat, & postea Camelis* Coptũ Thebaicam *transmitti asserit: atq; inde* Alexandriã *per* Nili *fossam. Et item Plinius alio loco* Copton *Indicarum, Arabicarumq; merciũ* Nilo *proximũ* Emporiũ *appellat. Aristides præterea in oratione illa Aegyptia,* Coptõ Indorũ, & Arabũ Emporiũ *adpellat: quare celeberrimi huius itineris mansionũ numeris ex propositis Antonini exemplarib. explicatis, minime dubium reor, quin verã Plinij summam* cclviij. M P. *conficiant: tametsi in vetusto exemplari Toletano* cclvij. M P. *legitur, & in tribus alijs, quæ in Bibliotheca cœnobij* Aulæ Dei *asseruantur,* ccliiij.

Peniconõ] *Ex exemplaribus apparet lectionis discrepantia. In Notitia Prouinciarum ex latere culo minore Ala vij. Palmyrenorum* Phenicone: *& in vetusto exemplari Aulæ Dei* Fœnitionis.

Phalagro] *Strabo in libro vltimo iuxta* Arabicũ sinũ, *&* Heroũ vrbẽ φαγρωριοπολίτης νομός, ἡ πόλις φαγρωριόπολις: *quam nihil ad hãc pertinere existimo: nam ex recensione mansionum huius itineris, quæ à Plinio cõmemorantur, satis apparet, nullius oppidi in eo mentionem fieri.* Pag. 37.

Cenon Ydreuma] *videtur* Cœnon *legendum. De* hydreumatis *nomine præter ea, quæ Plinius exposuit, &* aquationũ *nomine vertit, Ptolemæus Geographiæ libro primo capite x.* δυκ ἐνδεχόμενον ὄντα μονὸν ἀλλὰ ἡ ἀναγκαῖον δι τὰς τῶν *Hydreuma quid*

τῶν ἱδρευμάτων ἀπόχας: *quod vetustus interpres vertit*, ob adaquandi diuersiones: *quamuis in excusis Vlmæ* adiquandi *pro* adaquandi *legitur: in quo aliqui ex recentioribus sunt decepti: & aptius vertissent*, ob aquationum distantias.

Beronicen MP. XVIII] *Strabo in sinu* Arabico, & Trogladytica *regione* Berenicem *constituit: atq; itidem* Plinius Troglodytarum *vrbem adpellat, & Stephanus ex eius nominis vrbibus, tertiam in* Troglodytice *regione statuit. Iustiniani ætate* mare rubrum *in finibus* Palæstinæ, *qui ad id pertinent mare, Romanorum ditionem diremisse Procopius de bello Persico libro primo auctor est.*

Item Thraciæ] *Refert se huius Itinerarij auctor ad suum in prouincijs obeundis certum, & constitutum ordinem. Nam postea quam illud* Alexandria *iter ab ab occidua* Nili *parte vltra* Syenem Hierasycaminon vsq; *absoluit, & postea ex aduerso magni fluminis, Arabiam versus è regione peregit, ad celeberrimumq; se iter* Copto Berenicem *contulisset, quo viam Romani ad Indias, & Arabicas merces exportandas patefecerant, rursus ad Thraciæ prouinciæ regiones lustrandas conuertit. quam superiore itinere* Sirmio Nicomediam *penetrauerat: & à* Cabyle *Thraciæ vrbe* Hadrianopolim *iter instituit.*

M.P. LXXVIII. Sic] *In Regio male* CCV. *pro* LXXVIII: *trium mansionum numeris inter se concinentibus.*

Orudisza ad Burgum MP. XXX] *Regium* Orodista ad Burgum MP. XXX. *Blandinianũ & Lou-*

& Longolianum Orudiſza mpm xxx. *Neapolitanum* Crudiſza ad Burgum mpm xxx.

Hadrianopolim MP. XXIII] *Habent exemplaria, cum legendum videatur* MP XXV. *Nã ex ſuperiore manſione* In medio MP. XXV. *conijcitur ab* Orudiſza Hadrianopolim LMP. *abeſſe: &* In medio ad XXV. MP. *conſtitutam fuiſſe eam manſionem, vt ſæpe videmus in hoc Itinerario.*

A Plotinopoli Heracleam MP XCII] *Viraq; Thraciæ vrbs, &* Plotinopolis *nomen vrbi ab Hadriano Imperatore ex* Plotinæ *Traiani vxoris nomine inditum fuiſſe videtur; & eadẽ videtur eſſe mediterranea* Heraclea, *de qua ſupra ab Antonino fit mentio, altera nempe ab* Heraclea Perintho *Propontidis, de qua infra meminit Antoninus.* *Plotina Traianî vxor.*

Traianopolim MP. XXII] *Altera* Traianopolis *ab ea, quæ in Cilicia* Selinus *antea dicta fuit: vt Xiphilinus meminit, ex Dione: quo loco* Traianus *diem obijt.* *Traianus vbi obierit.*

Apros MP. XXII] *Regium* Apris MP. XXIII. *Reliqua* MP. XXXIII. Apros *Colonia Plinio quam à* Philippis CLXXXVIII MP. *abeſſe tradit, & Ptolemæo ἄπρυι &* Perinthum Heracleam *adiungit Ammianus libro xxvij. Stephano* ἄπρος θηλυκὸν πόλις θράκης.

Reſiſton MP. XXII] *Regium* Reſiſto MP. XXII. *Reliqua* MP. XXXII. *& Plinij excuſa exemplaria totidem* MP. Apris Reſiſton *commerãt, ſed in tribus vetuſtis* XXII. MP. *deſignantur, & in Toletano peßime affectus eſt hic locus Infra omnia excuſa exemplaria* ab Apris Reſiſton XXVI. MP *attribuunt. Ptolemæus* βισάνθη πόλις δεύτερον. *Cum Pli-*

nius Bisantem Macrontichos *dictum doceat: qua à* Propantide *ad* Melanem *sinum inter duo maria porrectis muris procurrentem excludit* Cherthonesum. *Et Procopio item, de ædificijs Iustiniani, oppidum maritimum ad nauigandum* Hellespontum *peridoneum situm habens* ῥαιδεστὸν. *Stephanus vrbem Macedoniæ* Bisanthem *iuxta* Thraciam *apponit. Suidæ* ῥαιδεστὸς πόλις..

Heracleam M.P.XXV.] *Regium exemplar,* Eraclea MP. XXV. *Blandinianum & Neapolitanum* Heraclea MP. XV. *Longolianum* XVI. *sed harum mansionum numeri ex Regio collocati veram summæ* XCII. MP. *rationem conficere videntur. Adhæc Procopius* Rhædeston *ab* Heraclea *itinere diei abesse perhibet, eodem Commentario.*

Item à Sebastia Cocuson per Melitenem MP. CCXCIII] *Consentiunt exemplaria Reg. & Blandinianum, ac Longolianum. In Neapolitano* CCCXCIII. *Ex* Thracia *prouincia in* Cappadociam *trans fretum trànsilit. Plinius in* Cappadociæ *regione* Sebastiam, *&* Sebastopolim *recenset: & Ptolemæus in* Cappadocia *inter mediterraneas* Ponti Polemoniaci. Cocusos *hoc Itinerario tanquam celebre oppidum proponitur: cuius apud Geographos auctores nullam reperio fieri mentionem. Ex his vero qui historiam Ecclesiasticã concinnauere, apparet, oppidulum fuisse* Armeniæ *Arcadij Imperatoris tempore, in Imperij Romani finibus, ad os Ponti in solitudine vasta situm, quo D. Iohannes Chrysostomus in exilium proiectus est, qui ad* Constantium *presbyterum hæc scripsit:* Septuaginta dieb. in itinere consũptis, aliquando tandem Cucusum peruenimus: locũ totius or-

D. Chrysostomi exilium.

bis, propter solitudinē grauissimum. *Et in eadem Epistola*: Quandoquidē & nos tertiū iam annum in exilio agentes, in fame, peste, bellis, continuis obsidionibus, solitudine incredibili, morte quotidiana, ensib. Hauricis nō mediocriter animos adijcit, & consolatur affectionis vestræ abundātia, & constantia, & fiduciæ stabilitas. *Vide Nicephorū lib. xiij. In Chalcedonensi Concilio Bomnus Episcopus* Cocusi *ciuitatis subscripsisse traditur.*

Euspœnam M P. XXVIII] *Regium* Euspena M P. XXVIII. *Blandinianum* Euspœna M P. XXV. *Neapolitanum* Euspena mpm XXVIII. *Lon.* Euspœna mpm XXV: *& XXVIII corrigitur. Ptolemæo οὐαισάπα oppidum recēsetur: quod* Armeniæ *attribuitur: neq; ad hanc pertinere regionem potest; quæ adhuc Cappadociæ est ante* Melitenē.

Ad Prætorium M P. XXVIII] *Habent Reg. exēplar, & Neap. Blā.* ad Prætoriū M P. XXV *& Lon.* A Prætorio M P. XXV: *& XXVIII corrigitur.*

Pisonos M P. XXXII] *Regium* Pisonos M. P. XXII *& reliqua exemplaria* mpm XXXII.

Melitenem M P. XXXII] *Regium* Meletena M P. XXII. *Blandinianum* Malecena M P. XXXII. *Neapolitanum* Macelena mpm XXXIJ. *Longolianum Blandiniani lectionem præfert, quòd plerunq; in eo exemplari vsu venit, &* Masselena *miniaceis litteris corrigitur. Plinius Regionis* Melitenæ *meminit.* Cappadociæ, *inquit*, pars prætenta Armeniæ maiori Melitene vocatur. & Melitę vibis, à qua Melitene dicta sit *ab eo sit mentio. In* Calopena *vero* Sebastiam, *&* Sebastopo-

lim. *Hæc parua sed paria supra dictis. Reliqua sui parte* Melitam *à Semiramide conditam haud procul* Euphrate: *& de* Melitene regione *quæ prolata sunt, paulo post, sed in vetustis exemplaribus, cũ* Melitæ *vrbis ab eo mentio fit, litteræ adeo sunt implicatæ, vt vix elicias* Melitemne, *an* Melitenã *vocet Strabo Amomum ad Euphratem, &* Melitinam *vsq; progredi, ad quam Camagena Cappadociæ adiacet auctor est: ex quo loco Stephanus* Melitenem *vrbem, non regionem intellexit: & verba Strabonis profert. Ammianus libro xix.* Exinde Melitinam minoris Armeniæ oppidum venimus. *Ptolemæus &* Melitenæ *regionis ad* Euphratem *meminit, & in eadem regione* Melitinæ vrbis. *In Notitia Prouinciarum sub dispositione viri spectabilis Ducis Armeniæ Præfectus Leg. xij. Fulmineæ* Melitene *recensetur. Iustinianus præterea in Armeniæ distributione tertiam* Armeniam *instituit eam, quæ prius secũda dicebatur, in qua principatum teneret* Melitene. ἀρχαία πόλις ἐπίσημος ἐν καλῷ τεγῆς καὶ ἄρος κειμένη καὶ οὐδὲ πορρωδιέστωσα τῶν τοῦ εὐφράτου ῥευμάτων. *Procopius de bello Persico libro primo,* Armeniæ minoris *Metropolim esse* Melitenem *tradit, vrbem quidem dignissimam, deinde* Samosata, *& post* Hierapolim, *& περὶ τῶν κτισμάτων in vrbe Armeniæ Melitenas quondam Legionem xij fuisse constitutam perhibet. In Concilio Chalcedonensi Constãtinus Episcopus* Melitenæ *ciuitatis metropolis Armeniæ scribendo interfuit. Et Nicephorus Callistus libro xi. Ecclesiasticæ historiæ Concilium* Tyanæ *coactum memorat, cui interfuit Ostresius* Melitinæ *Episcopus.*

Arcas

Arcas MP.XXVI] *Habent exemplaria manuscripta, & Longolianum: alterius eius nominis vrbis* Phœnices *regionis apud auctores Geographos celebris supra sit in hoc* Itinerario *mentio.* Pag. 38.

Dandexena MP.XXIIII] *Regium* Dandanixa MP.XXIIIII: *& reliqua* Dandaxnia mpm XXIIII, *& infra eadem variant exemplaria.*

Ptandari MP.XXIIII] *Regium* Ptandaria MP.XXIIII. *& infra* Tandari, *&* Ptandari. *Blandinianum* Pandari, *& postea* Ptandari, *&* Ptandaris: *Neapolitanum* Pandari, *& paulo post* Ptandari: *& item in Longoliano, vt haud dubie* Ptandari *sit legendum. Forte ea est, quæ Ptolemæo in Præfectura Caraoniæ prouinciæ Armeniæ* τανάδαρις *appellatur. Nam infra à* Sebastia Cocuson *per compendium ab Antonino* Comano, & Ptandari *adiunguntur.* XXIIII. MP.

Cocuson MP.XXXVIII] *Regium* Cocuso MP.XXVIII: *& infra idem exemplar* Ptandari Cocuson MP.XXXVIII. *numerat. Blandinianum* Cocuso MP. XXXVIII. *& Neapolitanum. Longolianum* MP.XXXviij: *& corrigit* XXviij.

Scanatum MP.XXVIII] *Regium* Scanatu MP.XXV: *& reliqua* Sacanatu MP.XXviij.

Malandara MP XXX] *Habent manuscripta & Longolianum: cum infra eadem &* Marandara *&* Maiandara *præferant diuersis itineribus. Forte Ptolemæi est* μάρδαρα *in mediterraneu* Ponti Cappadociæ *prouinciæ.*

Armaxa MP.XXVIII] *Regium* Ermata MP.XXviij: *& reliqua* Armaxa mpm XXviij: *& infra semper* Armaxa.

Cæsaream MP.XVI] *Habent auferendi casu manuscripta, & Lon exemplar. Hæc esse* Mazaca *videtur Straboni* Cappadociæ *metropolis: & Plinio sub monte* Argæo Mazaca *recensetur,* Quæ nunc *inquit,* Cæsarea nominatur. *Nicephorus Callistus est auctor, Claudiũ Cæsarem appellatione mutata, nomine suo cohonestauisse. Ptolemæus in Præfectura Ciliciæ,* Cappadociæ *prouinciæ* μαζάκα ἢ καισάρεια.

Artaxata MP XXIIII] *Re. & Blan. habent. Neap.* Artaxata mpm XXVIII. *Lon.* mpm XXIIII: *& corrigit* XXVIIJ. *Vrbs celebri fama maioris Armeniæ: quam* Araxis *præterlabitur.*

Coduzabala MP.XVIII] *Regium* Coduxsaba MP XVIIJ. *& paulo post in eo exemplari,* Coduzabala *Blan.* Coduzalaba mp XVIIIJ. *& infra* Coduzalbabla. *Neapolitanum* Coduzabala mpm XVIIJ. *Longolianum* Coduzalaba mpm.XIX: *&* Coduzabala *corrigitur, quam dictionem præferendam existimauimus.*

Comana MP.XXIIII] *Habent manuscripta & Longolianum exemplar. Hæc est* Comana Cappadociæ *cognominata, præfecturæ Cataoniæ Armeniæ prouinciæ, longe diuersa à Comana Pontica prouinciæ Cappadociæ. Vtraque* Dianæ *Taurica sacra, vt pluribus refert Strabo.* Comana *plurium numero protulisse auctor Commentarij Alexandrini videtur; cum de vtraque vrbe mentio fit.* De Pontica hæc proferantur. Nam ex Ponto à Comanis iugum editum siluestre est pertinens in Armeniam minorem, quæ Cappadocia finitur ab Armenia. Huius verò

Comanæ duæ.

Comana

Comanæ *Antonini, hoc pacto:* Magniſq; itineribus per Cappadociam confectis, biduũ Maxacæ commoratus, Comana vetuſtiſſimum, & ſanctiſſimum Bellonæ templum, quod tanta religione colitur, vt ſacerdos eius Deæ maieſtate, imperio, & potentia ſecundus à rege cõſenſu gentis illius habeatur: Id homini nobiliſſimo Nicomedi Bithynio adiudicauit: qui Regio Cappadocum genere ortus, propter aduerſam fortunam maiorum ſuorum, mutationemq; generis, iure minime dubio, vetuſtate tamen intermiſſo, ſacerdotium id repetebat. *De ea regni controuerſia plura apud Strabonem. Dion plurium etiam dictione duas eſſe vrbes Cappadociæ non procul inter ſe diſtantes memorat: & vtranque gladium habere, quem verum Iphigeniæ eſſe arbitrarẽtur. Procopius de bello Perſico libro primo, perhibet* Oreſtem *locis plurimis obitis, cum in* Ponto *conſtitiſſet, montem præruptum contemplaſſe, ad cuius radices* Iris *fluuius præterflueret: & eum locum ab oraculo ſibi deſignatum exiſtimaſſe, & eo loco vrbem clariſſimam cum* Dianæ templo *exædificauiſſe, quam* Comanam *ab exciſa in eodem loco ſibi* coma *nuncupauiſſet. At poſtmodum cum præſenſiſſet non rite oraculi mentem eruiſſe, errabundum, locum quendam in* Cappadocia, *alteri, qui in* Tauris *erat, maxime ſimilem, reperiſſe. Nam inibi &* Taurus *mons erat, & fluuius* Sarus: *ac rurſus vrbem nobilem eo ſitu cõdidiſſe, & templa duo, alterum* Dianæ, *Iphigeniæ vero ſorori alterum, quæ poſtea* Chriſtiani *in ſua templa inſtau-*

D. Chrysostomus vbi sepultus.

rarint, nulla ædificiorum penitus parte immutata: Eandq; itidem vrbem Comanam *adpellauisse ab excisa rursus coma, cum morbo omnino liberatus esset. Suidas cum* κομάνα *vrbem commemorat* ἔνθα, *inquit* ὁ χρυσόστομος ἐτάφη πρῶτον.

Tonosa MP.L] *Regium, & Neapolitanum* Tonosa *Blandinianum* Tosona mpm L. *& Longolianum: sed sequenti itinere* Tonosa *præferunt.*

Ariarathiam MP.L] *Regium exemplar* Ariarathia MP.L. *Blandinianum* Triarithia MPL. *Neapolitanum* Triatrachia mpm L. *Longolianũ Blandiniani lectionem præfert, & Triatrachia emendat. Ptolemæo in præfectura Cappadociæ prouinciæ* Sargaraulena ἀριραθεία: *Ab* Ariarathe *tamen Rege nomen sumpsisse, Stephanus,* ἀριαράθεια πόλις πλησίον καππαδοκίας, ἀπὸ ἀριαράθ (*ita enim legendum est*) καππαδοκίας βασιλεύσαντος γαμβροῦ ἀντιόχ.

Item ab Arabisso CCCLXVIII] *Regium* Ab Arabiso MP. CCLXVII. *Et infra in eodẽ exemplari, &* Arbalisso, *&* Babarisso, *&* Arabisso: *cum de vno, atq; eodem oppido mentio fieri videatur. Blandinianum optimum item exemplar, & hoc loco, & infra semper* Arabissον *retinet: atq; item in Neapolitano eadem constantia: quod admonendum duxi, quod varie in auctoribus id nomen descriptum reperiatur. Ptolemæo in* Chalybontide Syriæ *prouinciæ iuxta Euphratem* Βαρβάρισσος. *Stephanus* Βαρβάλισσος φρούριον τῆς ἐν τετειχισμένον. *In Concilio Chalcedonensi Adolius Episcopus* Arabissi *ciuitatis, & in Concilio Cõstantinopolitano primo Otulus* Arabissensis *Episcopus*

scopus subscripsisse feruntur. In Notitia Prouinciarum sub dispositione v. s. Ducis Syriæ & Euphratensis in Augusto Euphratensi Equites Dalmatæ Illyriciani Barbarisso : *ita enim legitur in manuscripto exemplari: non* Barbalisso *quemadmodum in excusis. Nicephorus libro xiij. Adelphium* Arabissi *Episcopum apud* Cucusum *visione diuina admonitum Iohannem Chrysostomum excepisse tradit. Et eodem commemorat libro, cum ei aduersarij inuiderent, quod* Cucusi *maneret.* Arabissum *abductum esse.*

Tonosa MP. XXVIII] *Regium* Tosano MP. XXviij *interuersis, vt apparet, luteris. Reliqua* Tonosa MP. XXviij

Zoana MP. XXV] *Habent manuscripta, & Longolianum: sed in hoc* XVI *corrigitur.*

Gundusa MP. XXIII] *Habet Regium exemplar. Reliqua* Gundosa MP. XXiiij. *Sed si* XXiij. *numeres, summa ratio constabit. Ptolemæo in Armenia minore* γοδάσα.

Zaram MP. XVIII] *Manuscripta, & Longolianum* Sara mpm xviij *habent, cum eadem infra vno consensu* Zara *præferant.* Pag. 39.

Dagolasson MP. XX] *Regium* Tagalasso MP. XX. *& infra idem exemplar* Dagolasso *Blādinianum, & Longolianum* Dagalasso MP. XX. *Neapolitanum* Dagalaso mpm. xx.

Nicopolim MP. XXIIII] *Consentiunt in hāc lectionē auferēdi casu manuscripta, & Longolianum exemplar. oppidum celebre* Armeniæ minoris, *quod Pompeius bello Mithridatico condidisse fertur, eo loco, quo Mithridatem vicerat: vt à*

Strabone, & Dione memoriæ proditur: Eamq; vrbem multatis, aut ætate confectis militibus habitandam tradidit. Auctor Commentarij Alexandrini belli. Magnis, *inquit*, & continuis itineribus cõfectis, cum aduentaret ad Nicopolim, quod oppidum in Armenia minore positum est, plano ipsum loco, montibus tamen altis, ab duobus lateribus obiectis, satis magno interuallo ab oppido remotis, castra posuit, longe à Nicopoli, circiter MP.VII.

Clotœdarizam MP.XXIIII] *Regium exemplar* Olotoælariza MP.xiiij. *& infra in eadem exemplari à Nicopoli* Clotedariza MP.XXIIII. *& alio itinere ab eadem Nicopoli Satalam,* Olotœdarizam MP. xxiiij. *Blandinianum vero exemplar hoc loco* Oluto eulanza mp.xxiiij. *habet: & alijs itineribus à Nicopoli* Olote dariza MP.XXIIII. *& à Nicopoli Satalam* Olotœdariza MP.xxiiij. *In Neapolitano hoc itinere* Oluto Eularizo mpm xxiiij. *& à Cæsarea Satalam à Nicopoli* Olotedariza mpm xxiiij. *Et itinere à Nicopoli Satalam* Oleto edariza mpm xxiiij. *Visum est adeo perexiguè & minutatim hæc exponere, vt appareat, non absq; ratione* Cloto edarizæ *nomen præponendum esse, exemplarium lectione conlata; & videant viri docti, an id oppidum sit, quod à Ptolemæo in Armenia minore, versus montanam regionem καλτιόρισσα appellatur: quæ in vetusta versione* Catioriſſa. *Nomina etenim sunt adeo obscuræ & barbaræ appellationis, vt ex ipso nomine coniectura sit facienda.*

Ad

Ad Dracones M P. XXV] *Regium* Andracones M P. XXVI. *& itinere à Cæsarea Satalam infra à Clotedariza* Dracontes M P. XXVI. *Blandinianum* ad Dracones M P. XXVI. *Neapolitanum* mpm XVII. *& Longolianum* mpm XVI. *&* XXVII. *emendat. Strabo vltra Damascum montes duos collocat, qui* Trachonas *appellantur.*

Azam M P. XXIIII] *Hæc mansio in Regio deest exemplari: & infra in eodem* Aia. *Reliqua in hoc itinere* Aza M P. XXIIII *habent. Plinius,* Oppida celebrantur in minore, *(de minore enim Armenia agitur)* Cæsarea, Aza, Nicopolis.

Satalam LEG. XV. Apollinar. M P. XXVI] Satalæ, *quæ Armeniæ minoris vrbs erat, iuxta mõtana regionis Euphratensis, Ptolemæus mentionem fecit:* σάταλα: *& Xiphilinus ex Dione* Satalæ, *&* Elegiæ *vrbium* Armeniæ *meminit: & in Chalcedonensi Concilio Anatolius Episcopus ciuitatis* Satalorum *subscripsit. Stephano* σάταλα. πόλις ἀρμενίας, ὡς Αλέξανδρος ἐν ἀσία. Legionis *vero huius in vetusta inscriptione Barcinonensi insignis cuiusdam Legati L. Cacilij Optati* > LEG. VII. G. FEL. ET > LEG. XV. APOLLIN. *Et Dion libro* LV. XV. *Legionem ab* Apolline *cognominatam in* Cappadocia *commemorat.* *Legio xv. Apollinaris.*

A Germanicia] *Ptolemæo inter vrbes mediterraneas* Comagenes Syriæ *prouinciæ, quæ à Septentrionibus sumunt initium,* γερμανίκεια. *Stephano ex Quadrato tertio Parthicarum rerum, vrbs* Euphratensis *prouinciæ* γερμανίκεια. *In Calcedonensi Concilio Iohannes* Germaniciæ

ciuitatis

ciuitatis Episcopus subscribit : & in Niceno Salomonus.

Sicos Basilisses MP. XX] *Regium habet exemplar.* Sicos Basilisses MP. XX : *& infra* Sico Basilisses. *Blandinianum* Sicos basilisces, *& postea* Sico basilisces. *Longolianum* Sicos basiliscos *& Neapolitanum* Sicos basilices, *&* Sicos basilicos. *Lego* Sycos basilisses.

Dolichen MP. X] *In Regio perperam supra à Germanicia* per Dolium, *& hac mansione* Bolica MP. X *habetur. In Blandiniano à Germanicia* per Dolicum, *& mansio* Dolica *legitur : & in reliquis, Ptolemæo in eadem* Comagene *iuxta* Catamana, *&* Germaniciam δολιχὴ : *quæ non rectè videtur apud Stephanum* Dolichene *proferri, vna dictione: cum dictio* δολιχὴ *sit proposita,* ἔστι δὲ καὶ δολιχηνὴ πόλις τῆς κομμαγηνῆς. οἱδὲ ἐπιχώριοι, δολιχηνὴ λέγονται. *In Concilio Niceno Archelaus Episcopus* Dolithenus, *prouinciæ* Syriæ, Cocles *subscripsisse traditur. Et Diuinus Eusebius apud Nicephorum libro xij. vt* Dolichæ *Episcopũ haberent,* Marim *concessisse traditur.*

Zeygma MP. XII] *Habent omnia exemplaria. Plinius,* Zeugma LXXII. MP. à Samosatis transitu Euphratis nobile. *Dion enim libro xl. id exposuisse videtur: perhibet enim id nomen inditum ab expeditione Alexandri, quòd eo loci* Euphratem *traiecisset. Stephanus* ζεῦγμα πόλις συρίας ἐπὶ τῷ εὐφράτῃ ὅμ ἀλέξανδρος ζεύξας ἐλύσεσι διεβίβατε τὰ στρατόπεδα.

Bemmarim MP. XX] *In Regio, Blandiniano, & Longoliano* Bemmaris MP. XX. *Neapol.* Benemaris

nemaris MP.XX. *Suspicor id oppidum esse, quod Ptolemæo inter vrbes ad Euphratem sitas* Βηθαμμάρια *appellatur: nam nobile oppidum fuisse ex hoc Itinerario conijci potest.*

Ediſſam MP. XXV] *Manuscripta & Longolianum* Ediſſam *habent. Ptolemæo in Mesopotamia* Ἔδεσσα; *& Stephano Syriæ; cui nomen inditum perhibet,* διὰ τὴν τῶν ὑδάτων ῥύμην οὕτω κληθῆσα ἀπὸ τῆς ἐν μακεδόνι. *Plinius quondam* Antiochiam *dictam, &* Callirrhoen *à fonte nominatam. Strabo quattuor schœnorum spatio trans Euphratem* Edeſſam *celeberrimam Mesopotaniæ vrbem habitari. Nam* Mesopotamiæ *pars magna, Romano Imperio paruit: atq; item magna à Pompeio Magno, Tigrani condonata est: vt* Parthici *Imperij fines fuerint Strabonis ætate,* Euphrates, *& Regio vltra Euphratem, & cis Euphratem Romani, & Arabum Philarchi vsq; in Babyloniam regionem dominarentur.*

Incatabana MP. XV] *Regium* Incatabana MP.XIIJ. *& reliqua* In Cataua MP.XV. *quo mansionis huius numero summæ ratio cõstat* MP.LXX. *cum in Regio perperam* XC *legatur. Ptolemæo in Syria iuxta* Germaniciam κατάμανα: *vt forte* κατάβανα *sit legendum.* *Coniect. in Ptolem.*

Iſſum MP.XVI] *Regium exemplar, & Neapolitanum* Niſus MP.XVI. *Blandinianum, & Longolianum* Niſus MP.XIII: *sed in Longoliano* XVI. *corrigitur: quo numero summæ* LXX. MP. *ratio constat. Ego* Iſſum *legendum contenderim, vt oppidum nobile sit* Piſidiæ Ciliciæ, *quod apud eum Alexander Darium deuicerit.* πόλις in-

quit

quit Stephanus, μεταξὺ συρίας καὶ κιλικίας, ἐν ᾗ Αλέξανδρος δαρεῖον ἐνίκησεν. ἠκλήθη διὰ τοῦτο Νικόπολις ἀπ' αὐτῶ & ab ea sinus Issicus. Strabo libro xiiij nullam Issum vsq; & eius mare breuiorem viam esse ex Aminso, quam per ipsam Tarsũ quæ Antonini Itinerario statim subditur: neq; ex Tarso Issum vsq; propiorè, quã in Cydnũ: qui fluuius Tarsum mediam abluit. Strabo præterea orã Issici sinus à Solis, & Tarso prosequitur: cũ Tarsos in mediterraneis regionis, quæ propria Cilicia dicitur, à Ptolemæo cõstituatur: quæ plurib. egimus, vt ostenderemus Issum, pro Nisu legi oportere.

Samosata LEG. VII. MP. XIII] Habet exemplar Regium: Blandinianum Samosata LEG IIII: MP. XII. Neapolitanum Samosata legiu mpm. XIII. Longolianũ Samosata Leg. VI. MP. XII. & XIII corrigitur Plinius, Inde Comagenos Caput Samosata: & Strabo regni caput fuisse: Samosatis ad Euphratẽ legionẽ impositã, Ptolemæi cognomine apparet. Comagen, inquit Ammianus lib. xiiij. nunc Euphratensis, clementer adsurgit Hieropoli, vetere Nino, & Samosata ciuitatibus. A Samosatis, latere Syriæ Marsyam amnem influere, Plinius auctor est.

Emesam MP. CXXXIII] Emesa MP. CXXXiij habet Re. exemplar. & reliqua Hemesa MP. CXXXIIII sed vnicuiq; sua numerorum ratio in summa constat. Regij exemplaris semper lectionem præferendam duximus.

Niacoaba MP. XXV] Habet Regiũ exemplar: sed in reliquis Niaccuba MP. XXVI. legitur.

Caperturi MP. XXIIII] Habent manuscripta, & Longolianum. Apami-

Apamiam MP. XX] *Eadem auferendi casu. Plinius, cum Zeugma prodidisset,* LXXII. MP. à Samosatis *transitu Euphratis nobile, subdit,* Ex aduerso Apamiam Seleucus, idem vtriusque Conditor, ponte iunxerat. *Straboni item ad* Orontem *locatur. qui quatuor celeberrimas vrbes earum regionū commemorat,* Antiochiam *apud Daphnem,* Seleuciam *in Pieria, &* Apamiam, *ac* Laodiceam *quas Seleucus Nicanor condidit.* Antiochiam *ab eius patre dictam, &* Apamiam *ab eius vxore, &* Laodiceam *à matre cognominatam.*

Lariſſam MP. XVI] *Habent eadem auferendi casu. Strabo itidem* Lariſſam Apamiæ *vicinā ſtatuit, & Plinius* Arethuſæ *Ptolemæo in* Caſſiotide *ad Orontem* λαρίσσα.

Epiphaniam MP. XVI] *Plinius,* Epiphania, & Antiochia, quæ ad Euphratem vocantur.

Arethuſam MP. XVI] *Regium* Aretuſam XVI. *Reliqua* Arethuſa MP. VI. *Plinius,* iuxta flumen, per quod Euphratem emergere putant, fuerunt, *inquit,* & Græca oppida Arethuſa, Lariſſa, Chalcis, deleta varijs bellis. Arethuſios *populos Syriæ recenſet, cum* Berocenſibus, *&* Epiphanenſibus. *Strabo lacus mentionem facit, qui iuxta* Apamiam, *&* Arethuſam *effunditur. Et* Arethuſam, Sampſicerami *cognominat. Stephanus item* Arethuſæ Syriæ *vrbis meminit. In Concilio Niceno Euſtathius Epiſcopus* Arethuſius *ſubſcribit.*

Emeſam

Pag. 40. Emesam MP XVI] *Regiū* Emesa MP. XVI. *In reliquis* Hemesa mpm XVI. *Ptolemæo iuxta* Apamiam ἐμίσσα *in Syria, ab exortiua parte* Orontis: *& Stephano in Phœnice* ἔμισα. *Ammianus* Emissam, *&* Damasam *prisci sæculis conditas memorat.*

Muzana XXVI] *Cum mansioni in medio* XXII. MP. *constituat, totidem* Muzanæ *tribui debere videntur.*

Syco Basilisses MP XV] *Habet Regium exemplar, cum supra à* Germanicia *ad hanc mansionem* MP. XX. *numerentur. Blandinianum* mp. XII. *cum supra item* XX. *adnotasset. Reliqua* MP. XV.

Cannaba MP. XIII] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum. Neapolitanum* Cannaba mpm. XIIII.

Item à Cyrrho Ediſſam MP. XCI] *Regium* Item à Cirro Ediſſam MP. XCII. *Blandinianum & Longolianum* Iter à Cirzo Ediſſa: *& desunt numeri summæ, & omnium huius itineris mansionum. Neapol. hic etiam defecit titulo, & numeri omnium mansionum, quæ in omnibus desunt excusis exemplaribus: qui nobis beneficio Regij exemplaris nunc primum restituentur: atq; ideo omnes numeri mansionum milto describentur: summæ asteriſco addito: quod numeri ab eo adpositi summam* CII. MP. *conficiant, non* XCII: *vt in eo legitur.*

Ciliza siue Arma giganton MP. XXII] *Regium* Ciliza siue Vrma giganti MP. XII. *Reliqua exemplaria ex vna mansione tres conflauerunt:*

uerunt in quo errato mirum in modum ope Regij exemplaris eruimur. Blandinianum hoc modo †

† Zilizasi M P. } Celizasi }
Vturnia M P. } *Neapolitanum* { Veturnia } *
Gugãdo M P. } Giganto }

* *Longolianum* { Vturnia al. / Veturnia / Gigando. }

Nihil tamen amplius constituere possumus, quã ex vna mansione tres fuisse à librariis adornatas, neque affirmare quippiam ausim, tametsi videatur Græca compositione Arma Giganton, *pro curru Gigantum accipi posse, vt* Celiza *mansio eo etiam cognomine insigniretur. Strabo ad hæc* Gindaron *vrbem in Cyrrhestica regione collocat. Plinius in Coele Syriæ,* Cyrrhum *recenset, vnde* Cyrrhestica *regio. Stephano* κύρρος πόλις συρίας: *vnde ciuis* κυρρήστης, *& regio* κυρρηστική *inde Andronicus* Cyrrhestes, *qui vt auctor est Vitruuius, exemplum conlocauit Athenis turrem marmoream octagonon, & in singulis lateribus octagoni singulorum ventorum imagines exsculptas, contra suos cuiusq; flatus designauit.*

Abarara M P. X] *Regium habet. Blandinanũ* Abartaræ M. P. *Neapolitanum* Abarara: *& Longolianum* Abarraza mpm.

Bemmari Canna M P. X L.] *Habet Regium exemplar. Supra* Bemmaris *mentio facta est: in reliquis duæ mansiones sunt,* Bemmari mpm. Canna M. P. M. *sine miliarium numero. Videtur iter ita designari, vt* Bemmarim Canaba, *iter ducatur, vt statim* Bathnos Mari. *supra zeugma*

Cannaba, *& infra Zeugma,* Canaba , *In medio* Eduſſa.

Bathnas Mari M P. VIII] *Regium* Athenas Mari M P. viij. *& in reliquis duæ item manſiones factæ* Bathenas mpm Meri mpm . *Ammianus harum videtur* Bathnarum *mentionem feciſſe libro xxiij.* Denique cum exercitu, & Scytharum auxilijs , Euphrate nauali ponte tranſmiſſo, venit ad Batnas municipium Oſdroênæ. *Nam poſtea* Carras *eundem Iulianum properaſſe tradit. Xiphilinus ex Dione Traianum* Niſibi Batnisque *captis,* Parthicum *cognominatum memorat. Stephanus item* Βάτναι, πόλις τῆς ὀρροήνης *pro* ὀσδροήνης. *In concilio Chalcedonenſi Abramus* Bathnenſis *Epiſcopus ſubſcribit. Procopius* περὶ τῶν κτισμάτων *præſidium quod in* Bathnis *erat, muro carens ac deſertum, firmiſſimis mœnibus à Iuſtiniano circundatum tradit: tametſi,* Batuis *pro* Bathnis *vertit interpres.*

Procopij interpres.

Item à Nicopoli] *Eadem* Nicopolis *videtur Armeniæ minoris, cuius ſupra mentionem facit itinere ab* Arabiſſo Satalam per compendium.

Cannaba M P XXV] *Manuſcripta, & Longolianum* Canaba , *cum ſupra* Cannaba *prætulerint.*

In Medio M P. XXII] *Reg.* XXV. *cum ſupra* XIJ. *præferat* à Cannaba *reliqua habent* M P. XXII.

Pag. 41.

Item à Calle come] *Regium* à Callecoæ, *& infra* à Callicomela riſſam. *Reliqua* à Callecomo, *& infra* à Callicome. *Apud Eutropium, vbi legitur in Diocletiano,* inter Gallicinum, Carrasque congreſſus, *forte legendum,* inter Calle comem Carrasque congreſſus. *Præterea videtur*

Eutropius ex coniectura medatus.

detur huius mansionis mentionem Ammianus feciſſe libro xxiij. Mandabatur eis, vt ſi fieri potius poſſet, Regi ſociarentur Arſaci: cumque eo per Corduenam, & Moxœnam Chiliocomo vberi Mediæ tractu, partibuſque alijs pręſtricto curſu vaſtatis, apud Aſſyrios adhuc agẽti ſibi occurrerent: *Et libro xxiiij.* Vtrum nos per Aſſyriam reuerti cenſerent, an per radices montiũ lenius gradientes Chiliocomum prope Condurnã ſitã ex improuiſo vaſtare.

Hierapolim M P. XXI] *Hæc manſio, & duæ proxime ſequentes, in exemplari deſunt Regio, quas aſteriſcis incluſimus: & in reliquis cum eiſdem numeris habentur. Plinius in Cœle Syriæ* Bambycem *ſtatuit, quæ* Hierapolis *ſit vocata Ammianus libro xiiij.* Hierapolim, *cum vetere Nino, & Samoſatis,* Comagenæ Euphratenſi *attribuit. Et libro xiij de Iuliano* Hierapolim *ſolitis itineribus veniſſe, capaciſſimam vrbem. Ptolemæo in* Cyrrheſtica.

Thilati comum M P. X] *Infra in Regio* Tillati comum. *Reliqua* Thillati comum M P. X. *In Notitia Prouinciarũ ſub diſpoſitione v. ſ. Ducis Oſrhoêna de minore Laterculo Ala vij. Valeria præelectorũ* Thillacamę: *& in vetuſto* Thillacama.

Bathas M P. XV] *Habet Blandinianum, vt à* Bathnis *diſtinguere videatur: & inſequenti à Carris Hierapolim itinere itẽ* Bathas. *Nea. vtraq; mãſione* Bathnas. *Longolianum vtroq; itinere Blandiniani lectionem præfert: quam nos amplectimur: tametſi à* Carris *quod ſtatim ſequitur, iter in Reg.* Bthnas *legitur.*

Carræ clade Craſſi nobiles.

Item à Carris] Carræ M *Craſſi & P. filij clade nobiles. Ammianus libro xxiij.* Mœſtus exinde digreſſus, venit curſu propero Carras, antiquum oppidum, Craſſorũ & Romani exercitus ærumnis inſigne: vnde duæ ducentes Perſidem viæ regiæ diſtinguuntur: Læua per Adiabenam & Tigridem; dextera per Aſſyrios & Euphratem.

Minnizam MP. XX. *Regium* Minnigram M. P XX *& ſequenti itinere* Nunniſa *Blandinianũ cum reliquis* Miniccam MP. XX. *& paulo poſt* Minniza *Quam veram lectionem arbitramur.*

Beroam MP. XXII] *Regium* Beroa MP. XXII. *& item Blandinianum. Neapolit. vero* Beroa mpm XXV. *Plinius in Coele Syria* Beroenſes, *cũ Arethuſiis, & Epiphanenſibus recenſet. Ptolemæo iuxta* Cyrrhum Βέρροια. *Melius apud Sephanum in voce* Βέροια *qui vrbem eſſe Syriæ, &* Beroam *etiam dici aſſerit.* λέγεται, *inquit* ἡ Βερόη. *Apud auctores rerum in Eccleſia geſtarum,* Beraea *Syriæ cognominatur: Celebris eſt enim altera* Thraciæ *iuxta Theſſalonicam: de qua ſupra, & poſtea fit mẽtio: quare manuſcriptorum Itinerarij exemplarium rationem habendam duximus.*

Chalcida MP. XVIII] *Habent manuſcripta & Longolianum. Plinio in Coele Syriæ* Chalcidẽ *recenſet,* ad Belum *cognominatam: vnde Regio* Chalcidone *fertiliſſima Syriæ. Straboni* Chalcis *tanquam Maſiæ arx in montana regione, quam* Ituraei, *&* Arabes *malefici omnes attinebant. Ptolemæo item in Syria prouincia* χαλχὶς, *& Chalcidica regio.*

Arram

Arram MP XX] *Habent manuscripta, & Longolianum. Ptolemæo inter vrbes & vicos Arabiæ mediterraneæ ἄῤῥη vicus, & Stephano in Illyride ἄῤῥα.*

Cappareas MP.XXIII] *Regium* Capareas MP.XXIIII. *Blandinianum* Cappareas MP. XXIII. *Neapolitanum* Cappareas mpm XXIIII. *Longolianum* Cappareas mpm XXIII. *& corrigit* XXIIII.

Item à Doliche] *Regium* Item à Dolica Soriana Anunea MP.CXXVIII. *Blandinianum.* Item à Dolica Serian MPM. CXXXVIII. Hanunea Cyrrho MP XXIIII. *Neapolitanum eandem præfert lectionem: sed* Haminea *habet: & illi tamquam mansioni* mpm XXV. *adijcit: & eiusdem modi in Longoliano exemplari. In v.c. Notitiæ Prouinciarum v.s. Ducis Syriæ & Euphratensis Syria, Equites scutatij Illyriciam* Seriane. *Vulgati non recte* Syrianæ: *sed quid* Anunea *sibi velit, non assequor: Necesse est, vt in pluribus alijs huius Itinerarij, ignorantiam nostram confiteri. Simile quidem videtur esse paulo post, in pagina xlij.* A Seriane Scythopolim Occara.

Chalcida MP.XV] *Habet Regium exemplar: quæ mansio in reliquis deest exemplaribus.*

Andronam MP.XXVII] *Regium* Androna MP.XVII. *Blandinianum* Androna MP. XXIIII. *Neapolitanum* Androna mpm XXVII. *quo numero summa* CXXVIII MP. *constat. Longolianum* XXIIII: *&* XXVII. *corrigit. In Notitia Prouinciarum sub dispositione v.s. Ducis Arabiæ de minore laterculo Cohors iij. Alpinorum apud* Arno-

na: *& in vetuſto exemplari. . . .*

Pag. 42. Item Chiliocomo Lariſſam MP. LXXVIIII] *Habet Regium exemplar: & reliqua* LXXVIIII. *Sed verior Regij exemplaris lectio: in quo in hoc itinere, vti ſupra* Apamia Lariſſam XVI. MP. *conſtituuntur: & in reliquis non rectè* XV.

Temmeliſon MP. XX] *Regium exemplar* Temmeliſſo MP. XX. *& in reliquis* Temmeliſo mpm XX. *Videtur eſſe id oppidum quod Ptolemæo iuxta* Apamiam θελμισσός *vocatur. Sozomenus* Telmiſum vicum, *Pauli in* Cœle Syria *egregij Catholicæ fidei propugnatoris, patriam fuiſſe prodit: qui multis in locis multa monachorum cœnobia inſtituit.*

Item à Bemmari Neapolim MP. CCXXVII] *In Regio* MP. CCX. *Cum numeri manſionum* MP. CCXXVij *conficiant. Blandinianum* MP. CCXXVII. *Neapolitanum* CCXXViij. *Longolianum* CCXXVII. *& corrigit* CCXXViij.

Geroda MP. XL] *Habent eadem, Neapolitano exemplari excepto: in quo* Cheroda *mpm xl. legitur.*

Thelſeas MP. XVI] *Regium* Thelſee MP. XVj. *Reliqua* Thelſeæ MP. XVj. *In Notitia Prouinciarum ſub diſpoſitione Ducis Phœnices in vetuſto exemplari Equites Saraceni* Thelſeæ: *vt in excuſis* Thalſeæ: *vt legendum ſit* Thelſeis.

Capitoliada MP. XXXVI] *Regium* Capitolida MP. XXXVj. *Reliqua* Capitoliada MP. XXXVj. *Ptolemæo in Cœle Syria* καπιτολιὰς. *Et in Concilio Niceno Antiochus* Capitoliadis *Epiſcopus ſubſcribit.*

Gadaram

Gadaram M P. XVI] *Habent manuscripta & Longolianum. Plinius iuxta Scythopolim* Gadara *subiungit* Hieromice *præfluente: ita enim habetur in omnibus m.ss. exemplaribus, non* Gaddara. *Ptolemæo post Capitoliada* ἰδάρα *&* γάδωρα. *In Chalcedonensi Concilio subscripsit Iohannes* Gadaræ *ciuitatis* Palæstinæ secundæ *Episcopus.*

Scythopolim M P XVI] *Plinius in Decapolitana regione, quæ latere Syriæ Iudææ adiungitur,* Scythopolim, *antea* Nysam *appellatam refert; à Libero patre sepulta ibi nutrice,* Scythis *deductis. Strabo* Scythopolim *Galileæ proximam facit: & Stephanus* Palæstinæ *esse vrbem. Ptolemæo in Cœle Syria* σκυθόπολις. *Ammianus libro xix. vrbem Palæstinæ inter Antiochiam Alexandriamq; mediam esse asserit.*

In Medio M P. X] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum* M P. Xij. *In Neapolitano desunt duæ vltimæ mansiones huius itineris: & totum iter sequens.*

Neapolim M P. VI I] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum. Ptolemæo in Samaria* Νεάπολις: *& Ammiano inter celebres Palæstinæ vrbes: vt infra eius verbis indicabimus, in* Eleutheropoli.

Scythopolim Occara M P. CCCXV I I] *Regium* Scitopoli Occara, *& summæ numeri desunt. In Blandiniano & Longoliano* Scytopoli occora M P. CCCXviij : *cuius summæ ratio constat. Eam vero dictionem* Occara *supra admonuimus, æque nobis ignotam, & abstrusam esse, atque*

illam superioris itineris à Doliche Serianem Anunea. *Nam cum in hoc Itinerario vsu veniat, vt itinera designentur nomine alicuius celebris vrbis per quam iter ducebatur, inter eius mansiones semper interponitur: quod in his dictionibus minime accidisse videmus.*

Salaminiada MP. XXXII] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Salmidiade MP. XXXIJ. *& item Longolianum sed* XXXIII. *Forte id oppidum est, quod iuxta* Damascum *Ptolemæo* σαμάλις *vocatur: vt in alterutro horum auctorum insit erratum.*

Laodiciam MP. XVIII] *Supra itinere* Antiochia Alexandriam, Laodiceæ *iuxta* Gabalam *mentio facta est, inter maritimas vrbes* Syriæ Cœles: *hæc vero altera est iuxta* Emesam *ab exortiua parte* Oronti *fluminis, quæ Ptolemæo* καβίωτα λαοδίκεα, *cognominatur.*

Lybon MP. XXXII] *Regium* Libo MP. XXXII. *Blandinianum & Longolianum* Lybo MP. XXXII. *In Notitia Prouinciarum sub dispositione v. s. Ducis Palæstinæ de minore laterculo, Cohors ij. Gratiana* Iehybo: *& in vetusto codice* Iehibo; *& sub dispositione ducis Arabiæ de minore laterculo, Ala ij. Constantiana* Libonæ: *& in vetusto exemplari,* Libone.

Heliopolim MP XXXII] *Ptolemæus* Heliopolim *&* Abilam *adiungit, quemadmodum in hoc apparet Itinerario in Cœle Syriæ, &* Abilam Lysanij *cognominat. Plinius,* Orontem *amnem iuxta* Heliopolim *inter* Libanum, *&* Antilibanum *nasci perhibet. Stephanus duas recensет* Abilas,

las, *vnam ad* Iordanem *fluuium, & alteram* Phœnices, *cuius regionis & alia* Heliopolis *recenſetur.*

Aere MP.XXXII] *Habent Regium, Blandinianum & Longolianum.*

Neue MP.XXX] *Et in hanc lectionem eadem conſentiunt exemplaria.*

Gadara MP.XVI] *Regium* Cadara MP. XX, *cum ſupra* à Capitoliade Gadara MP.XV. *adieciſſet. Blandinianum & Longolianum* Gadata MP.XVI. Pag. 43.

Item à Cæſarea Eleutheropolim MP.LXXVII] *Regium* LXXVIII, *cum numeri manſionum eius exemplaris* LXXVII. MP. *ſummam conficiant. Reliqua* LXXVII. *Hæc eſt Cæſarea Palæſtinæ, de qua ſupra itinere* Antiochia Alexandriam *fit mentio.*

Betaron MP.XXXI] *Habent auferendi caſu eadem exemplaria: & Neapolitanum cum ſuperiore* Antiochia Alexandriam *itinere,* à Cæſarea Betaron XVIII. MP. *deſignentur, &* Betaro Dioſpolim XXII: *tanta numerorum diſcrepantia: qua in re nihil ſtatuere poſſum, cum minime conſtet qua parte lateat error; ac ſatis ducimus exemplarium lectionem cum fide patefacere.*

Eleutheropolim MP.XVIII] *Huius vrbis apud Ammianum mentionem fieri reperio. Nam libro xiiij. ita inquit.* Syriarum eſt Palæſtina, per interualla magna protenta, cultis abundans terris & nitidis: & ciuitates habens quaſdam egregias: nullam nulli cedentem: ſed ſibi viciſſim, velut ad perpendiculum æmulas. Cæ-

saream, quam ad honorem Octauiani principis exædificauit Herodes: & Heleutheropolim,& Neapolim *Theophilus* Eleutheropolis *Episcopus Palæstinæ lectus, quod non ex animi sententia iurauerat, se aliam Ecclesiam non esse susceepturum*, Castabelenorum *Antistes factus est; vt Nicephorus libro viij est auctor, qui libro xij. eam vrbem* Celam *& antea* Celiam *appellatam fuisse vbi* Abacuc *inuentus sit, memorat.*

Item à Damasco Emesam MP. CLII] *Huius summæ numeri in Regio desunt exemplari: cum reliquis eadem constet summa,* CLII. MP. *cum qua numeri mansionum Regij exemplaris congruunt.*

Conna MP. XXXII] *Habent manuscripta & Longolianum.*

Aeliam MP. XXX] *Xiphilinus ex Dione Hadrianum vrbem* Hierosolymam, *quæ euersa fuerat, Coloniam deduxisse: atq; Aeliam Capitolinã appellauisse: at quo in loco templum* Dei *fuerat, alterum* Ioui *exædificandum curauisse. Eadẽ & Cassiodorus in Chronico & D. Hieron. alibi. Ptolemæo in Iudæa aboccidua parte* Iordanis Ἱεροσόλυμα ἡ νῦν καλουμένη Αἰλία καπιτόλια. Pag. 44.

Item à Claudiopoli Ancyram MP CXXX IIII] *Regium* MP. CXXX. *Reliqua* CXXXiiij. *Vertit se Itinerarium à Palæstina in* Galatiã. *Nam hæc* Claudiopolis *Galatiæ videtur esse in* Trognis *Ptolemæo: altera ab ea quæ in* Bithynia *ab eodem constituitur: quæ & Bithynium cognominabatur: Plinio item* Bithynion *cognominatum.*

Huius

Huius Bithyniæ Claudiopolis *fit à Xiphilino ex Dione mentio: cum* Antinoum *eo loci natum memorat: tametsi* Cithynide *pro* Bythinio *perperam in Hadriani vita legitur: Nam Pausanias auctor est* Bithynion *supra* Sangarium *patriam* Antinoi *fuisse: tametsi Bithynia corrupte legitur: quod ex Stephano appcret in voce* Βιθύνιον. *Fuit item duplex* Ancyra, *Phrygiæ altera, cuius supra in hoc Itinerario facta est mentio, & altera à Ptolemæo constituitur in* Tectosagis Galatiæ, *quam* Metropolim *cognominat, quæ Strabonis ætate in* Tectosagis, Castelli *nomine censetur: eiusdem nominis quo vrbs* Ancyra *circa Blayrum* Phrygiæ *oppidum. Plinius itidem duplicis* Ancyræ *meminit: &* Phrygiæ, *&* Galatiæ *nationis* Tectosagum. *In Chalcedonensi Concilio Eusebius* Ancyræ Galatiæ *Episcopus subscripsit.*

Xiphilinus correctus, & Pausanias

Duplex Ancyra.

Cratiam MP.XXIIII] *Regium exemplar auferendi casu* Cratia. *In Blandiniano* Gratia MP.xxiiij. *In Neapolitano desunt omnes huius itineris mansiones. Longolianum* Gratia mpm xxiiij. *&* Gernia xvj. *corrigitur. In Chalcedonensi concilio Genethlius Episcopus* Cratiæ *ciuitatis subscribit.*

carum vicum MP.XXX] *In Regio* carus vicus MP.XXX. *Blandinianum & Longolianum* Garus vicus MP.XXX.

crentius MP.XXXII] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum* Grentius MP.XXXII.

Item à Pesinunte Ancyram MP.XCVIII] *Regium exemplar* Item à Pesinunto Ancyra

MP.

M P. XCVIIIJ. *Blan. & Longolianum.* A Perſinon to M P. XCVIIIJ. *Ptolemæo in* Toliſtobogis *Paphlagoniæ Galatiæ prouinciæ interius ad occidẽtem* πισσινοῦς. *Plinio etiam* Toliſtobogorum Peſinus. *Ammianus libro xxxij.* Per Nicaeam venit ad Gallogræciæ fines; vnde dextrorſus itinere declinato, Peſinunta cõuertit. *Et paulo poſt,* Quidã enim figmẽto Eleæ coelitus lapſo, ἀπὸ τοῦ πεσεῖν, quod cadere nos dicimus, vrbẽ aſſeruere cognominatã. *Idẽ perhibet li. 26.* Peſiminta *olim Phrygiæ prouinciæ fuiſſe, ſua vero ætate eſſe* Galatiæ.

Cermam M P. XVI] *Habent manuſcripta & Longolianum exemplar. Ptolemæo in* Toliſtobogis γέρμα κολώνια. *Eſt & γέρμη vrbs Helleſpontiæ, quæ* ſacra *à Ptolemæo cognominatur: de qua infra.*

Vindiam M P. XXIIII] *Regium* Vinda M P. XXIIIJ. *& infra* Vindiam. *Blandinianum itẽ* Vinda M P. XXIIIJ. *& infra* Vindia: *atq; eodem pacto in Longoliano. Neapolitanum vtraq; manſione* Vinda. *Ptolemæo poſt* Germam, *&* Peſinuntem οὐίνδια.

Papyram M P. XXXII.] *Regium* Papira. M. P. XXXII. *& Neapoli. Blandin. & Neapol.* Papyra. Papyrij *Caſtelli Iſauriæ meminit Marcellinus Comes Ind.* X I. Dinamio, & Siſidio COS.

Item à Tauia Cæſaream vſque M P. CIX.] *In Regio ſummæ numeri deſunt: & in reliquis apponuntur: conſtante numerorum manſionum ſumma. Strabo in Galatia* Tauium Emporium: *& Plinius in Galatia* Tauium Trogmorum *recenſet:*

set: & item Ptolemæo in Trogmis Galatiæ ταβιον, *Stephano in dictione* ἄγκυρα, τὴν ὑ Ταυίαν, ἀπὸ τοῦ ἑτέρου ἀρχοντος. *In Niceno Concilio Dicæsius* Tauiensis *Episcopus Galatiæ prouinciæ subscripsit.*

Therma M. P. XVIIII] *Regium* Terma. MP. XVIII. *Blandinianum* Therma MP XIX. *Neapolitanum* Therma mp XVIII. *Longolianum* Therma mpm. XIX. & XVIII. *corrigitur.*

Saccœna MP. XXXII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Sacõna MP XXXII. *Neapolitanum* Sacomiá M. P. XXXII. *Longolianum* Sacona mpm xxxij.

Ochras MP. XVI] *Regium* Acras MP. XVI: *& reliqua* Ochras MP. XVI.

Cæsaream MP. XXIIII] *Regium* MP. XXIII: *& reliqua* XXIIII. *quibus summa* MP. CVIIII. *conficitur. Plinij videtur esse* Pisidarum Solymorum *colonia* Cæsarea: *eadem* Antiochia: *& Stephano* Antiochia Pisidiæ.

Item à Dorilæo] *Regium* Adorilao: *&* MP. CXII. *pro* CXLI. *Reliqua* Dorilao: & CXLI: *sed Longolianum* CLI. *corrigit. Strabo Phrygiæ Epicteti* δορύλαιον *vrbem attribuit. Ptolemæo inter Magnæ Phrygiæ vrbes* δορυλλέιον. *Stephano* Δορυλάειον, πόλις Φρυγίας, ὁ χ δορύλαιον Δημοσθένης φησὶ.

Arcelaio MP. XXX] *Vno consensu legitur in manuscriptis, & Longoliano exemplaribus. Ptolemæo in Præfectura Garsauriæ Cappadociæ prouinciæ* ἀρχελαΐς: *quæ mihi nihil ad hanc Antonini mansionem pertinere videtur: cum hoc itinere ab Dorilæo*

læo Phrygiæ vrbe Ancyram vſq; Germa *& Vindia Galatiæ oppida recenſeantur.*

Vindiam MP.XXXII] *Habent manuſcripta & Longolianum exemplar: cum eadem vno conſenſu ſupra à Germa Vindiam* XXIII. MP. *conſtituant, & vtroq; itinere ſuarum manſionum ſumma conſtent.*

Bolelaſgum MP. XXIIII] *Habet Regium exemplar. Blan. & Lon.* Bolegalgus MP.XXII. *Neapolitanum* Bolegaſgus MP.XXIIII.

Sarmalium MP.XXIIII] *In hanc lectionem eadem exemplaria conueniunt. In* Tectoſagis *Galatiæ prouinciæ, quorum Ptolemæus* Ancyram *metropolim conſtituit, ab eodem inter vrbes eorum* σαρμαλία *recenſetur.*

Eubrodim MP.XX] *Regium exemplar* Eubrogis, *& reliqua* Ecobrogis MP.XX.

Corniaſpa MP.XXI] *Habent eadem, Neapolitano excepto, in quo* MP.XXXI. *legitur.*

Pardoſena MP.XXV] *Habet Regium exemplar: cum reliqua* Portoſena *edant.*

Agriane MP. XX] *Regium* MP.XXV: *& reliqua* MP.XX. *quo numero ſummæ ratio conſtat.*

Pag. 45. Simos MP. XXX] *Habet Regium exemplar, Blandinianum* Sinos *Neapolitanum* Simos. *Longolianum* Synos.

Sebaſtiam vſq; MP CLXVI] *Regium* CXLVI: *& reliqua* CLXVI.

Daranon MP.XXIIII] *Habet Blandinianum exemplar: & in Regio deeſt hæc manſio, quã ideo aſteriſcis ſignauimus. Neapolitanum* Dorano MP.XV. *Longol.* Darano MP.XXXI. *&* XXIIII. *corrigitur.*

Sebaſto-

Sebaſtopolim MP. XL] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum. Neapolitanum* Saraſcopolim MP. XXIII. *Ptolemæo iuxta fontes* Lyci *amnis* Sebaſtopolis, *& altera eiuſdē nominis in eadem* Cappadocia *in mediterraneis* Ponti Galatiæ. *Plinio, vt ſupra retulimus, in* Calopena Cappadociæ *regione* Sebaſtia *&* Sebaſtopolis, *& Caſtellum* Sebaſtopolis *ad* Abſilarum *gentem.*

Viriſam MP.XXIIII] *Regium* Viriſa MP.XXXIII. *& idem exemplar infra* Veriſa MP. XXIIII *ab eadem Sebaſtopoli: vt haud dubio ſit legendum* MP.XXIIIJ. *qui numerus rectè ſummam* MP.CLXVI. *conficit. Blandinianum* Veriſa MP.XXIIIJ. *Neapolitanum* Veriſa MPM.XXIJ. *& Longolianum* Veriſa mpm xxiiij. *&* Viriſa *corrigitur.*

Phiaraſi MP.XII] *Manuſcripta & Longolianum habent exemplar: cum eadem infra à* Viriſa XIJ MP. Siara *adiungant: vt vtra dictio ſit perferenda non videam; in tanto exemplarium conſenſu primo vnius itineris, ac poſt modum alterius. Forte* Phiara *legendum ex Ptolemæi φιάρα in Præfectura* Sargaraufena *Cappadociæ prouinciæ*

Item ab Ancyra per Nyſſam MP CXCVIII] *Regium* CXCVIII. *cum in eo exemplari manſionum numeri ſummam* MP. CXCVIII. *conficiant. Blandinianum & Longolianum* CXCVII: *In Neapolitano* XXviij.

Gorbeum MP. XXIIII] Gorbeus *habet Regium exemplar. Blandinianum & Neapolitanū*

Grorbeus

Grorbeus MP.XXIIII *atque item Long sed in hoc* Corbeus *corrigitur. Supra pagina* XXXI. *itinere* Nicomedia Antiochiam *hac mãsio* Corbeneunca *nominatur: &* Corbentis *Ptolemæi in Tectosagis Galatiæ mentionem fecimus. Illud etiam aduertendum eo loco ab Ancyra* MP XX *designari, cum hoc itinere* XXIIII *apponatur: neq; dubium sit eandem esse mansionem: cum tres itidem eam hoc Itinerario sequantur, atque in illor: nempe* Rosologiacum, *quod* Orsologiacum *omnia hoc loco cognominant exemplaria, &* Asponæ: *&* Parnassus: *tam discrepantibus numeris, vt librariorũ stupor atq; inertia, nõ coarguatur modo, sed identidem indicetur.*

Nyssam MP. XXIV] *Strabo lib. 14.* Nyssam *iuxta Tralleis statuit: &* Nyssam *ad mediterranea pertinere. Plinio item* Nyssa, *&* Trallis: *& Ptolemæo inter vrbes* Lydiæ, *&* Maeoniæ, *iuxta* Trapezopolim, Aphrodisium, *&* Trallis, *&* Magnesiam *ad* Meandrum *conlocatur. Nicephorus Callistus Cappadocia attribuit, & Gregorij eius ciuitatis Episcopi celebris fama, & insignia vigent monumenta.*

Gregorius Nyssæus.

Osianam M.P. XXXII.] *Regium* Asiana MP.XXXII. *& reliqua* Osiana MP. XXXII.

Saccasena MP. XXVIII.] *Habet Regiũ exemplar. Neapolitanum item* Saccasena *sed* MP. XXXIII. *Blandinianum, & Longolianum* Siccasena MP XXVIII. *& hoc* Accasena *corrigit: &* mp.XXXIII.

Item à Cæsarea Satalam MP. CCCXX.***] *Regium exemplar habet: sed quod neq; mansionu*

mu

numeris eius exemplaris summa respondeat. neq; ad aliorum summas numeri congruant, asteriscus signauimus: & numeros Regij exemplaris adponemus mansionibus: & reliquos indicabimus: quod plures mansiones repetantur, quæ paginis XXXVII. *&* XXXVIII. *sunt conlocatæ, numeris minime, vt oportebat, congruentibus.*

Eulepam MP. XVI] *Habet Regium exemplar, cum postea* Eulapa *Cæsaream in eo* mpm XXVI. *designentur. Blandinianum* XVI. *quod facili lapsu ex* XVI. *corrumpitur. Neapolitanum* MP. XVI. *Longolianum* XIII: *&* XVI *corrigitur.*

Marandara MP. XXVIII] *Habent manuscripta & Longolianum: cum supra itinere sebastia Cocuson per Cæsaream* Malandara *præferant.*

Scanatus MP. XXXVIII] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Scanatus MP. XXXVIII. *Neapolitanum* Sanatus mpm XXXIX. *Longolianum* Scanatus MP. XXXIX. *&* Sanatus MP. XXXVIIJ. *corrigitur.*

Zaram MP. XXVII] *Regium exemplar* Zara MP. XXVII. *Blandinianum* Zara MP. XVIIJ. *& Neapolitanum* Zaro mpm XVIIJ. *Longolianū* Zara mpm XVIIJ. *&* Zaro *corrigitur Supra pagina* XXXIX. *eius mansionis fit mentio, cui exemplaria eo loco* Saræ *nomen indiderant.*

Dracontes MP. XXVI] *Habet Regium exemplar, & Neapolitanum. Blandinianum* Dracōtes MP. XXVIJ *& Longolianum: sed hoc* XXVJ. *corrigitur: & supra pagina* XXXVIIIJ. Cotoedariza ad Dracones XXVI. MP. *designantur.* Pag 46.

Azam MP. XXIIII] *Regium* Aia MP. X-

XIIII. *& reliqua* Haia MP. XXIIII. *& supra ex eisdem exemplaribus, & Plinij, & Ptolemæi auctoritate eruimus* Azam *legendum esse: vt hic locus inter complures alios manifestè indicet inertiam librariorum.*

Item à Satala Melitenem] *Regium* CCCXXIII. *cum eius exemplaris mansionum numeri* MP. CCCXLI. *conficiant. Blandinianum* MP. CCCXLII. *Neapolitani & Longoliani summa rectè* CCCXLI. *cum Regij exemplaris numeris mansionum conueniunt: per ripam vero* Euphratis, *iter hoc peragitur: & ab vrbe* Satala Mœoniæ, *ex confinijs* Mysiæ, Lydiæ, & Phrygiæ, Samosata Syriæ *vrbem ad* Euphratem *sitam deducitur.*

Suissam MP. XVII.] *Regium* Suisa MP. XVII. *atque item reliqua: sed postea itinere à Nicopoli Satalam* Soissam *præferunt. In Notitia Prouinciarum sub dispositione Ducis Armeniæ de minore latercul o Ala prima Vlpia Dacorum* Suissæ. *Manuscriptum etiam* Suissa.

Arauracos MP. XXVIII.] *Regium habet exemplar. Blandinianum* Arasaucos *& infra* Arauracos. MP: XXVIII. *& Neapolitanum Longolianum* Asaraucos mpm. XXVIII. *In Notitia Prouinciarum sub dispositione Ducis Armeniæ de minore latercul o cohors Milliaria Bosporiana* Aurauracæ *s. Cod.* Arauraca.

Carsagim M. P. XXIV] Carsagis *habet Regium exemplar: & reliqua* Sarsagis MP XXIV.

Sineruas MP. XXVIII.] *in hanc lectionem mire conueniunt manuscripta, & Long. exemplar.*

Analibam MP. XXVIII.] *Regium* Aneli-

ba

ba MP.XXVIII. *& reliqua* Analiba MP. XXVIII. *Ptolemaeo iuxta mõtana regionis Euphratensis* ἀναλίβα. *In Notitia prouinciarum sub dispositione eiusdem Ducis Armeniæ Cohors 4. Rhetorum* Analibæ *& in eodem vetusto exemplari* Analiba.

Zimaram MP.XVI]*Manuscripta, & Longolianum* Zimara MP.XVI. *Plinius de Euphrate,* Domitius Corbulo in monte Aba, Licinius Mutianus sub radicibus montis, quem Capothen appellant, supra Zimiram XII. MP *& paulò post:* Dascusa abest à Zimira LXXV. MP. Zimiram *enim & Zimira Toletanum Plinij exẽplar, & tria alia peruetusta, quæ in Bibliotheca Cœnobij* Aulæ Dei *asseruantur, habent. Neque aliter apud Ptolemæum inter vrbes, quæ ad Euphratem fluuium sunt:* Zimara *enim habet: quod Pintianus noster, aut non animaduertit, aut fortè neglexit. Nam qui in Plinio* Simyram, *ex* Zimira *emendauit, Stephani auctoritate motus videtur.* σίμυρα, *inquit,* πόλις συρίας. Εφορος δὲ σίμυρα οὐδετέρως αὐτὴν φησι: *sed satis docemur Plinij & Antonini vetustis exemplaribus, & Ptolemæi auctoritate* Zimiram *non* Simyram *legi in Plinij Geographia oportere.* *Plinij lectio cõtra Pintianũ asserta.*

Teucilam MP.XVI.]*Regium* Theycira *habet. Blandinianum & Longolianum* Teucila MP.XVI. *Neapolitanum* Leutila MP.XVI.

Sabus MP.XXVIII.]*Habent Regium, & Neapolitanum exemplar. Blandinianum* Sabus M. P.XXIX. *& Longolianum: Sed in hoc* Sabus MP.XXVIII. *corrigitur.*

Daſcuſam MP.XVI] Daſcuſa MP.XXV. *Habent manuſcripta, & Longolianum exemplar. Supra Plinij auctoritate explicauimus* Daſcuſam *à Zimita* lxxv. MP *diſtare: & hoc Itinerario* MP: LXXVI. *interſunt. Ergo apud Ptolemæum inter vrbes ad Euphratem ſitas iuxta* Zimaram *male* δασκθτα *pro* δασκθσα *leges. In Notitia Prouinciarum ſub diſpoſitione eiuſdem ducis Armeniæ de minore laterculo Ala Auriana* Daſcuſæ. *Vetuſtum exemplar* Daſcuſa.

Ptolemæi correctio.

Ciacam MP XXXII] *Habet Regium exemplar. Reliqua* Chiaca MP.XXXII. *Forte ea eſt, quæ à Ptolemæo in* Melitene *regione ad Euphratem* κιακὶς *vocatur: quare præferenda videtur Regij exemplaris lectio, vt* Ciacam, *non* Chiacam *adponamus.*

Miaſena MP.XII] *Habet Regium exemplar & infra idem exemplar à Melitene* Meſſena *totidem* XII MP. *Blandinianum hoc loco* Miaſena MP. XI. *& infra à Melitene* Meſena MP. XII. *Neapolitanum* Maiſena MP. xij. *Longolianum* Miaſena mpm xi. *&* Maiſena MPM.XII. *corrigit.*

Lacotenam MP.XXVIII] *Regium* Lacotina MP.XXVIII. *& infra itinere Melitene Samoſata* Tacoten. *Reliqua* Hacotina MP.XXVIIJ: *& poſtea* Lacotena. *Ammianus Marcellinus libro xxi. A Cappadocia ipſe per* Melitenam *minoris Armeniæ oppidum, &* Lacotena, *&* Samoſata, *tranſmiſſo Euphrate Aedeſſam venit.*

Perre MP.XXVI] *Habetur in manuſcriptis, & Longolano: & infra in eiſdem* Perre.

Item

Item à Cæsarea Melitenem . MP.CCXLII] *Regium* MP.CCXXII: *cum eius exemplaris singulares mansionum numeri summam conficiant* MP.CCXLII. *Reliqua* MP CCXXVIII. *minime congruentibus singularibus numeris cum ea summa.*

Comana MP.XVI] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Neapolitanum* MP. XXVj. *Longolianum* MP.XXVII.

Siricim MP.XXIIII]Siricis *habent manuscripta exemplaria. Longolianum* Syricis.

Arabissum MP XII] *Regium exemplar* Arabiso MP.XII. *& reliqua* Arabisso MP.xij.

Osdora MP.XXVIII] *Habet Regium exemplar: & in reliquis* Osdara MP.XXIX *& supra in Regio* Osdara.

Dandexena MP.XXIIII] *Regium* Dadexena MP.XXIIII. *cum supra* Dandanixa *in eo exemplari legatur: & infra* Dandexena. *Blandinianum hoc loco* Dandexena *habet, & item Neapolitanum.*

Arcas MP.XXIII] *Habent manuscripta, & Longolianum: cum supra Arcu Dandaxina* MP.Xxiiij *signentur: & à Melitene Arcas* MP.XXVI. *& hoc itinere* MP.XXviij. *tribuuntur; adeo sibi non constant librarij.*

Anazarbum MP.CCXII] *In Regio* CLXXviiij *Blandinianum* CCXI: *cum mansionum eius exemplaris numeri* MP.CCXII. *conficiant. Neapolitanum, & Longolianum Blandiniam lectionem praferunt: quam, quòd in Regio adeo sit depravata, asteriscis signandam visum est.* Pag. 47.

Artaxata MP.XXIIII] *Regium* Araxaxa

MP. CLXXVIIII *itineris totius ſummam repetens: atq; ideo numerum manſionis ſignauimus. Reliqua vero exemplaria* Areaxata MP. XXIIII. *præferunt: & quod ſuperiore itinere quatuor mãſionibus continuis, quæ hoc itinere repetuntur, in eodem Regio Cæſarea* Artaxata MP. XXIIII. *ſignentur,* Artaxata *legimus, tametſi apud Ptolemæum in Murianis præfecturæ Armeniæ oppidis, idem nomen quod Regium obſeruat exemplar, permaneat,* ἀρασάξα.

Coduzalaba MP. XXIIII] *In Regio hæc mãſio deeſt: quam ideo aſteriſcis ſignamus; quod reliqua præferant exemplaria. qui libri etiam* Coduzabala.

Laranda MP. XVIII] *Regium exemplar* Larando MP XVIII. *Et item Neapolitanum & Longolianum: ſed in hoc* Laranda *corrigitur. Blandinianum* Laranda MP. XVIII. *Strabo Antipatri Derbenſis piratæ oppida fuiſſe* Laranda *& Iſaura memorat. Ptolemæo in præfectura Ciliciæ contributa Cappadociæ* λάρανδα. *Stephanus* λάρανδα πόλις Λυκαονίας. *Ammianus libro xiiij. de Iſauris agens, qui in Lycaoniam Iſauriæ adnexam hoſtilem in modum graſſantes ſe cõtulerant,* Venere, *inquit,* prope oppidum Laranda. *In Concilio Nicæno Paulus* Larandenſis *Epiſcopus Iſauriæ prouinciæ ſubſcribit: & Euſebius Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ lib. vi. cap. xx.* Larandis *Euelpim præpoſitum fuiſſe memorat.*

Flauiada MP. XXII] *Habent manuſcriptæ, & Longolianum. Ptolemæo in Characine regione Ciliciæ*

Ciliciæ prouinciæ φλαυιόπολις. *Nicephorus Callistus libro xiiij.* Ex Episcopatu autem Flauiadis, quæ sub Anazarbes metropoli est, Nicephorus Phocas Episcopum eius Eustratium trãsferens, Antiochiæ Patriarcham fecit: cum quidem Episcopatum tum ab Anazarbe diuulsum Patriarchatui Antiocheno *vniuisset.*

Anazarbum MP. XVIII] *Plinius, cum finem antiquum Ciliciæ* Melam *omnem constituisset.* intus autem, *inquit*, dicendi Anazarbeni, qui nunc Cæsarauguſtani: *tametsi vetusta exemplaria*, qui nunc Cæsarea Augusta *habent, quem locum vti corruptum expendendum arbitror, forte item legendum erat* ἀναζάρβαι, qui nunc Diocæsarea, Augustani Castabla: *nam Ptolemæus in Bryclice Ciliciæ prouinciæ*, Augustam *vrbem, post mediterraneas Ciliciæ Selinitidis regionis recẽset. Suidas* Diocæsaream *in Cilicia dictã: & à conditore* Azarba *nuncupatam: quod itidem perhibet Stephanus. Ptolemæi igitur* Diocæsarea *erit* Anazarbas, *in* Selinitide *Ciliciæ prouinciæ mediterranea regione: ac mirum est non adiecisse* Anazarbam *nuncupatam: cum statim* Cæsaream *recenseat, quæ apud* Anazarbum *esset: cum* Anazarbi *mentio facta non sit. Ammianus libro xiiij.* Et Anazarbus, *inquit*, auctoris vocabulum referens. *Plinij locus expensus.*

Cocusum MP. CCVI] *In Regio* CLXVI: *qui numerus non summæ itineris, sed primæ mansioni attribuitur, vt duplex erratum sit:*

& reliqua CCVI. *cuius summæ ratio apparet.*

Item à Nicopoli Arabisson MP. CCXXVI] *Regium in summa numerorum itineris huius* XXVI. *tantum retinuit: &* CC *desunt. In reliquis* CCXXVI: *& summæ ratio constat. Supra pagina* XXXVIII. *itinere ab* Arabisso *per compendium* Satalam, *mentio huius* Nicopolis *celebris vrbis*, Armeniæ minoris *facta est.*

Sebastiam MP. XXIIII] *Regium* mille
Pag. 48. passuum XXIII: *& reliqua* MP. XXIIII.

Comana MP. XXIII] *Regium* XVIIJ: *& reliqua habent* MP. XXIIIJ. *& supra* Coduzalabis Comana MP XXIIII.

Ptandari MP. XXIIII] *Hæc mansio in Regio deest exemplari: quæ habetur in reliquis.*

Cæsaream vsque MP. CCXVII] *Regium* CCVII: *& reliqua* CCXVII: *cum tamen numeri conficiant summam* CCXVI: *neq; tamen id corrigitur, quòd alibi subesse possit error: in tanto exemplarium consensu. quæ* CCXVII. *præferunt.*

Verisam MP. XXIIII] *Habent manuscripta, & Longolianum: cum supra eadem* Virisam *prætulerint.*

Siaram MP. XII] *Habent Regium, & Blandinianum exemplar: cum supra omnia* Fiarasi *præferant. Neapolitanum* Siriara MP. XXII. *Longolianum* Siara MP. XII: *&* XXII. *corrigit.*

Sebastia MP. XXXVI] *Regium* MP. VI. *manifesto errore. Blandinianum* MP. XXXIIJ. *Neapolitanum* MP. XXXVI, *& Longolianum* XXXIIJ: *& corrigitur* XXXVI *quam veram lectionem arbitror: supra enim* Fiarasi Sebastiam MP. XXXVI. *constituuntur.*

Scana-

Scanatus M P. XXVIII] *Regium* M P XVIII. *Blandinianum* Scariatus M P. XXVIIJ. *Neapolitanum* Scanatus M P XXVIIJ.

Maiandara M P. XXXVIII] *Regium* Maiandara M P. XXXVIIJ. *& item Blandinianum. Neapolitanum* Maiandera M P. XXXVIIJ. *Longolianum* Maiandara M P. XXXIX: *&* XXXVIIJ. *corrigitur. Sed eadem supra,* Malandara, *&* Marandara *prætulere.*

Arabissον M P. XXIIII] *Habent manuscripta exemplaria miro librariorum stupore, & inertia: qui hac ipsa pagina* Ptandari Arabissον XXIJ. M P. *&* XXIIIJ. M P. *&* XIJ. M P. *præferant.*

Item à Cocuso Melitenem M P. CXLII] *Regium* M P. CXL. *Blandinianum* M P. CXLII: *cum tamen summam conficiant mansiones eius exemplaris numeri* CLIJ. *Neapolitanum* CLIIJ. *Longolianum* CXLIJ. *& corrigitur* CLIIJ.

Arabissον M P XII] *Habet Regium exemplar: quo numero summa huius itineris fiet* CXLIJ. M P. *Reliqua* XXIJ: *& fiet* CLIJ

Asdaram M P. XXVIII] Asdara *habent manuscripta & Longolianum: cum supra* Osdara, *&* Osdora *præferant.*

Dandexena M P. XXIIII] *Regium habet exemplar: cum supra* Dandanixa *&* Dandexena *præferat. Hoc tamen loco Blandinianum & Longolianum* Dandecenea M P. XXIIII. *habent: & hoc* Dandecena *corrigitur. Neapolitanum item* Dandecena M P. XXIIIJ.

Item à Melitene Samosata M P. XCI] *Supra quattuor ea mansiones* à Melitene Samosata

exponuntur eodem ordine, itinere A Satala Melitenem *per ripam Danubij Samosata vsq;, vt supernacaneum iter videri posſit, nisi eo significetur à Proconsule Samosatis eo itinere statiuis esse permanendum. Discrepant tamen exemplaria; nam quæ hic* Massena *Regio exemplari vocatur, & alijs exemplaribus* Mesena, Miasena *illo itinere nuncupatur: & quæ* Tacoten *Regio exemplari hoc itinere, & alijs* Lacotena, *illo itinere* Lacotina, & Lacotena *legitur: & ab ea ad* Perre *mansionem* MP.XXVI. *assignentur, quemadmodum hoc itinere in Regio legitur exemplari, non* MP.XXVII. *vt reliqua præferunt exemplaria.*

Pag.49. Olotœdarizam MP.XXIIII] *Habet Regium exemplar: & Blandinianum* Olotœdariza MP.XXiiij. *Neapolitanum* Oletœdariza MP.XXiiij *Longolianum* Olotho Edariza MP.XXiiij: *quod in mansionis nomine toties repetito admonere libuit: præsertim cum in Notitia Prouinciarum sub dispositione Ducis Armeniæ in Ponto, Præfecturæ Legionis primæ Ponticæ Ala Rizena, & Ala* Daleariza *recenseantur: quod secius in excusis legitur: vt forte* Alam Daleatiza *legendum esset, in hoc Itinerario: quod* Alarum stationes *in eo itidem recenseantur, vt infra adparet.*

Locus expendendus in Antonino.

Carsat MP.XXIIII] *Regium* Carsai MP. XXiiij. *& reliqua* Carsat MP.XXiiij. *neq; si quid ad hanc mansionem pertineat Ptolemæi χάραξ inter montana Armeniæ minoris, in quibus* Satala *recensetur, affirmare ausim.*

Suissam MP.XXIIII] *Regium* Soissa MP. XXviij: *cum reliqua* Soissa MP.XXIIII. *præferant.*

ferant Suiſſæ *ſupra præfertur nomen.*

Satalam MP. XXVI] *Habent manuſcripta, & Longol: Regio dempto quod* MP. XXVIJ *habet.*

Item à Trapezunte Satalam MP. CXXV] *Regium* Item à Trapezunta Satala MP. CXXX *Blandinianum.* Item à Trapezunta Satalam MP. CXXXIJ. *cum manſionum eius exemplaris numeri ſummam conficiant* MP. CXXXV: *facili librariorum lapſu ex* II. V. *tranſcribendi, & ex* V. II. *Neap.* CXXXV. *& Longol.* CXXXIJ *&* CXXXV. *corrigit. Plinio* Trapezus, in Themiſcyrenæ regionis populis, oppidum liberum, vaſto monte clauſum: vltra quod gens Armenochalybes, & Maior Armenia XXX. MP. diſtans. *Ita enim in vetuſtis legimus ſummo conſenſu exemplaribus; & in ora ante* Trapezunta *flumen* Pyxites. *Ptolemæo inter vrbes Ponti Cappadocia. Tacitus lib xix.* Trapezuntem vetuſtam admodum ciuitatẽ, à Græcis in extremo Ponticæ oræ conditam ſubitus irrupit. *Stephanus* Sinopenſium *coloniam eſſe perhibet.* *Trapezus.*

Ab Vicenſimum MP. XX] *Habet Regium exemplar. Longolianum* Vinceſimum.

Ziganam MP. XXXII] *Regium* Zigana MP. XXII: *& reliqua* MP. XXXIJ. *In Notitia Prouinciarum, ſub dipoſitione Ducis Armeniæ de minore laterculo Cohors ij Valentiana* Ziganne.

Thiam MP. XXIIII] *Regium* Tiga MP. XXIIIJ *& reliqua* Thia mp. XXIIIJ. *In Notitia ſub eodem Duce Ala prima Felix Theodoſiana* Pithiæ: *& in vetuſto item exemplari: vt nihil ſit aſſerendum, an ad hanc pertineat manſionem.*

Sedis

Sedis Scapi Fonti MP. XVII] *Regium* Sedis Scapi Fonti MP.xviij *Blandinianum* Sediſſa ſiponti MP.xvij : *& reliqua* Sediſſa ſiponti MP.xvij.

Damanam MP.XXIIII] Domana MP. xxiiij. *Habent manuſcripta exemplaria; & item Longolianum: ſed* Pomana *corrigitur. Ptolemæo item iuxta Satalam* δόμανα. *In Notitia, ſub diſpoſitione eiuſdem Armeniæ ducis, Equites Sagittarij* Domanæ.

Satalam MP.XVIII] *Regium* MP.XXviij: *& item Neapolitanum, & Blandinianum* MP.XViij. *atq; item Longolianum, ſed* XXviij. *corrigitur.*

Item per Ripam Viminacio Nicomediam XII.MP.LXXII] *Habet Regium exemplar Blandinianum* MPM.I.Mille CXXXI. *Neapolitanum* mpm CCXXXII *Longolianum* MPM.MCXXXI: *&* MCCXXXij. *corrigitur: Sed cum illæ notæ* xij. *Regij exemplaris à librarijs non intelligerentur, quæ,* bis & decies centena MP. *ſignificant, quemadmodum in vetuſtis exemplaribus manifeſte appareat, numeri minime legitimi ſunt adpoſiti. Peractis igitur & confectis itineribus prouinciarum* Syriæ, Armeniæ, Cappadociæ, & Ponti, *quæ à Procoſ. obiri conſueuerant, in Myſiam ſuperiorem tranſgreditur, vt eam cum* Scytia, Thraciam *poſt modum deflectens, patefaciat, ac rurſus* Nicomediæ *ſiſtat: à* Viminacio *initium ſumens : cuius ſupra in itinere* Sirmio Nicomediam *mentio facta eſt. Celebre enim adparet fuiſſe oppidum ad Danubij ripas ſitum. Nam ſupra ex Ptolemæo, in ea vrbe Legionem conſtitutam indicauimus, & ex Notitia*

Viminacium.

Prouin-

Prouinciarum, sub dispositione Ducis Mœsiæ *primæ, Præfectura Classis Istriæ eo collocata est: & cuneus præterea Equitum promotorum: & præfectura legionis vij. Claudiæ.*

Cuppas MP. XXIIII] *Manuscripta & Longolianum* Cuppæ MP. XXIIII. *Huius mansionis in Notitia Prouinciarum fit mentio, sub dispositione eiusdem Ducis Mœsiæ primæ. Nam cuneus Equitum Dalmatarum recensetur* Cuppis.

Nouas MP. XXIIII] *Binarum* Nouarum *fit hoc itinere & in eadem Notitia prouinciarum, sub dispositione eiusdem ducis mentio, huius Mansionis, quæ nullo cognomento censetur, & alterius eiusdem nominis cognomẽto* Leg: I. Ital: *cuius hoc itinere mansio conlocatur. De hac mansione in Notitia* Auxiliares, *inquit*, Nouenses ad Nouas: *& Præfecturæ militum exploratorum* Nouis. *Ptolemæo* νοβαι *inter vrbes ad Danubium sitas, vt mihi verisimile sit* Nouas legionis primæ Italicæ *subindicari. Iornandis in rerum Geticarum libro cap. xviij.* Post cuius, *inquit*, decessum Cniua exercitum diuidens in duas partes, nonnullos ad vastandam Mœsiam dirigit: sciens eam, negligentibus Principibus, defensoribus destitutam. Ipse vero cum LXX millibus ad Eustesium id est Nouas conscendit.

Talia MP. XII] *Regium* MP. XXII: *& reliqua* MP XII. *Forte ea est mansio, quæ in Notitia Prouinciarum, sub dispositione Ducis Mœsiæ primæ recensetur. Nam inter auxiliares auxilium numeratur* Taliatense Taliata: *& inter Legiones, Præfectus militum exploratorum* Taliatæ.

Aegetam

Aegetam MP.XXI] *Regium* Egeta MP.XXI: *& reliqua* Ageta MP.XXI. *Sub dispositione Ducis Daciæ Ripensis in Notitia Prouinciarum, cuneus Equitum scutariorum* Aegetæ: *& inter legiones, Præfectura Leg. xiij. Gem.* Aegetæ, *& præfectura classis Istricæ* Agetæ. *In vetusto exemplari Notitiæ &* Egete *&* Agete *legitur.*

Aquas MP.XVI] *Regium* Equis MP.XVI. *& reliqua* Aquis.

Dorticon MP.X] *Ptolemæo inter mediterraneas vrbes ad Danubium sitas* δορτικόν. *Et sub dispositione Ducis Daciæ Ripensis cuneus Equitum Dalmatarum Diuicensium* Dortico.

Bononiam MP.XVII] *Regium* Bononia MP.XViij *& reliqua* xvij. *Ammianus libro xxxi.* Dum hæc aguntur in Thracijs, Gratianus docto litteris patruo, qua industria superauerit Alemannos, pedestri itinere præmissis impedimentis & sarcinis, ipse cum expeditiore militum manu permeato Danubio, delatus Bononiam, Sirmium introijt. *Et libro xxv.* Bononiam à Sirmio disparatam xviiij. MP. *asserunt. Et sub dispositione Ducis Daciæ Ripensis in Notitia prouinciarum, cuneus Equitum Dalmatarum Forentium (ita enim in vetusto legitur exemplari)* Bononiæ: *& pluries fit eius mentio sub dispositione Ducis prouinciæ Pannoniæ secundæ Ripariensis, siue Sauiæ.*

Ratiariam LEG.XIIII. Gemina MP.XVIII] *Regium exemplar* Ratiaria MP. XIIII. G. milia MP.XVIIJ. *pro* Ratiaria LEG. xiiij. gemina

mina MP.XVIIJ *in ea prætereanota* GG. *Geminam in hoc Itinerario significat. Blandinianum* Ratiaria Leg.XIIIJ. MP.XVIIJ, *Ptolemæo iuxta Dorticon* ῥατιαρία μυσῶν. *Et in Notitia prouinciarū sub dispositione Ducis Daciæ Ripensis inter Legiones, Præfecturæ Legionis* XIIJ. Geminæ Ratiariæ: *vt in alterutro erratum sit in numero legionis* XIIJ, *aut* XIIIJ. *Et præfecturæ Classis* Ratiarienſis.

Almum MP.XVIII] Almo MP.XVIII *habent manuscripta exemplaria, & Longolianilibri. Eutropius de Probo Imperatore* Opere, *inquit* militari Almum montem apud Sirmium, & Aureum apud Mœsiam superiorem vineis conseuit, & prouincialibus colendas dedit. *Vt oppidi vtrumq; nomen sit; vt supra de* Aureo mónte *admonuimus in pag.* XXIX. *In Notitia sub eodem duce Daciæ Ripensis, cuneus Equitum Stablesiacorum* Almo.

Cebrum MP. XVIII] *Regium & Blandinianum* Cebro MP XVIII. *Neapolitanū* Crebro MPXVIII. *Longolianum* Cebro MPXVIIJ. *&* Crebro *corrigitur. In Notitia sub eiusdem Ducis dispositione cuneus Equitum scutariorum* Cebro *recensetur.*

Augustam MPXVIIJ] *Manuscripta & Longolianum* Augustis MP.XVIIJ. *Ptolemæus inter nobiliores Daciæ vrbes* Prætoriæ Augustæ, *&* Augustiæ *meminit, vt* Augustæ *sit legendum. In Notitia sub dispositione eiusdem ducis in peruulgatis libris cuneus Equitum Dalmatarum* Augustæ. *Sed in vetusto exemplari,*

non

non legitur nisi cuneus Equitum Dalmatarum Diuitensium: & reliqua desunt.

Varianam MP.XII] *Manuscripta & Longolianum* Variana MP XII. *In notitia prouinciarum. Sub eodem Duce cuneus Equitum Dalmatatum Varina: & inter Legiones, præfectus Leg. 5. Macedonicæ Variniana.*

Valerianam MP.XII.] *Hæc mansio in Regio exemplari* Variomam *suo ordine consequitur, quæ in reliquis non habetur: vt mihi verisimile sit, eam inscitia librarij irrepsisse: cum in margine libri è regione* Varianæ, Valerianam *pro* Variana *scribi oportere adnotasset, quam nos miniaeis designauimus litteris.*

Antonini locus restitutus. Pag. 50.

Oescon leg Mac. MP.XII.] *Regium* Oesco Leg. Ac. MP.XII. *Blandinianum & Longolianum* Oesceo Leg. MP.XII *Sed Regium exemplar vestigia nobis reliquit*, Mac. *scribendum esse: vt* Legionem Macedonicam *indicari minime dubium sit: quod ex Notitia prouinciarum liquido apparet. Ptolemæus in Daciæ prouinciæ situ Danubij fluminis conuersionem iuxta* δῖσκον *indicauit. Præterea inter vrbes Mysiæ inferioris iuxta Danubium sitas* δῖσκος τριβάλλων *conlocatur. In Notitia Prouinciarum, sub Duce Ripensis Daciæ inter auxiliares copias, auxilium Marienſium* Oesco. *Et inter legionarios Præfecturæ.* Leg. 5. Macedonicæ Oesco, *qui locus satis indicat pro luxata dictione* Ac, *Regij exemplaris* Mac *legendum esse.*

Vton MP.XIIII.] *Regium* Vto MP.XIII. *& reliqua* Vto MP.XIIII. *In Notitia prouinciarum*

ciarum sub Duce Ripensis Daciæ cuneus Equitum Constantinianorum Vto.

Securiscam MP.XII] *Habent manuscripta & Longolianum. in Notitia Prouinciarum sub dispositione Ducis Mœsiæ secundæ, cuneus Equitum scutariorum* Securiscæ. *Procopius de ædificijs Iustiniani cum ad Mysos peruenisset, qui Illyris regionem vicinam obtinebant, post regionem, quam* Burgum *vocabant, Iustinianum* Securiscam *Castellum ædificasse, idq; nouum fecisse perhibet; vt renouatum, & instauratum fuisse intelligi debeat.*

Dimon MP.XII] Dimo MP.XII. *Habent manuscripta exemplaria. Longolianum* Dino MP. XII. *Ea mansio perperam, in Notitia Prouinciarum vt ego arbitror, appellatur* Duno. *Nam post cuneum Equitum scutariorum Securiscæ, statim subdit cuneus Equitum* Solentium Duno. *In vulgatis* Solensium Duno *legitur.*

Nouas LEG.I.Ital.MP.XVII] *Regium habet exemplar cum numero* XVI *Blandinianum* Nouas Legihal MP.XVII. *Neapolitanum* Notus legihal MP.XVII. *Longolianum* Nonas legihal MPM.XVII. *&* Notus *corrigitur. Satis supra constitit ex hoc Itinerario, & prouinciarum Notitia duplicem esse mansionem* Nouarum *nomine: & hanc* leg I. Italicæ *cognomento à prima mansione distingui. In eadem Notitia sub dispositione Ducis Mœsiæ secundæ inter legionarios Riparienses Præfecturæ legionis primæ Italicæ* Nouis. *Et continuo, Præfecturæ Ripæ* legionis primæ Italicæ *cohortis v. pedaturæ superioris* Nouis. *Nouæ duæ*

Scaidauam MP.XVIII] *Regium & reli-*

qua exemplaria Scaidaua MP.XVIII. Sucidauæ: *alterius mansionis infra fiet mentio.*

Traimammion MP.VII]*Regium* Trimãmio MP. VII. *Blandinianum* Triamanmio MP.VII.*Neapol.* Triammanuo mpm VII. *& Lon.* Triamamnio mpm VII. *Ptolemæo iuxta Danubium in Mysia prouincia* τριμμάνιον. *In Notitiæ prouinciarum inter auxiliares Ducis Mœsiæ secundæ Milites Constantini* Trimammio.

Ex Antapristin MP.VII] *Regium* Sexantapristis MP.VII. *Blandinianum* Sexanta pristis MP XII. *Neapolitanum* Sexan prisos MP.XII. *Longolianum* Sexanta pistis mpm XII: *&* prisos *corrigitur*, *pro* pristis. *Sed Græca compositione nomen ducendum videtur: quod vetustis exemplaribus admonemur Itinerarij. In Notitia Prouinciarum sub Duce Mœsiæ secundæ, cuneus equitum Armigerorum* Sexaginta pristæ: *& inter legionarios Riparienses eiusdem Ducis, Præfectus Ripæ Leg. 1. Italicæ, Cohortis v. peditaræ inferioris* LX. prista. *Hoc mihi persuadeo, quod in Nicephori Callisti Historia interpres* ἑξανταπριστὶν *legisse videtur: tametsi, ratus præpositionem* ἐκ, *&* ἐξ, *geminari*, Antapristena *male vertit. Libro enim xiiij.* Ex Apamea, *inquit*, Asiæ Philippus Eudoxiopolim missus est: cui vetus nomen Salambria fuit: Polycarpus ex Antapristena Mysiæ vrbe. *Ab immani piscium ne magnitudine, quos in Danubio gigni Plinius auctor est, vti marionem, quem pro telis boum extrahi memorat; an à nauigiorum numero, & classe nomen inuenerit id oppidum,*

Nicephori locus.

bidum, res videtur explicatu difficilis.

Tigram MP. VIIII] *Manuscripta habent exemplaria, & Longolianum.* Tegra *in Notitia prouinciarum vocatur. Nam* Exantapristi, *&* Appiariæ *adiunguntur, sub Duce Mœsiæ secundæ, cuneus Equitum secundum armigerorum* Tegræ, *& cuneus Equitum scutariorum* Appiariæ.

Appiariam MP. XIII] *Regium* Appiaria MP. XIIII. *Reliqua* MP. XIII. *In Notitia Prouinciarum, inter auxiliares Ducis Mœsiæ secundæ, Milites tertij Nauclarij* Appiariæ *recensentur.*

Transmariscam MP. XVI] *Habent Regium, Blandinianum & Longolianum exemplar. Neapolitanum vero* MP. XVIII. *Ptolemæo iuxta Danubium* τρομαρίσκα. *Inter eosdem auxiliares Ducis Mœsiæ secundæ, Milites Nouenses* Transmariscæ, *& inter legionarios Ripienses, Præfectus Leg xi. Claudiæ, Cohortis v. pedaturæ superioris* Transmaricæ: *& præfectus Ripæ Leg xi. Cl. Cohortis v. pedaturæ inferioris* Transmariscæ *recensentur.*

Candidianam MP. XIII] *Habet auferendi casu Regium exemplar, & Neapolitanum: Blandinianum* MP. XIIII *& Longolianum, sed* XIII. *corrigitur. In Notitia Prouinciarum sub Duce Mœsiæ secundæ inter auxiliares copias, Milites primæ Mœsiaci* Candidianæ.

Teglicium MP. XII] *Regium* Teglicio M. P. XII. *Blandinianum* Teclicio MP. XII. *Neapolitanum* Teditio MP. XII. *Longol* Teclitio MP. XII: *&* Teditio *corrigitur. Sub eodē Duce*

Mœsiæ auxiliares milites Mœsiaci Teglicio.

Dorostoron LEG.XI.CL. MP.XII] *Regium exemplar* Doros coro LEG.XX.CL.MP. XII. *Blan.* Doroſdoro Leg.XXI.CL.MP.XII *Neap* Doroſtoro Leg.XXI. CL. mp.XII. *Longo notam* CL. *in 50. vertit: & pro* Doroſdoro Doroſtero *corrigit. Ptolemæus legionem primam Italicam* Doroſtoro *conlocat, Antonini Itinerario, & Scoto Notitiæ Prouinciarum auctore, re pugnantibus. In* Myſia *enim inferiore conlocatu inter vrbes iuxta Danubium* δυρόσολον λεγιὼν πρώτη ἰταλικὴ. *In Notitia vero Prouinciarum in ter Legionarios Riparienſes, Præfectus Leg. x Claudiæ* Duroſtoro. *Ammiano libro xxuij. Myſia* Doroſtorus.

Sucidauam MP.XVIII]Sucidaua MP.X VIII. *Ptolemæo inter eaſdem vrbes* Myſiæ *inferi ris iuxta Danubium ſitas* συκίδαυα. *Et in Notit Prouinciarum ſub diſpoſitione Ducis Mœsiæ ſecun dæ cuneus Equitum Stableſianorum,* Sucidaua *& ſub Duce Daciæ Ripenſis inter legionarios, Pr fectus Leg.v.Macedonicæ* Sucidauæ.

Axiopolim MP. XII] *Regium* Axiopo MP.XII. *Blandinianum* Axiupoli MP.XII: *Neapolitanum* Auxiupoli MP.XII. *& Longoli num* Anxiopoli. *Ptolemæo poſt* Sucidauam ἀξιὸ πολις *& conuerſionem Danubij iuxta* Oeſcum *&* Axiopolim *deſignat: & ab* Axiopoli *Dan bium deinceps, vſq; ad Oſtia* Iſtrum *dici perhibe In Notitia Prouinciarum ſub Duce Scythiæ int auxiliares, Milites ſuperuentores* Axiupoli: *inter Legionarios Riparienſes, Præfectus Ri*

Le

Leg. 11. Herculiæ, Cohortis v. pedaturæ inferioris Axiupoli.

Capidauam MP. XVIII] *Huius oppidi ab auctore Notitiæ prouinciarum fit mentio: nam sub dispositione Ducis Scythiæ cuneus equitum Solentium* Capidoua *recensetur.*

Carson MP. XVIII] *Regium exemplar* Garso MP. XVIII. *Blandinianum* Carro MP. XVIII. *& item Longolianum, sed* Carso *corrigitur. Neapolitanum* Carso. *Ptolemæo inter easdem ad Danubium sitas vrbes iuxta* Axiopolim χαρτέμ *In Notitia Prouinciarum sub Duce Scythiæ inter auxiliares copias Milites Scythici* Carso.

Cion MP. X] *Huius mansionis siue oppidi in eadem Notitia Prouinciarum sub Duce Scythiæ fit mentio: recensetur enim cuneus equitum Stablesianorum* Cio.

Biroen MP. XVIII] *Regium* Biroe MP XVIII. *Blandinianum* Biroe MP. XIII. *Neapolitanum* Biroe MP. XIIII. *Longolianum* Beroe MP. xiij. *&* xiiij. *corrigitur. In Notitia Prouinciarum sub eadem dispositione Ducis Scythiæ, cuneus Equitum Stablesianorum* Bireo: *& in vetusto exemplari, & in vulgatis libris.*

Trosmin LEG. I. Iouia MP XVIII] *Regium exemplar* Tromis LEG. I. Iouia MP. xiij. *Blandinianum* Trosmis leg. I. id est, Iouia MP. XVIIj. *atq; item in Neapolitano. Longolianũ* Trosmis Leg. 50 id est Iouia MP. XVIIj. *Ptolemæo inter easdem vrbes Mysiæ inferioris iuxta Danubiũ sitas* τρισμίς, *vt* τροσμίς *legendum videatur: in eam lectionem consentientibus Itinerarij huius au-*

Coniectura in Ptolemæo.

ctore, & Notitiæ Prouinciarum. Nam sub Duce Scythiæ inter auxiliares recensentur Milites secundi Constantini Trosmis: & inter Legionarios Ripariensis Prafectus Leg. II. Herculianæ Trosmis: & Prafectus Leg. Herculiæ cohortis v. pedaturæ inferioris Trosmis.

Scythia] Habet Regium exemplar ante Arrubij mansionem: & in reliquis exemplaribus Scythica legitur: neq; fines videntur designari Scythiæ, & Thraciæ, sed eum locum in Itinerario Scythiæ regioni attribui: nam & superiores plures & inferiores mansiones Scythiæ prouinciæ in Notitia prouinciarum contribuuntur.

Arrubium MP. VIIII] Regium Arrubio MP. XVIII. Blandinianum Arrubio MP. viiij. Neapol. Arubio MP. VIIII. & Longolianum Arabio MP. VIIII. In Notitia prouinciarum sub Duce Scythiæ, cuneus Equitū Catafractariorū Arubio.

Diniguttiam MP. VIIII] Regium Tuniguttia MP. VIIII. Blandinianum Dinigutia. MP. VIIII. Neapolitanum Dimiguttia MP VIII. Longolianum Dungutia mpm VIIII. & Dimiguttia corrigitur. Ptolemæo inter easdem ad Danubium sitas vrbes δινογέτεια: & de flexionibus Danubij; etiam Istri agens, in situ Daciæ prouinciæ. ἀπὸ δὲ ἀνατόλων τῷ τε ἐντεῦθεν ἴστρῳ ποταμῷ μεχρὶ τῆς κατὰ δινογέτειαν πολίνεπιστροφῆς. In Notitia Prouinciarum sub Duce Scythiæ inter auxiliares, Milites Scythici Dirigothia in vetusto exemplari, quemadmodum in vulgatis legitur.

Nouiodunum LEG. II. Herculea MP XX] Ptolemæo item post Dinogetiã νιοδύνον. Ammianus

anus libro xxvij. Nouiodunum nauibus ad trāſmittendum amnem connexis, perrupto barbarico, continuatis itineribus, longius agentes Grutungos bellicoſam gentem adgreſſus eſt. *In Notitia Prouinciarum poſt ſtationem Scythicorum militum* Dirigothia *conſtitutorum, ſequuntur milites primi Conſtantini* Nouioduno. *Et præfectus Leg. 1. Iouiæ* Nouioduno. *Et Præfectus Ripæ legionis 1. Iouiæ, Coh. v. pedaturæ ſuperioris* Nouioduno. *Quæ in re id eſt animaduertēdum* Legionē Iouiā, *quæ in hoc Itinerario* ſecūda *cognominatur, in Notitia* primā *eſſe: & eā* Nouioduno *attribui, quæ in Itinerario* Troſmi *adſignetur: & legionē* Herculeā, *quæ Nouioduno in Itinerario conlocatur, in Notitia* Troſmis *conlocari.*

Aegyſſon MP. XXIIII] *Regium* Egiſo MP. XXIIII *Blandinianum* Aegyſo MP. XXII. *Neapolitanum* Egyſo MP. XXIIIJ. *Longolianum* Aegyſo MP XIIIJ. *In Notitia Prouinciarum ſub Duce Scythiæ, cuneus equitum armigerorū* Aegyſſo.

Salſouiam MP. XVII] *Manuſcripta & Longolianum* Salſouia MP. XVII. *Eius manſionis fit in Notitia Prouinciarum ſub eodem duce Scythiæ mentio. Nam milites Quinti Conſtantiani* Salſouia *recenſentur.*

Iſtrum MP. XXV] *Mirum eſt quam depra-* Pag. 51.
uatum & detortum ſit hoc nomen in vetuſtis exemplaribus, ex communi, & percognito: vt complura in hoc auctore eiuſdemmodi corrupta merito ſuſpicemur, quibus medela adhiberi non poſſit. Regium exemplar Storio MP. XXV *habet: & reliqua* Hiſtorio MP. XXV. *cum manifeſto*

appareat Istrum *vrbem esse Mysiæ inferioris, post* Istri *ostium, quod* Hieron *appellarunt &* Pteron *promuntorium. Strabo libro vij. à sacro Istri ostio perhibet, dextrorsum habenti litus perpetuum, occurrere oppidolum* Istri *nomine ad stad.* D. *à Milesijs ædificatum: atq; inde* Tomos *oppidolum alterum, ad ccl. stadia esse situm. Dehinc vrbem* Calatim *ad cclxxx. stadia, ab Heraclienſibus Coloniam deductam. Plinius in descriptione Thraciæ prodit, altero latere à Pontico litore incipiens, vbi* Ister *amnis immergitur, vel pulcherrimas in ea parte vrbes habere* Istropolim Milesiorum, Tomos Calatimque. *quæ antea* Cerbatis *vocaretur.* Ptolemæo *item post* Hieron Istri ostium *adiungun-tur* ἱερὸς τομοὶ καλλατία. *vt idem seruatus sit mansionum ordo hoc Antonini Itinerario: quod ab omni erratu liberum esset, si fides exemplarium nobis constitisset: cum Principum opibus, & industria ipsarum ciuitatum viæ illæ in Prouincijs substernerentur: ac lapidibus certæ, & constantes dimensiones constituerentur. Hæc eo prolixius, quam fortasse par erat, adnotauimus, quod videam virum doctissimum* Ferdinandum Pintianum, *& qui Græcam litteraturam primus ex Italia in Hispanias aduexit, in* Annotationibus *in quartum* Plinij *librum hæc prodidisse.* Nam auctori, qui Antonini nomine vulgo circumfertur, quantum fidei haberi debeat, alio loco commodius disputabitur. *At mihi eius operi ea fides videtur adhibenda, vt si id à Pintiano nostro rectè fuisset excussum, fortasse inter nonnulla eius libelli commoda, quæ vir tanta doctrina præditus reportasset*

Ferdinandus Pintianus.

portasset (vt leuiter hoc à me tangatur) nunquam Pintiani *nomen ipse sibi vsurpasset: falso persuasus,* Pintiani, Vacæorum *vrbem, eo loci sitam quo nunc celeberrima Hispaniæ vrbs* Vallisoleti *nomine, cuius solum, tanquam patriæ, carum illi fuit.*

Calatim MP. XXX] *Manuscripta* Callacis MP XXX. *Longolianum* Calacis mpm xxx: *sed quamuis Ptolemæo* καλλατία *sit, tamen ex his quæ ex Strabone, & Plinio protulimus, placuit* Calatin *præferri: cum præsertim Pomponij Melæ, & Stephani auctoritas accedat. Pomponius,* in litoribus Istro proxima est Istropolis, deinde à Milesijs deducta Calatis, *& in vetusto exemplari* Calathius *legitur. Stephano* κάλατις πολίχνιον ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ Πόντου.

Timogittiam MP.XVIII]*Regium* Timogitia MP.xvij. *Reliqua* Timogittia MP. xviij. Dionysopolim MP. xxiiij. *Ptolemæo item post* Calatin Dionysopolis. *Plinius* Tomis, *&* Calati *adiungit* Heracleam, *&* Bizonem *terra hiatu raptam, & tunc habere* Dionysopolim, Crunos *antea dictam, quam* Zyras *amnis alluit.*

Odisson MP. XXIIII] *Regium* Odisso MP.xxiiij *Reliqua* Vdisso MP. xxiiij. *Pomponio in vetusto exemplari,* Vrbes Dionysopolis, Odessos, Messembria, Anchialis. *Ptolemæo* ὀδυσσός: *& Stephano* ὄδησσος. *Plinius,* in ora à Dionysopoli est Odessus Milesiorum: *& item Strabo* Odessum Milesiorum Coloniam *recenset. Ammianus libro xxij:* Et Istros quondã potentissima ciuitas, & Tomi, & Apollonia, & Anchialos, & Odissos: *Et libro xxvij. eius ite-*

Pomp. Melæ locus.

Notatus Nicephori interpres.

rum meminit. Nicephori interpres libro xvi. de Vitaliano Tyranno aduersus Anastasium agens, non recte vertisse videtur, Thraciam ab Vllyssopoli,& Anchialo vastatam, *nam magis adposite vertisset,* ab Odisso vrbe,& Anchialo.

Marcianopolim MP.XVIII] *Ammianus libro xxvij.* Dein Mysia vbi Marcianopolis est, à sorore Traiani principis ita cognominata. *Pistus* Marcianopolitanus *Episcopus Mysiæ prouinciæ in Nicæno concilio subscripsisse traditur.*

Soatrim MP.XXVI] *Regium* Scatrix MP. XVII: *& reliqua* Soatris MP.XXVI.

Anchialem MP.XXIIII] *Regium* Anchilis MP.XXIIII. *Blandinianum* Ancialis MP. XXIIII: *& Neapolitanum ac Longolianum eodem numero* Antialis; *ex Pomponio supra* Anchiales. *Post* Mesembriam, *inquit Strabo,* ἀγχιάλη πολίχνιον Ἀπολλωνιατῶν, ᾗ αὕτη ἡ Ἀπολλωνία *& paulo post* ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἥτε Θυνιὰς τῶν Ἀπολλωνιατῶν χώρα, Ἀγχιάλη. *Plinius:* nunc in ora Mesembria, Anchialum, vbi Messa fuerat. *Ptolemæus* Mesembriam *Mysiæ vrbem esse tradit, & ab ea statim* ἀγχίαλος Thraciæ *attribuitur: tamen in eo interuersa Græca exēplaria arbitror, quo* Anchialon Mesembriam *dictam perhibet: cum id potius tribuendum esset, auctore Strabone,* Apolloniæ, *quæ* Anchialo *in Geographia Ptolemæi statim succedit, & aduertendum ea verba* ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, *in vetusta Ptolemæi versione, minime legi. Ammianus libro xxvij.*

Post

Post hanc Hemimontus Hadrianopolim habet, quæ dicebatur Vlcudana,& Anchialon, ciuitates magnas. *Et alio loco* Anchialos capta, & tempore eodem Nicopolis: quam indicium victoriæ contra Dacos Traianus condidit Imperator. *Tornandus* Nam ibi, *inquit*, ad radices Hemi montis mari vicinam Anchialos ciuitatem adgressi mox adeunt, vrbem quam dudum Sardanapalus Rex Parthorum inter limbum maris, & Hemi radices conlocasset.

Debelcon MP. XXIIII] *Regium* Debelco MP. XXIIII. *Reliqua* Debelco MP. XXIIII. *mihi tamen Regij exemplaris lectio proxime ad veram, ac germanam accedere videtur. Plinius in Thraciæ descriptione*, Deuelcon cum stagno, quod nunc Deulcum vocatur veteranorum. Deuelcon *enim in exemplari Biblioth. Toletanæ, & in tribus alijs, quæ in cœnobio* Aulæ Dei *asseruantur, legitur. Ptolemæo inter mediterraneas Thraciæ vrbes* Δεβελτος κολώνια. *Apud Suidam* Δέβαλτος, *&* Δίβελτος *vrbs Thraciæ.*

Sadame MP. XVIII] *Habent manuscripta & Longolianum.*

Tarpodizon MP XXVIII] *Regium* Tariodiz. MP. XVIIJ. *Blandinianum* Tarpodizo MP XVIIJ. *Neapolitanum* Tapatizo mpm XVIIJ. *Longolianum* Tarpadizo mpm XVIIJ. *&* Tarpatiso *corrigitur. Mansiones sequentes Nicomediam vsq; recensentur eodem ordine supra pagina* XXXI. *tametsi in hoc itinere* Cœnofrurij

mansio

mansio deest in Regio exemplari: & Melantiadi XXVIJ MP. *in Regio attribuuntur: atq; item in Neapolitano: & in Blandiniano* XVIIJ: *atq; in Longoliano: sed* XXVIJ. *corrigitur: & superiore itinere Sirmio Nicomediam à Cœnofrurio* Melantiada MP. XXVIIJ. *tribuuntur: & reliqui mansionum numeri vtriusq; itineris inter se congruunt.*

Castra Iarba MP. XXX] *In Regio legitur exemplari, & Blandin. In Longolianis libris* Castra Iabar. *à Procopio vero in fine libri IV.* περὶ τῶν κτισμάτων, *inter Thracia castella* καστρόζαρβα *recensetur.*

Gallia] *Hoc lemma in vno tantum Regio exemplari legitur.*

Pag. 52. A Sirmio Lauriacum MP. CCCCXXXVII] *Regium* CCCCXXXIIIJ. *Reliqua, & Longolianum* MP. CCCCXXXVIJ: *sed in hoc* XXXIX. *corrigitur.*

Augustam Vindelic. MP. CCXVI] *Huius itineris titulus deest in exemplari Regio. Blandinianum & Neapolitanum* Augusta Vindeleus, *& postea* Vindelic.

Ad Fines] *Eos* fines *intelligo, qui* Rhetos *ea via à* Germanis *dirimunt.*

Ad Treueros MP. CCXXXI] *Habet Blandinianum exemplar: & deest in Regio huius etiam itineris titulus. In Neap.* MP. CCXXXVI: *& in Longoliano* MP. CCXXXIJ. *&* CCXXXI. *corrigitur.*

Treueri. Treueros *Ammianus libro XV. domicilium principum clarum cognominat.*

Antianas MP. XXIIII] *Regium* Antianis MP. XXIIII: *& in reliqua: & itidem infra* Antianis

Antianis: *vt suspicio mihi injiciatur non rectè in Notitia Prouinciarum sub Duce Pannoniæ primæ, & Norici, legi, Tribunus cohortis* Arrianis, *pro* Antianis *in vetusto, & vulgatis libris.*

Silacenas MP.XVI.] *Regium* Silacenis MP. XVI. *& reliqua* Silicenis MP.XVI.

Valcum MP.XXVIII.] *Regium* MP.XXIII. *& reliqua* XXVIII. *nunc* VValko *appellari ferunt.*

Mogetianam MP.XXX.] *Præferunt vetusta exemplaria, & Longoliani libri. Infra vero pagina* LIX. *à Sabaria Acincum* Mogentianas *legitur, quæ fortè diuersa mansio est, & à* Mogentiana *nomen sumpserit, quasi aquæ sint* Mogentianæ, *quæ de re nihil temere ausim affirmare.*

Sabariam MP.XXXVI. *Regium & Neapolitanum* Sabaria MP.XXXVI. *Blandinianum* M. P.XXXIII. *& Longolianum: sed in hoc* XXVI. *corrigitur. Plinius,* In Norico, Colonia D. Claudij Sabaria, & oppido Scarabantia Iulia habitantur. *Ptolemæo in Pannoniæ superioris situ* σαυαρία, *&* σκαραβάντια. *Ammianus libro 30.* Nullaq; sede idonea potiri, præter Sabariam, poterat: quamuis eo inualidam tempore, assiduisq; malis afflictam.

Scarabantiam MP.XXXIIII.] *Regium* MP.XXXIIII. *& Neapolitanum. Blandinianum* MP.XXXVII. *Longolianum* XXXVIII. *& corrigit* XXXIIII. *Infra à Sabaria* Scarabantiam MP.XXXIIII.

Mutenum MP.XII.] *Regium* Muteno M. P.XII. *& reliqua* Moteno MP.XII.

Vin-

Vindobonam MP XXII. *Regium & Blandinianum* Vindomona MP. XXII. *Neapolitanum* Vindemana mpm. XXII *Long.* Vindomana MP. XXXII. *& XXII. corrigitur. Infra* Vindebona. *Nicephorus Callistus libro 3. auctor est. M. Aurelium Philosophum* Vendobonæ *discessisse: & eius auctoris interpres è Græco in Latinum sermonem, nonnullos eā vrbem* Viennam *esse contendêre. Similis error exemplaria Notitiæ prouinciarum inuasit. Nam sub dispositione Ducis Pannoniæ primæ, & Norici Ripensis, in vetusto exemplari, aque atque in vulgatis legitur, Præfectus Leg. x* Vindomanæ: *& præfectus classis Istricæ Carnunūto, siue* Vindomanæ, *à Carnunto translata: pro* Vindobonæ.

M Antoninus Philos. vbi mortuus.

Comagenas MP XXIIII.] *Huius oppidi sub eodem Duce Pannoniæ primæ in Notitia Prouinciarum fit mentio ita:* Equites promoti Comagenis.

Cetium MP. XXIIII] *Regium & Blandinianum* Cetio MP. XXIIII. *Neapolitanum* Cretio MP XXIIII. *Longolianum* Celio MP. XXIV. *& Cretio corrigitur. Infra in Regio* Cerio.

Arlape MP. XXII.] *sub eodem Duce Pannoniæ, Equites Dalmatæ* Arlape, *& Præfectus classis* Arlapensis, *&* Marginensis.

Lacum Felicis MP. XXV] *Regium* Loco Felicis MP. XXVI. *Bland.* Locofelices MP. XXVI. *Neapol.* Loco felicis MP. XXVI *Long. Blandiniam lectionē præfert: &* Loco felicis *corrigit. In Notitia Prouinciarū sub Duce Pannoniæ primæ,*

&

& *Norici Equites ſagittarij* Lacufelicis.

Lauriacum M P. X X.] *Regium* Lauriaco M P. XX. *atq; item Blandinianum. In Neapolitano* Lauriaco M P. X X X II. *Sub eodem Duce Pannoniæ primæ, Præfectus Leg.* II. Lauriaco. *& Præfectus claſſis* Lauriacenſis. Lauriaci *mentionem à Procopio factam arbitror lib. 3. de Bello Gothorum, tametſi interpres* Laureatem *á Romanis vocatum vertit.*

Ouilabim M P. X X VI.] *Regium* Ouilauis M P. X X V I. *Blandinianum* Ouilabis M P. XXV I. *Neapolitanum* Ouilabis M P. X X VIII.

Iuuiacum M P. X X X II.] *Regium* Laciano M P. XXX II. *& infra* Laciato & Laciano & Iouiaco *Bland.* Iaciaco M P. XXXII *& infra* Iouiaco. *& Neapolitanum* latiaco M. P XXX I I II. *Longolian ũ* laciaco: *& infrà* Iouiacus: *quare* Iouiacum *lego. In Notitia ſub eodem Duce Pannoniæ primæ Præfectus ſecundæ Italicæ militum Liburnariorum* Iouiaco.

Iouauim M P XX VIII II.] *Regium* Iouaui M P XX VI III. *Blandinianum* Iouaui M P. X X-VIII. *&* Iuuaui *eadem videtur manu corrigi. Neapolitanum* Iouani M P. XVI I I. *Longolianum* Iuuani: *&* Iouani *corrigitur. In Notitia Prouinciarum ſub Duce eiuſdem Pannoniæ primæ, & Norici, Præfectus leg. 1. Noricorum militum Liburnariorum cohort. 5. partis ſuperioris ad* Iuuenſe. Saltzburgum *vrbem eſſe, ſunt qui affirment.*

Didaium M P. XXX I I I.] *Regium* Lidauo M P. XXX I I I. *& infra idem exemplar* Bidatio. *Blandinianum* Bidaio M P. XXX I I I. *Neapolitanũ*

Bo-

Bodaio MP.XX. *Longolianum item* Bidaio.

Pontem Oeni MP.XVIII.] *Regium* Ponte Eni MP.XVIII. *Blandinianum* Ponte Ceni MP.XVIII. *Neapolitanum* Ponte Aeni MP.XXXII. *Longolianum* Ponteseni: *& corrigitur* Pontetieni. Genum *flumen Rhetos, Noricesq; interfluere, Tacitus lib. 19. auctor est, atq; idem perhibetur à Ptolemæo in descriptione Rhætiæ, & Vindeliciæ. Strabo cum Segestica vrbis in plano sita meminit.* πὰρ' ἣν ὁ δὴ καὶ αὐτὸς παραῤῥεῖ ποταμὸς, ἐκδιδοὺς εἰς τὸν ἴστρον: *vt mirari sæpe soleam celeberrimi huius fluminis à Plinio mentionem non fieri: quod librariorum culpæ ferendum esse acceptum mihi persuadeo: cum tot fluminum eius Prouinciæ ab eo facta sit mentio. Huius mansionis siue oppidi in Notitia Prouinciarum mentionem fieri video. Nam sub dispositione Ducis Prouinciæ Rhætiæ primæ, & secundæ, recensentur Equites Stablesiani iuniores* Ponte Oeni, *nunc* Fatianis. *Arrianus Historiæ libro 8. de fluuijs agens* Danubium *influentibus,* Oenum *se vidisse, ac* Sauum *memorat.*

Pag 53. Isiniscam MP. XX] *Regium* Isinisca MP. XII. *sed infra à* Ponte Oeni *ad hanc mansionem totidem* XX. MP. *tribuuntur. Blandinianum & Longolianum* Isinisca MPM. XX. *Neapolitanum* Isinisca mpm XXVII.

Ambre MP. XXXII.] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum: & infra in Regio* Ambrahæ. *Alij* Ambram *vocant oppidum, quod nunc* Amper *appellant in Vindelicis.*

Rostrum Nemauiæ MP.XXV.] *Regium & duo*

duo reliqua manuscripta exemplaria, Rostro Nemauiæ, *& statim* Nemauiæ *fit mentio post* Campodunum: *tametsi* Vemania *legitur in eisdem: & in Notitia Prouinciarum* Vimaniabis.

Campodunum M P. XXXV] *Regium* Campoduno M P. XXXV. *Blandinianum* Campodono mp. XXXII. *Neapolit.* Campaduno M P. XXXII. *& Longolianum* Campodum mpm XXXII. *Strabo* Vindelicum *oppida esse* βριγάντιον *&* καμπόδυνον *libro iiij perhibet: & Ptolemæo in* Vindelicis καμβόδυνον. *In Notitia Prouinciarum sub dispositione Ducis Rhætiæ primæ, & secundæ Præfectus Legio. iij. Italicæ pro parte media prætendentis à* Vimania, *Cassiliacum vsq;*, Cambiduno Campidunum *esse alterum oppidum ferunt, diuersum à* Campoduno Vindelicorum.

Brigantiam M P. XXIIII] *Regium, & Neapolitanum* Brigancia M P. XXIIII. *Blandinianum & Longolianum* Brigandia M P. XXIIII: *sed in hoc* Brigantia *corrigitur. Ptolemæo, sicuti Straboni, ad Rheni fluminis caput* βριγάντιον. *In Notitia Prouinciarum sub Duce Rhætiarum*, *Præfectus numeri Barbaricorum* Confluentibus, *siue* Bracantiæ. *De lacu* Brigantiæ in Rhætijs, *Vide Ammianum Marcellinum libro xv.*

Arborem Felicem M P. XX] *Regium.* Arbore Felici M P. XX: *& item reliqua. Ammianus libro xxxi.* Gratianus exinde digressus, per castra, quibus Felicis arboris nomen est, & per inaureatum, ad opitulandum oppressæ parti, porrectis itineribus ire tendebat. *Eam mansionem in Notitia Prouinciarum sub Duce Rhætia-*

rum, hac recensione intelligi arbitror: Tribunus Co
hortis Herculeæ Pannoniorum Arbore. *Nomen*
Germanica lingua retinere perhibent cum arce ii
Rhætia prima.

Vindonissam LEG. MP. XXX] *Regium* Vindonissa Leugas XXX. *Blandinianum* Vindones leugas MP. XXX: *& infra in eodem* Vindonissa. *Neapolitanum* Vindonas mpm XXX. *Longolianum* Vindones Leg mpm XXX. *Tacitus libro XX*: Cohortium, alarum legionum hiberna subuersa, crematáque ijs tantum relictis, quæ Magontiaci, ac Vindonissæ sita sunt. *Oppidum fuisse Heluetiorum adparet, nunc pagus*

Ratalbinnum MP. XXIII] *Regium* Atralbino MP. XXIII. *Blandinianum* Arialbinno MP. XXIII. *Neapolitanum* Arialbimio mpm XXIII. *Longolianum* Arialbimio mpm XXVI: & XXIII. *corrigitur*: *& infra* Artalbinio: *excepto Regio, in quo infra ea mansio deest.*

Montem Brisiacum MP. XXX] *Ab eo monte* Briggrauiam *regionem vicinam ab Alemannis nuncupatam ferunt.*

Argentoratum MP. XXX] *In Regio deest huius mansionis titulus: & in Blandiniano, & Longoliano* Argentorata MP. XXXVIII. *In Neapolitano* Argentorato mpm XXXVIII. *Ptolemæo in* Vangionibus, ἀργεντόρατον. *Ammianus libro XV*. Dein prima Germania, vbi præter alia municipia Magontiacus est, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus Barbaricis cladibus nota. Argentoratense *enim prælium, à Cæsare Iuliano deuictum & ab eodem au-*

ctor

ctore libro xvi. descriptum adparet: cuius belli discrimen, his verbis eleuat Ammianus. Libro enim xvij. ita prodidit. Quod vtrumque metu perfidiam frænante fecerunt hoc memorabili bello, comparando quidem Punicis, & Teutonicis: sed dispendio rei Romanæ peracto, leuissimo, vt faustus Cæsar exultabat, & felix. *Hoc oppidum arbitror ab Ausonio* Vici *nomine, initio carminis Mosellæ designari.*

Transieram celerem nebuloso flumine Nauam,
Addita miratus veteri noua mœnia vico,
Aequauit Latias vbi quondam Gallia Cannas:
Infletæq; iacent inopes super arua caterua.

Tabernas MP. XIIII] *Neapolitanum exemplar* MP. XXIIII: *& reliqua* XIIII. *Videndum an Rhenanæ eæ Tabernæ sint, quarum Ausonius in Mosellæ carminis initio meminit.*

Praetereo arentem sitientibus vndiq; terris
Dum Nissum, riguasq; perenni fonte Tabernas:
Aruaq; Sauromatum nuper metata Colonis:
Et tandem primis Belgarum conspicor oris
Niuomagum, diui castra inclyta Constantini.

Infra pagina LXXX. *hoc Itinerario, in Itinere,* à Mediolano per Alpes Penninas: Moguntiacum, Argentoratum, Salison, Tabernæ, & Nouiomagus *adiunguntur, vt* Tres illæ Tabernæ *sint, Ammiano libro xvi.* Brotomagus, Tabernæ, Salison. Tres *vero illas* Tabernas *munimentum ita cognominatum, ab Alemannis dirutum, intelligi Ammianus libro xvi. docet.* Conuersus, *inquit*, hinc Iulianus ad reparandas Tres Tabernas, munimentum ita cog-

nominatum, haud ita dudum obstinatione subuersum hostili, quo ædificato constabat, ad intima Galliarum Germanos arceri, & opus spe celerius consuprauit & victum defensoribus ibi locandis, ex barbaricis messibus non sine discriminis metu collectum militis manu condidit in vsus anni totius.

Diuodurum MP.XX] *In Regio* Diuodoro MP.XXXVIII. *Reliqua* Diuodoro MP.XX. *Tacitus libro xvij.* Diuoduri Mediomatricum oppidi meminit: *& Ptolemæus item in* Mediomatricibus *conlocat* Διοδόρον. *A* Diuodori *mansione in exemplari Regio duarum mansionum lacunæ exstant, sine nominibus, & primæ* MP.XII. *attribuuntur, quam nos asteriscis, & litteris miniaceis signauimus: & vltimæ mansioni quæ Treuirorum est vrbis, quæ in reliquis exemplaribus* Diuodorũ *consequitur* MP.XVI. *tribuuntur. Blandinianum* MP.XIII. *præfert, & Neapolitanum* XVI. *Longolianum* XIII. *& XXVI corrigit.*

A Tauruno Lauriacum MP.D.LXXXVII] *In Regio* Ad Tarino Lauricano MP.D.LXXXVII. *In Blandinano* A Daurino Lauraco MP.DLXXXVIII. *Neapolitanum* A Daurino Lauriaco MP.DLXXXVII. *Longolianũ* Ab Aurino Lauricum mpm D.LXXXVIII: *& D.LXXXVII. corrigit. Plinius*, Alter amnis Bacunciusin Saum Sirmio oppido influit: vbi ciuitas Sirmensium: & Amantinorum. Inde XLV.MP. Taurunum: vbi Danubio miscetur Saus. *Ptolemæo in Pannonia inferiore* Ταύρωρον, *In Notitia Prouinciarum sub dispositione Ducis pro-*

prouinciæ Pannoniæ ij. Ripariensis, Equites promoti Tauruno: *& Auxilia Ascarij* Tauruno, *siue* Marsonia.

Inde Augustam Vindelicum MP. CCXXII] *in Regio* MP. XL: *& reliqua* CCXXII.

Argentoratum MP. CCCXXII] *Fœde Regium in his numeris deprauatum reperitur: nam* MP. XXXVIII *habet: reliqua* CCCXXII. *præferunt.*

Ad LEG. XXX. MP. R] *Hic titulus deest in Regio; & Blandinianum* Ad lec XXX. MP. R. *habet. Neapolitanum multo peius* Ad lech MP. XXX. *Longolianum* Ad lec mpm XXX. *vt in omnibus sūmæ mansionum numerus, quæ* Argentorato ad Leg XXX. *exponuntur, desit. Neque id mirum videri debet, cum hoc itinere, præter morem, aliud interiectum iter videamus.*

Ad Laurinum MP. XXV] *Regium* A laurino MP. XXV. *Blandinianum* A laurino MP. XXVI. *Neapolitanum* Ad laurino mpm XXV *Longolianum* A laurino MP. XXVI. *& XXV. corrigitur.*

Ritti MP XXXIII] *Regium* Ritti mp XXXIJ *Bl. & Nea.* Ritti MP. XXXIIIJ. *Longolianū* Ritti MP XXX *& XXXIII. corrigitur. Sunt qui &* Rhittium *scribant. Ptolemæo inter vrbes Pannoniæ inferioris sub Danubio* ῥίττιον. *In Notitia prouinciarum sub duce Pannoniæ secundæ, quam Ripariensem cognominat, siue Sauiæ Equites Dalmatæ* Ricti.

In medio Aciminci MP. CXIII] *Habet Regium exemplar. Blandinianum initialibus literis miniaceis* in medio: *& statim subdit* Aciminci

MPM. CXII. Sic. *Neapolitanum* In medio Acummniti mpm CXII. Sic. *Longolianum* In medio A Tininci mpm CXII. Sic. *Videtur hoc iter seorsim numeris* CXIII. *designari, qui summæ ferendi sunt accepti itineris à* Tauruno Lauriacum; *vt præcipua earum sex mansionum ratio haberi posset: quare earum titulus miniaceis descriptus est litteris, ne summam numerorum vniuersi itineris à* Tauruno Lauriacum *confundat, summam illam* CXIII. *introrsum redigendo. Præterea animaduertendum, duo oppida ferme eius nominis à Ptolemæo, Antonino, & Marcellino Ammiano, atque Scoto, qui Notitiam Prouinciarum concinnasse fertur, in eadem Pannonia inferiori ad Danubium vtrumque recenseri, quæ distingui oporteat. Ea sunt* Acimincum, *quod &* Acumincum *vocant, &* Acincum. *Ptolemæo inter vrbes easdem Pannoniæ* ἀκιβινκον, *quod* Arincum *esse intelligimus: &* ἀκιμινκον λεγεὼν, *quod iuxta* Rittium *conlocat, quemadmodum & hoc adiunguntur Itinerario. Ammianus libro xix.* Proinde vallo prope Acumincum locato, celsoque aggere in speciem tribunalis erecto, naues vehentes quosdam legionarios expeditos, alueum fluminis proximum ripis obseruare sunt iussæ. *De* Acinco *vero libro xxxi.* Valentinianus Acincum prope castra commouit: nauigijsque ad repentinum casum coniunctis & contabulato celeri studio ponte per partem aliam transit in Quados. *De* Aciminco *Scotus sub dispositione v.s. Ducis prouinciæ Pannoniæ Ripariensis, siue Sauiæ,*

Sauiæ, cuneus Equitum constantium Aciminci, *& Equites Sagittarij* Aciminci. *Sub dispositione vero v. s. Ducis prouinciæ Valeriæ Ripensis* Acinci *fit mentio hoc pacto*: Auxilia vigilum contra Acinco trans in Barbarico: *& item Præfectus leg. ij. Adiutricis tertiæ partis superioris* Acinco: *vt nulli dubium sit, quin &* Acimincum, *&* Acincum *diuersa eiusdem regionis oppida hoc Itinerario recenseantur: ne quis pro vno, atq; eodem accipiat oppido.*

Cusi MP.XXXIII] *Regium* Cusi MP.XXXII. *& reliqua* Cusi MP.XXXIII: *quo numero in eisdem exemplaribus recte constat ratio summæ* CXIII. MP. *In Notitia Prouinciarum sub Duce Pannoniæ Secundæ Equites Dalmatæ* Cusi.

Cucci MP.XV] *Regium* Cuicoi MP.XVI. *Blandinianum & Longolianum* Cucci MP. XVI. *Neapolitanum* Cucti MP.XVI. *In eadem Notitia sub eodem duce, cuneus Equitum promotorum* Cuccis: *& Equites Sagittarij* Cuccis.

Cornacum MP.XVI] *Ptolemæus item, atq; huius Itinerarij auctor* κόρναικον, *&* τευτοβόργιον *adiungit. In Notitia sub eodem duce, Equites Dalmatæ* Cornaco. Pag. 54.

Teutiburgium MP.XVI] *Regium* Theutiburgo MP.XVI: *& reliqua* Teutiburgio mp. XVI. *In Notitia prouinciarum sub Duce Pannoniæ secundæ Ripariensis, Equites promoti* Teutiburgio: *& cuneus equitum Dalmatarum* Teutiborgio, *& Præfectus Leg. ij. Herculeæ* Teutiburgio.

Mursam MP.XVI] *Hæc mansio in Regio desideratur, & in reliquis præfertur exemplaribus.*

Ad Nouas & Aureum montem MP. XXIII] *Regium exemplar* Ad Nouas & Aureo monte Antianis MP. XXIIIJ: *& item in reliquis legitur exemplaribus. In Notitia sub Duce Pannoniæ secundæ Ripariensis, Equites Dalmatæ* Nouis, *& Præfectus Leg vi. Herculeæ cohortis v. partis superioris* Aureo monte.

Antianas MP.XXIIII] *In Regio exemplari* Antianis MP. XXIIII: *quæ mansio in reliquis deest exemplaribus: fortasse quod librarij arbitrarentur dictionem hanc* Antianis *geminari: & certe ita esse, verisimile mihi apparet: & delendum esse ex superiore titulo, vt sit* ad Nouas, & Aureum montem MP.XXIIIJ. Antianas MP. XXIIIJ. *& mansio quæ in reliquis desideratur, miniaceis adscribitur litteris. De* Antianis *supra à me habita mentio est.*

Altinum in medio LEG. MP. XXV] *In Regio* Altino in medio Lagione MP.XV. *Reliqua* Altino in medio Legione MP.XXV. *In Notitia sub Duce Prouinciæ Valeriæ Ripensis, cuneus Equitum Fortentium* Altino.

Ad statuas] *Congruunt & nomina, & numeri in exemplaribus Regio, & Neapolitano: Blandinianum & Longolianum* MP. XXXVIIJ. *Hoc titulo quid auctor indicet ex his verbis* In medio *satis apparet: id est, in medio itinere, ex vna ad alterā mansionem, insignem aliquam relinqui stationem: quando & ad latus itineris eadem ratione* Ripa alta *censetur. In Notitia Prouinciarum sub Duce Valeria*

In medio quid.

ferià Ripensis', Equites Dalmatæ ad statuas, *& auxilia Vrsarensia pone Nauata : nunc* ad statuas. *Sub eodem in vetusto exemplari, præfectus Leg. ij. adiutricis cohortis partis superioris* Aliscæ: *quæ dictio* Aliscæ *in excuso deest exemplari. Tribunus Cohortis* Aliscæ: *ita enim & in vetusto legitur exemplari. Et cuneus equitum Stablesianorum* Ripa alta, *nunc* Conraduza, *Et Equites Dalmatæ* Ripa alta. *Notitiæ Prouinc. corrigitur.*

Lussunium MP. XVIII] *Habent manuscripta* Lussunio MP. XVIII. *Longolianum* Lussimio MP. XVIII. *Ptolemæo inter vrbes, quæ sub Danubij ripa sitæ erant λϐσσόνιον. Sub Duce Valeriæ Ripensis, cuneus Equitum Constantianorum* Lussonio, *nunc* Interciſa: *& Equites Dalmatæ* Lussonio. *Et præfectus Leg. ij. Adiutricis* Lussonio.

Annamatiam in medio interciſa MP. XXIIII] *Habet Regium auferendi casu: & reliqua* Anamatia &c. *Plinio, in vetustis exemplaribus Biblioth. Toletanæ, in descriptione Pannoniæ,* Ammantes: *in alijs* Amanti. *In Notitia prouinciarum sub Duce Valeriæ Ripensis Equites Dalmatæ* Adnamantia *in vetusto exemplari: & in excuso.* Ad Nammantia. *De* Interciſa *vero, quæ* in medio *itineris conlocatur, sub eodem Duce, præter mansionem supra* Lussunio *memoratam, Equites sagittarij* Interciſæ. *Forte hæc mansio* Danubio *flumine alluebatur, vt inde nomen inuenerit, quo vsus est Ausonius poëta,* Arelatem *celebrans. Ait enim*

Præcipitis Rhodani sic interciſa fluentis,
Vt mediam facias nauali ponte plateam.

Vetuſſalinam in medio Matrica MP. XXVI] *Regium* Vetuſſalina &c. *Reliqua* Vetuſſalinas &c. *Sub eodem Duce Valeriæ Equites Dalmatæ* Vetuſſalinæ. *Vetuſtum exemplar* Vetuſalinæ. *Et* Matricæ *manſionis ſub eodem duce, Equites promoti* Matricæ.

Camponam in medio Acincum. LEG. I. Adiut. MP. XXIII] *Regium* Campona in mepio Aquinquo LEG. I. Adiut. MP. XX. *Blandinianum* Campania in medio aquinquo Legio neij. Adiut. MP. XXIII: *atq; item Longolianum. Veram tamen lectionem præferri Regij exemplaris debere ex Notitia Prouinciarum docemur. Nam ſub Duce Valeriæ Ripenſis, Equites Dalmatæ* Campanæ *cenſentur: & de* Acinco *ſub eodem Duce: quod ſupra expoſitum eſt.* Legionem *præterea* I. adiutricem *ex Regio exemplari præferri debere apparet, quod etſi* Legionis ſecundæ adiutricis *ſub eodem Duce in Notitia fit mentio, & Aelius Spartianus in* Hadriani *Cæſaris vita, Hadrianum perhibeat creatum Tribunum Leg. II. Adiut.* Primæ *itidem, in eadem Notitia fit mentio: vt ſtatim indicabitur.* De Acinco *ſupra admonuimus, quod ad hunc locum attinere potuit.*

Legio prima & ſecunda Adiutrix.

Ad lacum felicis in medio Crumeros MP. XXVI] *Regium* A lacum felicis in medio Crumero MP. XXVI. *Blandinianum* A laco felicis in medio MP. XXXIII. Crumero Azao in medio &c. *Neapolitanum item, & Longolianum:*

vt

vt verior Regij lectio adpareat. Mansionis ad Lacum felicis, *siue* Latrum felicem *legas, supra mentio facta est. Infra* Crumeri *oppidi, siue stationis in hoc Itinerario mentio fit pag.* LX. *quo itinere castra constituta esse perhibet* Crumero. *Et in Notitia prouinciarum sub Duce Valeriæ Ripensis, Equites promoti* Crumero.

AZaon in medio Bregetion Leg. I. Adiut. MP.XVIII] *Regium* AZAO in medio BREGETIONE LEG. Adiut. MP. XVIII. *Reliqua sumpto vltimo verbo superioris mansionis* Crumero AZAO in medio Bregetione Leg I. Adiut. MP.XVIII. *Ptolemæo in Pannonia superiori,* Βρεγάτιον, *& eo loco stationem* legionis primæ adiutricis *constitutam, locatamq; fuisse sub dispositione Ducis Valeriæ Ripensis apparet. Præfectus enim* Leg. I Adiutricis *cohortis v. partis superioris* Bregetione *censetur.*

Ad mures & ad statuas] *Regium & Blandinianum præferunt. Neapolitanum* Ad muros, *Longolianum* Ad mures: *&* muro *corrigit: Suspicor stationem eam, quæ sub Duce Pannoniæ primæ & Norici Ripensis Equites promoti ad Maures censentur:* ad Maures, *aut* muros *corrigi oportere.* *Locus ... titiæ Prouinciarū.*

In medio Arrabona] *Regium* Arabona. *Reliqua* Adrabona. *In Notitia Prouinciarum sub Duce Pannoniæ primæ, & Norici Ripensis, Equites promoti* Arrabonæ. *Et præfectus Legionis x. & xiiij. Geminæ militum Liburnariorum* Arrabonæ.

Quadratum in medio flexum MP.XXII] *Re.*

Qua-

Quadratis in medio flexu MP. XXII. *& reliqua* Quadratis in medio flexo. *Ego tamen* Quadratum *legendum arbitror. Nam infra in Regio* Quadrati *fit mentio: & in Blandiniano* Quadrata *eastatio nuncupatur, præsertim Notitia Prouinciarum adstipulante. Sub Duce enim Pannoniæ primæ & Norici Ripensis Equites Mauri* Quadrato *recensentur.* Flexi *vero nomen oppidi esse, qua Danubius cursum vertit, & ob eam causam stationi vocabulum inditum apparet ex Ptolemæo, inter vrbes ad Danubium sitas* φλήξομ. *Sub eodem Duce in Notitia Prouinciarum cuneus Equitum Dalmatarum* Flexo: *& Equites promoti* Flexo.

Gerulata in medio Carnūtum MP. XXX.] *Regium* Cerula in medio Carnuntio MP. XXX *Blandinianum* Gerulanta in medio Carnunto MP. XX. *& reliqua* MP. XXX. *In Notitia Prouinciarum sub Duce Pannoniæ primæ & Norici Ripensis Equites sagittarij* Gerulatæ. Carnuntum *celebre fuisse Pannoniæ oppidum inter vrbes ad Danubium sitas adparet: & Ioanni Cuspiniano* Petronellā *hodie vocari in Austria inferiori, vti viro docto, & suæ regionis diligentissimo auctori fidem habendam esse video. Mihi certe id oppidum, quod Ptolemæo inter easdem ad Danubium sitas vrbes superioris Pannoniæ* καρνοῦς *vocatur. Ammianus libro* xxx. Illyridi *attribuit.* Cumque exinde, *inquit,* Carnuntum Illyriorum oppidum introisset, desertum quidem nunc, & squalens, sed ductori exercitus perquam opportunum. *In Notitia Prouinciarum sub eodem Duce Pannoniæ primæ, Præfectus leg. xiiij. Geminæ militum Liburnariorum*

riorum cohortis partis superioris Carnunto. *Et Præfectus Classis Istricæ*, Carnunto, *siue* Vindobonam *à* Carnunto *translatæ.*

Legio XIIII. Gemina] *In Regio*, Leg XXX. GG. *Blandinianum* Legio. XIIII. Gemina. *Neapolitanum* Leg. XIIII. GG Gemina. *Satis ergo adparet ex his, quæ ex Antonino, & Notitia protulimus, non recte apud Ptolemæum in horum oppidorum situ* legionem XIIII. *&* legionem X. *interiectas* Germanicas, *pro* Geminis *cognominari. Nam in commemoratione Legionum à Dione libro lv. facta, nulla* Germanicæ *cognomento censetur: & quam ob causam* Geminarum *nomen sint consecutæ, explicat.*

Ptolemæus deprauatus.

Legio Gemina, non Germanica.

Aequinoctium &c.] *In Regio*, Equinoctio Vindobona MP.XXXVII. *Blandinianum, & Neapolitanum* Aequinoctio & Alanoua in medio Vindobona MP. XXVIII. *In Longoliano* alia noua *pro* Alanoua. *In Notitia Prouinciarum sub Duce Norici Ripensis, Equites Dalmatæ* Alanoua, *Equites Dalmatæ* Aequinoctiæ: *ita enim & in vetusto legitur, non* Aequinoctio: *quam dictionem, tot consentientibus Antonini vetustis exemplaribus, retinendam arbitramur.*

Comagenas &c.] *Has mansiones* Lauriacum vsque *numeris Regij exemplaris recensuimus, quæ supra pagina* LII. *eodem ordine, diuersis tamen numeris adpositæ sunt.*

In Blandiniano hoc pacto signantur.		*In Neapolitano.*	
Comagenis	MP.XXX.	*Comagenis*	MP.XXX.
Cecio	MP.XXX.	*Cecio*	MP.XXX.

Arlape

Arlape MP.XX.	*Arlape* MP.XX.
Loco Felicis MP.XXII.	*Laco Felicis* MP.XXV.
Lauriaco MP.XX.	*Lauriaco* MP.XX.
	LEG.III.

In Regio vero Leg. III. *post numeros adijcitur: cuius modũ, quoad fieri potest, prosequimur. Hæc* Leg. III. *in Notitia sub Duce Rhætiarum* Italica *cognominatur.*

pag. 55. Ouilabim MP.XVI.] *Manuscripta & Longolianum summo consensu* Ouilatus *præferunt, cum supra* Ouilauis, *&* Ouilabis *descripserint: & in eo postea permaneãt, quamobrem nihil mutari oportet. Illud tamen non omiserim, quod à me supra prætermissum fuit, proxime ad huius stationis nomen, illam accedere, qua in Notitia prouinciarum sub Duce prouinciæ Valeriæ Ripensis Equites Dalmatæ* Odiabo *recensentur: nam quæ sequuntur mansiones* Vindeliciæ *attribuuntur.*

Stanacum MP.XVIII.] *Regium* Stanago MP.XVIII. *Reliqua* Stanaco MP.XVIII.

faßaw. Boiodorum MP.XX.] *Reg.* Boiodoro MP. XX *Bl.* Bolodoro MP.XX. *Neap.* Bolodero MP.XX. *& Long.* Bolodoro: *sed* Bolodero *corrigitur. Ptolemæus* Βοιόδουρον *in* Vindelicia *ad Danubiũ flumen statuit. In Notitia Prouin. sub Duce Norici Ripensis Tribunus cohortis* Boiodoro *recensetur.*

Quintianas MP. XXIIII] *Manuscripta & Longolianum* Quintianis MP. XXIIII. *cuius mãsionis in eadem Notitia sub Duce Rhætiæ primæ, & secundæ, præfectus alæ primæ Flauiæ Rhætorum* Quintanis *recensetur: vt legendũ adpareat* Quintianis.

Au-

Augustas MP.XX.] *Tametsi in omnibus manuscriptis, & Longoliano* Augustis *legitur, fortasse* Augustanarum *nomen hæc mansio sortita est. Nã sub eodem Duce Equites Stablesiani seniores* Augustanis *recensentur: aut certe in alterutro horum auctorum erratum est.*

Reginum MP.XXIIII.] *In Regio* Regino MP.XXIIII. *& in reliquis* Regio MP.XXIIII. *Mihi certe erratum videtur in Notitia Prouinciarũ sub Duce Rhætiarum. Legitur enim, Præfectus Leg. iij. Italicæ partis superioris castra* Regina, *nunc* Vallato: *ex hoc etenim loco, & fide vetustissimi exemplaris,* Regino *legerem, non* Regina. *Locus Notitiæ.*

Abusinam MP.XX.] *Regium* Ausina MP.XX. *& reliqua veram retinuerunt lectionem:* Abusina *enim præferunt. Sub eodem Rhætiarum Duce Tribunus Cohortis iij.* Abusina. *Lambecius.*

Vallatum MP.XVIII.] *Supra de Præfecto Leg. iij.* Regina, *& postea* Vallato: *alæ ij. Valeriæ singularis* Vallato. *Vffel.*

Summuntorium MP.XVI.] *Regium* Summunturio MP.XVI. *Blandinianum* Summuntorio MP.XVI. *Neapolitanum* Summuntorio MP.XVI. *& item Longolianum. In Notitia Prouinciarum sub eodem Rhætiarũ Duce, Equites Stablesiani iunioris* Submuntorio: *& Præfectus Leg. iij. Italicæ partis superioris deputatæ Ripæ primæ* Submuntorio. *Goltzwart.*

Cuntiam MP.XXII.] *Et* Guntiæ *mansionis sub eodem Rhætiarum Duce, fit mentio: quando Præfectus militum Vrsariensium* Guntiæ *recensetur. In Panegyrica oratione Maximiano Augu-*

Augusto dicta, A ponte, *inquit*, Rheni, vsque ad Danubij transitum Guntiensem deuastata, atque exhausta penitus Alemannia. *Nunc in Rhetia prima oppidum esse* Guntzburg *ferunt, vbi olim Danubij traiectus erat, & nunc pontem eo loco constratum esse.*

Cælium montem MP] *Regium* Celio montem MP.XVj: *& reliqua* Celio monte mpm XVI. *Huius stationis fieri mentio videtur in Notitia Prouinciarum: quod sub Duce Rhatiarum Tribunus cohortis iij. Herculeæ Pannoniorum* Cælio *recensetur. Reliquæ mansiones vsq; ad* Finium *mansionem supra recensuimus: numeriq; fide exemplarium hoc Itinere inter eas congruunt mansiones.*

Fines MP.XX] *Supra mentio mansionis huius, cognomento* ad Fines, *facta est. Illud tamen obiter occurrit, si & hoc ad aliquam coniecturam faciendam pertinet, arbitrari me in eo quod sub eodem Duce Rhætiarum fertur, censeri Præfectum Leg. iij. Italicæ transuectioni specierum deputatæ* Fœtibus: *vt forte* Finibus *sit legendum.*

Vitudorum MP.XXII LEG.] *Regium* Vituboro MP.XXII.Leg. *sed in reliquis* Vitudoro MP.XXII Leg. *Oppidum notum ferunt esse in* Tauriacis.

Vindonissam MP XXIIII. LEG.] *Habet Regium auferendi casu: Blandinianum* Vindonissa MP.XXIII: *neq; Legio adijcitur: atq; ita in Longoliano. Neapolitanum* Vindonissa MP XXIIII. *Supra* Legionem Vindonissæ *constitutam in pagina iij. indicauimus.*

Rauracos MP.XXVII] *Hæc mansio, & quæ*

eam

eam subsequitur, in Regio desunt. In reliquis Rauracis MP. XXVII. *Videtur* Augusta Rauracorum *in Belgio designari* Germaniæ, *quæ superior vocabatur, ab* Obrinco *flumine meridiem versus: vt sit eadē, quæ* Augusta Rauracorū, *de qua infra* Vruncim MP. XXII. LEG. X] *In Regio* Vrūcis, Leugas X. *In reliquis* Vruncis MP. XXII.

Montem Brisiacum MP. XXII. LEG. XV] *Regium huic mansioni, cuius sit supra mentio, numerum* MP. *non adponit: & pro* Leg. XV. Leugas XV. *adijcit. Blandinianum* MP. XXII. *Neapolitanum* MP. XXIII: *& Longol.* XXII: *&* XXIII. *corrigit.* Brisiacs.

Elcebum MP. XXXVIII. LEG. XVIII] *In Regio* Elueto *& infra* Elbeio. *Blandinianum & Longolianum* Helueto MP. XXVIII: *neq;* Legio *adijcitur: & in Neapolitano deest hæc mansio. Ptolemæi in* Tribocis *Germaniæ superioris* Ἐλχίβος, *ad hanc mansionem pertinet: In Dionis recensione* Legionum Imperij Romani *nulla* XVIII. *&* XVIIII. *Legionis fit mentio.*

Argentoratum MP. XXVIIII. LEG. VIII] *In Regio* Leg. VIIII: *quæ in reliquis exemplaribus non adijcitur: &* MP. *numeri interea congruunt. Ego vero* LEG. VIIJ *adposui ex Ptolemæo, quia eam* Argentorato *adijcit* λεγιὼν ἡ ὀκτάβιος *Dio præterea in numero* Legionum Imperij Romani *Legionē* Octauam Augustā *in Germania superiore recensēt: cui* Argētoratum *attribuitur.*

Brocomagum MP. XX] *Regium* Brocomagno MP. XX. *Blandinianum & Longolianum* Brocomago MP. XX. *Neapolitanum* Brocomaco mpm XX. *Ptolemæo itidem post Argento-* Pag. 56.

Ammianus Marc. correctus.

ratũ, *in* Tribocis βρευχόμαγος cõlocatur. *Ammianus libro xvi.* Audiens itaque Argentoratum, Brocomagum (*ita enim lego, non* Brotomagũ) Tabernas, Salisonem, Nemetas, Vangiones, & Moguntiacum ciuitates barbaros possidẽtes, territoria eorum habitare, nam ipsa oppida, vt circundata retibus lustra declinant, primãã omnium Brocomagum occupauit.

Concordiam MP. XVIII.] *Manuscripta* Concordia MP. XVIII. *Longolianum* MP. XX. *&* XVIII. *corrigitur.* Concordia *hæc, vt arbitror, in* Tribocis *erat: Ammianus libro xvi. huius stationis meminit.* Dum hæc aguntur Rex Chonodomarius reperta copia discedendi, lapsus per funerum strues cum satellitibus paucis, celeritate rapida properabat ad castra, quæ prope Tribuncos, & Concordiam munimenta Romana fixit intrepidus. *Apparet enim munimentum illud ad Rheni ripas situm fuisse.*

Nouiomagum MP. XX] *Manuscripta, & Lõgolianum* Nouiomago MP. XX. *Ptolemæo plura huius nominis oppida constituuntur: vti in* Biturgibus *iuxta* Burdigalam, *& in* Lexobijs, *&* Bello cassijs *iuxta* Belgicam, *& in* Nemetibus, *& in* Tricastinis *item. Hæc mihi videtur vrbs esse* Nemetum, *Germaniæ superioris, prouinciæ Galliæ Belgicæ: cuius Ausonius Gallus in* Mosellæ *carminis initio meminit.*

Et tandem primis Belgarum conspicor oris
Niuomagum, diui castra inclyta Constantini.

Bingium MP. XXV.] *Numeri in exemplaribus congruunt, oppidum infra* Magontiacum *ad*

Rheni

Rheni ripas. Tacitus libro xx. Tutor Treueris comitantibus, vitato Magontiaco, Bingium cõcessit, fidens loco, quia pontem Nauae fluminis abruperat. *Non cælabo tamen vetusti exemplarũ Cornelij Taciti lectionem, quamquam* Andreas Alciatus *vulgatæ adstipulatur: Ausonij carmine Mosellæ confisus, cuius supra meminimus: ita enim in exemplari, quod in Cœnobio Carthusianorum* Aulæ Dei *asseruatur, legimus.* Tutor Treueris comitantibus, vitato Magontiaco concessit, fidens loco; & quia pontem vis fluminis abruperat. *Mihi maxime placet Alciati lectio. quam si pro vera agnoscimus, Ausonius* Bingio Nauam *traiecit. Ammianus xviij.* Et ciuitates occupatæ sunt VII. Castra Herculis, Quadriburgum, Tricesimæ, Niuesio, Bonna, Antennacum, & Bingio. *In* Notitia *Prouinciarum sub v. s. Duce Moguntiacensi, Præfectus militum* Bingensium, Bingio.

Taciti locus expẽdendus

Antunnacum MP. XVIII.] *Regium* Autũnaco MP. XXVIII. *Blandinianum* Autunnaco MP. XVII. *& item Neapolitanum. Longolianum* Autunnaco mpm. XVII. *De hoc oppido in superiore mansione Ammianum laudauimus. In Notitia Prouinciarum sub Duce Moguntiacensi, Præfectus militum Acincensium* Antonaco.

Baudobricam MP. XVIIII.] *Regium exemplar* Boudobrica. *Blandinianum, & Neapolitanum* Boudobrica MP. XVIII. *Longolianum* Bandobrica mpm. XVIIII. *Sub eodem Duce Moguntiacensi Præfectus militum Balliſtariorum* Bodobrica *recensetur. Infra Blandinianum*

Neap. & Long. Baudobica *præferunt, nam in Regio desunt illæ mansiones.*

Bonnam MP. XXII.] *Tacitus libro xx.* Scripsit Herennio Gallo Leg. I. legato, qui Bonnam obtinebat, vt arceret transitu Batauos. *Et eodem lib.* Postquam desertis Bonnensibus castris, altera se Legio miscuerat. *Et item eodem lib.* Legiones à Nouesio, Bonnaque, in Treueros, vt supra memorauimus, traductæ. *Ptolemæo post Agrippinensem Coloniam* Βόννα. *Ammiano item inter vij. vrbes, vti supra meminimus,* Bonna.

Colonia Agrippina.

Coloniam Agrippinam LEG.] *Tacitus libro xij.* Sed Agrippina quo vim suam socijs quoque nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum in quo genita erat, veteranos, Coloniam deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. *Et de moribus Germanorum.* Vbij, *inquit*, quanquam Romana Colonia esse meruerint, ac libentius Agrippinenses, conditoris sui nomine vocentur, origine erubescunt. *&c. forte leg.* non erubescunt

Durnomagum LEG. VII. Ala] *Regium* Dornomago &c. *Reliqua* Durnomago.

Duruncum LEG. V. Ala] *Regium* Geldubam Burunco *antefert: & legionem* VII. *adjicit. Reliqua à Durnomago* Buruncum *adponunt, cum* Legione v. & ala.

Nouesium LEG. V. Ala] *Regium* Nouensio Leg. VII. ala. *Blandinianum* Venensio Leg. v. ala. *Neapolitanum* Nouensio leg. v. ala. *Longolianum Blandiniani præfert lectionem, &* Nouesio

cor-

orrigitur. Infra pag. LXXXIII. *eadẽ vno consensu* Nouesiũ *præferunt. Tacito præter locum, quem hac proposuimus pagina, eodem libro xx.* Alijs, *inquit,* à Nouesio, alijs à Maguntiaco vniuersas copias aduenisse credentibus: *Et item eodem libro,* Legio XIII. cum auxilijs simul deditis à Nouesio in Coloniam Treuirorum, transgredi iubetur. *In Ammiani vulgatis, vti supra aduertimus,* Niuesium.

Geldubam LEG. VIII. Ala] *Regium* Gerduba Leg. VII. Ala: *& reliqua* Gelduba Leg. VIIII. ala *Tacitus libro xx.* Nec ausi ad hostẽ pergere, loco, Gelduba nomen est, castra facere. *Et eodem libro,* Mox adlatis Geldubam in castra nuntijs. *Et item.* Cohortes Geldubã perrexere, manentibus, vt fuerunt, castris. *Et item* Vocula Geldubam, atque inde Nouesium cõcessit. Ciuilis capit Geldubã mox haud procul Nouesio, equestri prælio prospere certauit.

Calone LEG. VIIII.] Ala Colone *habet Regium exemplar, sed infra* Calone *in itinere à* Lugduno Argentoratum. *In Blandiniano & Longoliano* Calone Leg. VIIII. Ala. *In Neapolitano deest hæc mansio, cuius mentionem alibi non reperio.*

Vetera] *Magna in R. huius mansionis diuersitas, à reliquis exemplaribus. In eo enim ita legitur,* Ala Veteris Leg. VII. Ala Ge: G. XXX. Vlpia. *Blandinianum* Veteris Leg. XXI. Castra Vlpia Leg. XXX. *& eam præferunt lectionem Nea. exemplar, & Long. Sed arbitror ex vna duplicẽ mansionem factam.* Castrorum Vlpiorum *nomine, cũ* Vlpio-

rum Castrorum *mentionem fieri non videam, sed* Vlpiæ legionis XXX. *à Ptolemæo ad* Veteram *constitutæ:* Castrorum *enim nomen* Veteribus *subauditur. Tacitus lib. xx.* Mittitque legatos ad duas legiones, quæ priore acie pulsæ, in Vetera castra concesserant. *Et eodem infra libro,* Interim Ciuilis Vetera circumsedit, *Res enim in Belgio gesta à Tacito memoratur. Ptolemæus sub* Batauoduro *Galliæ Belgicæ* οὐετερα ἢ λεγιὼν Λ. οὐλπια: *quare ex omnium exemplarium lectione: hanc concinnandam, quæ præfertur, duximus: neq; permittendũ, vt ex vnaſtatione, duæ cõſtentur.*

Burginnacium LEG. VI Ala] *Regium* Burginnacio LEG. VII Ala. *Blandinianum* Burcinatio LEG. VI. *Neapolitanum & Longolianum* Burtinatio LEG. VI. Ala: *cuius mansionis nullam mentionem reperio.* Alaribus *Legionum equitatum designari certum est.*

Alæ, equitum sunt.

Harenacium LEG. X] *Regium exemplar* Arenacio. *Reliqua* Aranatio LEG. X. Ala. *Infra iterum fit mentio* Arenacij, *&* Burginacij. *Tacitus libro xxi.* Tantumque belli superfuit, vt præsidia cohortium, alarum, legionum modicis vicis quadripartita Ciuilis inuaserit, decimã legionem Arenacij, secundam Batauoduri, & Grinnes Vadamque cohortium alarumq; castra Arenacium *vero earum Regionum periti inter* Agrippinensem Coloniam, & Traiectũ *vrbes, quibus diœceses Episcopales attributæ sunt, vltra* Nouesium *Rheno adiacentem constituunt.*

Veldidenam MP. CCLXVI. Sic.] *In Regio huius summæ numerus deest: & in reliquis constans per-*

permanet. Totius huius itineris, præter tres vltimas mansiones, ratio eodem constat ordine, itinere à Lauriaco, Augustam Vindelicum. *Neq;* Veldidenæ, *nobilis in hoc Itinerario mansionis, mentionem vllam reperire potui.*

Ad Pontes Terseninos MP. XL] *In Regio* Ad Ponte Tesseninos MP. XL. *In Blandiniano* Ad Pontestes fenios MP. XL. *In Neapolitano* Ad Pontes teffemos mpm XL. *Long* Ad potestes fenios mpm XL. *&* Ad Põtes teslonios *corrigit. Mansionis est nomen mihi incognitum.*

Parthanum MP. XX] *Hæc mansio in Regio deest exẽplari. Reliqua* Parthano MP. XX. *præferũt.*

Veldidenam MP. XXIII] *Regium* MP. XXXIII. *Blandinianum* MP. XXII. *Neap.* XXIII. *Long.* XXII. *&* XXIIJ *corrigitur.*

Per medium Augusta Vindelicum vsque Brigantiam MP. CCCXI] *In Regio* Per mediũ Augusta Vindelicũ suiue Brittantia MP. Sic: *& summæ numerus non habetur. Blandini.* per medium Augusta Vindelicum siue Brigantia MP. CCCXI. Sic: *& reliqua eandem præferunt lectionem. Mihi satis fieri veræ lectioni videtur, si pro* Suiue *quod in Regio legitur* vsque *legas:* & Brigantiam: *nã ad eã mansionẽ iter perducit: Præterea mansiones oẽs huius itineris supra recẽsentur.* Pag. 57.

Veldidenam MP. XC] *In Regio deest summæ numerus: & in reliquis* MP. XC.

Albiancum MP. XXXVIII] *Regium* Albiãcon MP. XXVIIJ. *Blandinianum* Albiano MP. XXVIIIJ. *& item Lon. Neap.* Albiano MP. XXXVIIJ: *quo numero summa ratio constat.*

Ab Aemona] *Plinius in* Pannonia *coloniam* Aemonam, *& Siſciam memorat. Ptolemæo inter Pannoniam, & Italiam, eiuſdem Pannoniæ ſub Norico ἡμῶνα. In Concilio Aquileienſi Maximus* Aemonenſis *Epiſcopus ſubſcripſit.* Siſciæ *vero celeberrimæ vrbis Dion lib. xlix ; quam Tiberius Cæſar obſidione expugnauit, quam* Colops *fluuius, &* Sauum *ambiunt, Strabo de ea lib. vij.* ἐγγὺς δὲ τῆς σεγεστικῆς ἐξὶ καὶ ἡ σύσκια φρούριον, καὶ σίρμιον ἐμ ὁδῷ κείμενα τῇ εἰς ἰταλίαν. *Plinius,* Calpis, *inquit,* in Saum influens iuxta Siſciam, gemino alueo inſulam ibi efficit, quæ Segeſtica appellatur. *In Notitia Prouinciarum ſub Duce Pannoniæ ſecundæ Ripariensis, Præfectus claßis primæ Pannoniæ ſeruitij Claßis Aegetenſium, ſiue ſecundæ Pannoniæ, nunc* Siſciæ : *& Tribunus Cohortis iij. Alpinorum* Siſciæ.

Prætorium Latouicorum M P. XXXIIII] *Regium* M P. XXXI: *& reliqua* Latouicorum M P. XXXIIII. *Plinio in vetuſtis, & vulgatis exemplaribus,* Latouici. *Ptolemæo inter vrbes ſuperioris* Pannoniæ *procul à Danubio ſitas,* πραιτώριον: *&* λατόβικοι, *in eadem* Pannonia *ad meridiem ſub* Norico *ſtatuuntur.*

Nouiodunum M P. XXXI] *Ptolemæo inter eaſdem Pannoniæ ſuperioris vrbes* νοβιόδουνον.

Siſciam M P. XXVIIII] *Hæc manſio deeſt in Regio exemplari: In reliquis congruunt numeri.*

Pag. 58. Menneianas M P. XXVI] *In Regio* Manneanis M P. XXVI : *& in reliquis* Menneianis M P. XXVI.

Inicerum M P. XXVIII] *Regium* Incero

M P.

XXVIII : *& infra in eodem* Nicero. *Blandinianum* Incero, *& infra* Inicero. *Neapolitanum* Incero, *& infra* Lincero. *Longolianum* Incero, *& infra* Inicero.

Cirtisam MP. XII] *Deest hæc mansio in exemplari Regio: Et in Blandiniano & Longoliano* Cirtisa MP. XII. *& hoc* Cirosa XV. *corrigit. In Neapolitano* Cirosa mpm XV. *Ptolemæo inter vrbes Pannoniæ inferioris sub Danubio sitas χέρτισα.*

Vlmos MP. XXII] *Supra* Vlmis Cibalas MP. XXIIII *tribuuntur: at hoc itinere* MP. XXIJ.

Arrabonam MP. XX] *Regium* Arrabone MP. XVIII: *& statim* Arrabona. *Reliqua* Arrabone MP. XX : *& postea* Arrabona. *Supra de ea mansione mentio facta est.*

Alicanum in medio Curta MP. XL] *In Regio duæ ex vna mansione concinnantur, hoc modo:* Alicano MP. XL. in medio Cuurtauione MP. XXXI: *& reliqua ad mansionem* Salle *in eo desiderantur exemplari, nulla lacuna relicta. Blandinianum* Alicano MP. XL. In medio Curta pœtauione MP. XXXI: *& eodem modo in Neapolitano, & Longoliano. sed post* Alicanum, *seu* Hilicanum, *vt statim adscribitur*, in medio Curtam *oppidum relinqui, in hoc Itinerario instituto more designatur: quemadmodum ex pluribus mansionibus supra adparet. Ptolemæo in inferiore* Pannonia, *prima inter vrbes, quæ sub* Danubio *sunt, χέρτα conlocatur.*

Hilicanum MP. XXXI] *Hæc mansio in Regio deest exemplari. Blandinianum & Longolianum*

Hilicano MP. XXXI: *cum supra* Alicanum *praetulerint. Neapolitanum* Helicanum MP. XXXI.

Salle MP. XXX] *Habet Regium exemplar: & item Neapolitanum Blandinianum vero & Longolianum* Selle MP. XXX. *& in Longoliano* Salie *corrigitur. Ptolemaeo in Pannonia superiore inter vrbes à Danubio remotas prima memoratur* σάλα.

Bassianam MP. XVIII] *Ptolemaeo inter vrbes* Pannoniæ *inferioris sub Danubio sitas* βασίανα. *In Notitia Prouinciarum sub Duce Pannoniæ secundæ Riparienſis recenſetur Tribunus Cohortis I. Thracum ciuium Romanorum caput* Basensis.

Murſellam MP. XXXIIII] *Conſentiunt exemplaria in hunc numerum: & Ptolemaeo item inter vrbes ad Danubium ſitas,* μυρσέλλα. *In Notitia* Marsoniæ *&* Murſæ *fit mentio, non tamen* Murſellæ.

Pag. 59. Bregetionem MP. XXX] *Regium* Brecentione MP. XXX. *Blandinianum & Longolianum* Bregetione MP. XXX. *Neapol.* Bregione. *Ptolemaeo in ſuperiore Pannonia inter vrbes iuxta Danubium ſitas* βρεγαίτιον. *Ammianus de Valentiniani Imperatoris morte libro xxx.* Impigre motus peragrata fluminis ripa, caſtrisq; præſidio competenti munitis, atque caſtellis, Bregetionem peruenit. *Supra mentio facta eſt, ex Notitia Prouinciarum ſub Duce Valeriæ Ripenſis Præfecti Leg. I. Adiut. cohortis V. partis ſuperioris* Bregetione.

MP. CLXVIII] *Regium* MP. CLVIII

Blan

Blandinianum MP.CLXVIII. *Neapolitanum* MP CLXVIIII: *& Longolianum* CLXVIII: *&* CLXVIIII: *sed cum in nullo sui numeri summa congruant, Blandiniani, quæ ad veram proxime accedere videtur, prætulimus: neque nostri iudicij erit, quippiam in ea varietate adserere, quod vbi lateat error, non constet.*

Cæsarianam MP.XXX] *Habet Regium auferendi casu: & Blandinianum & Neapolitanum* Cæsarea MP.XXX. *Longolianum* Cæsaria M. P.XXX.

Osonibus MP.XXVIIII] *Habet Regium exemplar: & reliqua* MP XXVIII.

Florianam MP.XXVI] *Regium habet auferendi casu: & reliqua item* Floriana MP. XXVIII. *Mihi suspicio iniecta est, hanc esse mansionem, quæ in Notitia prouinciarum* Florentia *cognominatur. Nam sub Duce Prouinciæ Valeriæ Ripensis, Equites sagittarij Altino, nunc in Burgo contra* Florentiam *recensentur: & item præfectus Classis Istricæ* Florentiæ; *atq;* Florianam, *&* Florianæ *legendum esse.* *Notitiæ locus expendendus.*

A Sopianis Acincum MP.CXXX] *In Regio* CXXV: *& reliqua* CXXXV. *& tamen in Regio vltima* Acinci *mansio deest & reliquorum inter se numeri congruunt: ac recte summam* MP. CXXXV *conficiunt: vt merito ea sit præferenda. De* Sopianis *Ammianum arbitror loqui, libro xxvij.* Maximus, *inquit*, regens quondam Romæ vicariam præfecturam, apud Sopianum, Valeriæ oppidum, obscurissime

natus

natus est patre tabulario præsidialis officij orto à posteritate Carporum, quos antiquis excitos sedibus Diocletianus transtulit in Pannoniam.

Gorsium siue Herculeum MP. XXV] *In Regio* Gorsio siue Erculi MP. XXX: *& in Blandiniano* Corsio siue Hercul. MP. XXX. *& eandem lectionem præferunt libri Longoliani. In Neapolitano exemplari* Gursio siue Hercul. MP. XXX *legitur.*

Bregetionem MP. C] *In Regio* MP. CX: *& in eo mansiones* Herculia *&* Floriana *desunt. Reliqua* MP. C. *& numeri cum summa congruunt.*

Iouiam MP. XXXII] *Huius mansionis mentio fit in Notitia Prouinciarum sub Duce Valeriæ Ripensis: nam Tribunus cohortis* Iouiæ *recensetur.*

Gurtianam MP. XXV] *In Regio* Fortiana MP. XXV.

De Italia per Istriam in Dalmatias] *Hunc titulum manuscripta & Longolianum exemplar, confecto itinere à* Sopianis Bregetionem *præferunt, qui mihi in alienum irrepsisse locum videtur. Itinera enim quinque, quæ ordine consequuntur, intra Pannonias perduci videmus: & sexto à Sirmio in Liburniam, & Illyrici maritima Salonas perducitur: & hæc itinera nihil ad Dalmatias pertinent, cuius regiones ad mare Adriaticum spectant:* & Pannoniæ *ad Septentriones vergunt. Certe eo loco melius, ni fallor, conueniet, qua Iter ab* Aquileia per Istriam *extra mare* Salonas *dirigitur: atq; ideo in eum reiecimus locum.*

Antonini locus expendendus.

Vari-

Varianas MP.XXIIII] *Regium* MP.XXII. *reliqua* XXIIII : *quo numero recte summa* CXXXiiij *conficitur, qua in Regio, vti in reliquis, praefertur.*

Aquas Baliſſas MP.XXXI] *Regium* Aquis Baliſſis MP.XXXj. *Blandinianum* Aquis Baliſſis MP.XXX. *Neapolit.* Aquis Baliſſis MP. XXX. *& Longolianum* Aquis Baſillis MP.XXX. *&* Baſiſſis *corrigitur.*

Siſciam MP. CX] *Habet Regium exemplar: & tum numeri manſionum eius, quos adpoſuimus, ſummam* MP CXX. *conficiunt: & in reliquis* MP. C. *legitur, neq; eorum ratio conſtat.*

Aquauiuam MP.XXXVIIII]*Regium exemplar habet auferẽdi caſu: &* reliqua Aquauiua M. P.XViij. *In reliquis manſionibus omnium congruunt numeri.* Pag. 60.

Dautoniam MP XXIIII]*Regium exemplar habet auferendi caſu: & in reliquis* Dautona *legitur. In Ptolemæi libris in ſuperiore Pannonia, inter vrbes ab Danubio remotas* ἀνδαυτόνιον *memoratur: qua forte* δαυτόνια *eſt.*

MP.LXXXVIII]*Habet Regium exemplar, & Neapolitanum. Blandinianum* LXXXVIIII. *quod* Muteni XVIIII MP. *tribuit: & item Longolianum, ſed* XVIII. *corrigit. Hæ quatuor manſiones ordine eodem pag.* LII. *à* Sirmio Lauriacum *diuerſis numeris interijciuntur.*

Iter ab Acinco &c.] *In Regio,* Iter ab Acino Cruneroque caſtra conſtituta ſunt MP.XLIII: *cum eius exemplaris numeri ſummam conficiant* XLII MP. *Blandinianum* Iter à Bicinco

Crume-

Crumeroque castra constituta. Sintio MP. XLII. *Neapolitanum*, Item abicinquo crumeroque castra constituta sentio MP. XLII. *Et Longolianum* Iter à Cinco Crumeroque castra constituta Scintio mpm XLII. *Mihi hic titulus praue inscriptus videtur; præsertim quod mansionis* Soluæ *nomen desit, quo iter ab Acinco perducitur. & Crumeri item mansio, per quam iter dirigi innuitur, inter reliquas non recensetur; cuius supra ad Lacum felicis in medio constituti pag.* LIV. *mentio facta est: atque ea regione* Crumeri castra *cõstituta esse, satis hoc itinere adparet, quòd* Vlcisiæ, *&* ad Herculem castrorum *nomen adijcitur.*

Ptolemæi loci restituti.

Cirpin mansio MP. XII] *Ptolemæo inter vrbes Pannoniæ inferioris ad Danubium sitas* σαλδα χαρπίς: *pro* σολδα, *vti ego arbitror, &* χιρπίς. Cirpis *in Notitia Prouinciarum sub Duce Valeriæ Ripensis fit hoc modo mentio. Equites Dalmatæ* Cirpi. *Auxilia Fortentia* Cirpi. *Præfectus mil. secundæ adiutricis* Cirpi. Soluæ *item sub eodem Duce, cuneus equitum scutariorum* Soluæ. *& equites Mauri* Solua. *Plinius inter Noricorum vrbes* Soluense *oppidum commemorat.*

Ad Herculem castra MP. XII] *Mansionis* ad Herculem *in Notitia prouinciarum sub eodem Duce Valeriæ Ripensis fit mentio: nam equites Dalmatæ* ad Herculem, *& auxilia* Herculanensia, ad Herculem *recensentur.*

Pag. 61.

Iter à Sirmio Salonas MP. CCLXXVI] *Regium* MP. CCLXXXIIII: *& reliqua* CCLXXVI.

Buda-

Budaliam MP. VIII] *Manuscripta & Longolianum auferendi casu. Eutropius Decium Imperatorem è Pannonia inferiore* Budaliæ *natum perhibet: tametsi* Bubaliæ *legitur. Idem erratum Chronicon D. Hieronymi occupauit: cum prodit Decium è Pannonia inferiore* Eudaliæ *natum. In vetustissimo D. Laurentij eiusdem Chronici exemplari, quod ego cum vulgatis contuli,* Burdali *legitur.*

Eutropius e correctus & Euſebij Chronicon emendatum.

Spanetam MP. VIII] *Habent Regium & Neapolitanum exemplar, auferendi casu. Blandinianum & Longolianum* Hiſpaneta MP. VIII: *ſed in hoc* Spaneta *corrigitur.*

Vrbate MP. XXV] *In manuscriptis & Longoliano exemplari legitur:*

Seruittim MP. XXIIII] *Regium & Blandinianum* Seruitti MP. XXIIII. *Neapolitanū* Seruitei MP. XXIIII. *Longolianum* Serunti MP XXIIII: *& in eo* Seruitei *corrigitur.*

Ad Ladios MP. XXIIII] *In Regio & Blandiniano exemplari legitur, & Longoliano. Neapolitano* Ad Latlios MP. XXIIII

Aemate MP. XVIIII] *Regium* Aemate MP. XVIII. *Blandinianum & Longolianum* Aemate MP. XVIIII. *Neapolitanum* Emate MP. XVIIII.

Leuſabam MP. XIII] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Neapolitanum* Leuſaua MP. XIII: *Longolianum* Leuſana MP XIII.

Aequum MP. XVII] *Regium* Equo

MP.

MP.XVII. *Reliqua veram retinent lectionem, Aequo enim præferunt: vt sit oppidum, quod inter vrbes Dalmatiæ mediterraneas* Coloniæ *cognomento est ἀχαῖον κολώνια Ptolemæo.*

Salonas MP.XXI] *Hæc mansio in Regio deest exemplari. Reliqua in numero itidem conueniunt. Plinius, ex vetustis exemplaribus, in* Liburniæ *descriptione:* Salona Colonia ab Iader CXII M. P. *tametsi in Toletanæ bibliothecæ exemplari* CCXII *legitur. Ex inscriptione item vetusti lapidis dedicationis aræ, ex* Salonis *Patauium aduecti, numero singulari.*

SIS. VOLENS. PROPITIVS. MIHI.
COLLEGISQ. IVLIAE.
SALONAE.

Cæsari pluritum numero Salonæ, *libro iij. de Bello Ciuili:* Hoc confecto negotio à Salonis ad Orici portum, stationes, litoraque omnia longe lateque classibus occupauit. *Auctori Commentarij Alexandrini* Salona. Adeo, *inquit,* est à barbaris contemptus, vt Salonam se recipiens in oppidum maritimum, quod ciues Romani, fortissimi fidissimique incolebant, in agmine dimicare sit coactus. *Notum est Lucani carmen, lib. iij. vers. 405.*

Quà maris Hadriaci longas ferit vnda Salonas,
Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.

Ptolemæo in Illyridis *ora maritima* σάλωναι κολώνια. *Stephanus diuersum oppidum* Salonam à Salonis *commemorat:* σάλωνα πόλις Ἰλλυρίας, τὸ ἐθνικὸν σαλωνίτης, εἰσὶ καὶ Σαλῶναι πόλις Δαλματίας, ὧν σαλωνεὺς τὸ ἐθνικόν.

Iter ab Aquileia] *Huic titulo prætulimus ea, quæ supra in alienum locum effluxerant*: De Italia per Istriam in Dalmatias, *ea ratione, quam commemorauimus.*

MP.CXCVIII] *Regium* Iter ab Aquileia per Istriam Salonas MP.CI. *Librarij manifesto errore, quod arbitratus sit, hoc iter ab* Aquileia Polam *perduci: cum maritimum traiectum sinus* Liburnici, *qui ab Antonino interijcitur, tanquã aliud subsequi iter videret. Blandinianum & Longolianum* Iter ab Aquileia per Histriam extra mare Salonas MP.CXCVIII. *Neapolitanum* CXCVIIII. *Plinius* Aquileiam Coloniam XII. MP. *à mari sitam perhibet.*

Fontem Timaui MP.XII] *In hunc numerũ consentiunt exemplaria: & infra Regium* Ab Aquileia ad Timaui fontem XII. MP. *tribuit: & reliqua* XVI MP. Timaui *hunc* fontem *à Strabone, & Virgilij carmine explicari plane video: cum* Timauum portum, & Lacum, *miro decore memorabilem describit: septemq; fluuiatilis aquæ fontes, mare statim irrumpentes, lato & profundo fluuio: è quibus reliquos, vno duntaxat excepto, salsas habere aquas Polybium asserere: locumq; ipsum maris* fontem, & matrem *ab indigenis cognominari. Virgilius nouem celebrat* ora, *vnde* vasto cum murmure montis. Pag.62.

It mare præruptum & pelago premit arua sonanti.

Huic rationi omnino aduersus, & repugnans, Pomponius: Interfluit *inquit* Timauus, nouem capi-

tibus exsurgens, vno ostio emissus. *Plinius tamen* Ostia Timaui *appellat.*

Tergeste MP. XII] *Pomponio*, Tergeste intimo in sinu Hadriæ situm finit Illyricum. *Plinius, ex peruulgatis libris*, Tergeste Coloniam XXIII. MP. ab Aquileia distare *tradit: & hoc Itinerario* XXIIII. MP. *distat: vt plane legendum in Plinio arbitrer* XXIIII: *vetusta certe exemplaria* XXXIII. *præferunt. Strabo libro v.* Tergeste *castellum ab Aquileia* CLXXX. *stadia distare tradit.*

Parentium MP. XVIII] *Regium* Parentium MP. XVIII. *Reliqua* Parentium MP. XVIII. *Plinius*, Oppida Istriæ ciuium Ro. Aegida, Parentium. *Ptolemæo item iuxta* Polam *in Istria* παρέντιον.

Polam MP. XXXI] *Strabo libro vij. vsque ad* Polam *Istriæ vrbem sua ætate Imperatores Italiæ terminos promouisse auctor est: qui ab intimo sinu stadiorum circiter octingentorum sint.*

In Plinio varia lectio. *Plinius in peruulgatis libris*, Parentium, Pola, quæ nunc Pietas Iulia, quondam à Colchis condita, abest à Tergeste, C MP. *sed in vetustis* Nesactium *oppidum à Tergeste, non* Polam C. MP *distare videtur.*

Stadia CCCCL.] *Omnia exemplaria in hunc stadiorum numerum traiectus sinus* Liburnici *consentiunt.* Stadijs *Græci, ac Latini auctores nauigationum mensuras definiunt. Marcus Cicero vnus nobis, vt illi Cato, sit pro centum millib. Ad Tironem scribens*: Tertio die abs te ad Alyziam

Stadia.

ziam acceſſeramus. Is locus citra Leucadem ſtadia cxx. *Ac poſt* nauigans Leucadem tenuit, atque inde Actium: Inde Corcyram nauigauit: Et à portu *inquit*, Corcyræorum ad Caſſiopen ſtadia cxx proceſſimus. *Ea ratione in Itinerario maritimo Antonini nauigationes* ſtadijs *peragi traduntur.*

Blandonam M P. XX] *Manuſcripta & Longolianum* Blandona M P. XX. *Ptolemæo inter vrbes* Liburniæ *in* Illyrico βλανώνα. *Præterea mihi in mentem venerat, eandem eſſe* Blandenonã, *apud Ciceronem ad Q Fratrem.* A.D IIII. Non. Iun. quo die Romam veni, accepi tuas litteras, datas Placentiæ: deinde alteras poſtridie, datas Blandenonæ, *vt Illyrico Q. Frater Cæſaris Legatus, eo præeſſet tempore* Illyricum *enim cum Gallijs Cæſar conſulari imperio obtinuit: ac fieri poſſe arbitrabar, vt ex* Parentio, *Iſtriæ oppido ciuium Romanorum, quod à* Blandenona LI. M P. *aberat, librarij in* Placentiam *verterint: Neque me ab ea opinione diuellere poterat vetuſtorum librorum conſenſus, in quibus etſi* Placentiæ *legitur*, Blandenonæ *tamen nomen retinent, ſed plurimum Caroli Sigonij, & Dionyſij Lambini auctoritati tribuendum video, qui apud Ciceronem pro* Blandenonæ, Laude Nonis *legendum arbitrantur.* *Cic. ad Q. fratrem locus excuſſus.*

Arauſam M P. XX] *Ptolemæo inter vrbes Liburniæ mediterraneas, in qua regione* Blanonam *conlocat*, ἀραυζῶνα, *forte pro* ἀραύϛα.

Tragurium MP. XVI] *Regium* Tragurio MP. XV: *& Reliqua* XVI. *Plinius inter vrbes Liburniæ* Tragurium *ciuium Romanorum marmore notum recenſet.* Tragurium *inter nobiliores eius ſinus inſulas Strabo cõmemorat: & Ptolemæus inter eas, quæ Dalmatiæ adiacent, inſulam, & vrbem.*

Siſciam MP. CCXIII] *In Regio ſummæ numerus deeſt. Blandinianum & Longolianum* MP. CCXIII. *Neapolitanum* CXIII.

Ad Malum MP. XVIIII] *Regium* XIII. *Blandinianum & Longolianum* XVIIII. *Neapolitanum* XVIII.

Ad Titulos XVII] *Regium* xij. *& reliqua* xvij.

Tharſaticum MP. XVII] *Regium* Tarratico MP. xvij. *& reliqua* Tharſatico MP. xvij. *Ptolemæo in Illyridis ora maritima* ταρσατίκα.

Seniam MP. XX] *Regium* Senia MP. xxiiij. *& reliqua* MP. XX. *Ptolemæo item inter eaſdem vrbes* σένια.

Auendonem MP. XVIII] *Regium* MP. xvij. *& reliqua* xviij.

Quadratum MP. XIIII] *In Regio, Blandiniano, & Longoliano* Quadrata: *& in Neapolitano* Quadranta. *Sed cum ſupra eadem bis ſummo conſenſu* Quadratum *præferant, & exemplaria Notitiæ prouinciarum eam obtineant dictionem,* Quadrati *nomen retinendum iudico. Neq; quemquam mouerit, quod ſupra in itinere ab Aemona per Siſciam Sirmium* Quadrato Siſciam MP. xxviiij. *adſignentur, & hoc* XXXV. M. *numerentur:*

cum

eum illud directo itinere, nullo in medio oppido relicto, confici videatur: & in hoc itinere ad mansionem, quæ ad Fines *erat, deflexerit.*

Veronam MP.CCLXX] *Regium* cclxij: *& reliqua* MP.cclxxij.

Abuzacum MP.XXXVI] *Regium* Abuzam MP.XXXVj. *Blandinianum & Longolianum* Abuzaco MP.XXXVj. *Neapolitanum* Abuzato MP. XXXVj. Abusiacum *oppidum esse Rhætiæ primæ perhibetur.*

Parthanum MP.XXX] *Nunc* Bartenkirch *in Vindelicis esse traditur.*

Veldidenam MP. XXX] *Deest hæc mansio in exemplari Regio. Supra* Parthano Veldidenum MP.XXiij. *adsignantur & hoc itinere* XXX: *tanta est itinerum diuersitas.*

Endidas MP. XXIIII] *adponimus, quod in Regio recto casu* Endidæ *legatur. In reliquis* Endide MP.XXiiij.

Tridentum MP.XXIIII] *Strabo*, Leponțios, & Tridentinos, & stonos, *qui Italiam tenerent, superioribus annis latrocinari memorat. Plinius ab ijs* Tridentinas Alpes *cognominat*: Rhæticumque *oppidum appellat. Ptolemæus* Cenomanis *attribuit. Ammianus libro xvi. de Constantio*, Tricesimo postquam ingressus est die, III. K. Iun. ab vrbe profectus, per Tridentum iter in Illyricum festinauit.

Ad Palatium MP. XXIIII] *Dion libro liij. inter honores Augusto decretos, perhibet, vt ante ipsius domum* in Palatio *Lauri statuerentur. Nam Imperatoris ædes* Palatium *cognominabantur: non quod* Palatium, *Imperatoris ædes.*

quod ita constitutum decreto esset, sed quod in Palatio *Cæsar habitaret: ibiq; prætorium eius sisteretur: & multum splendoris domus eius ab eo monte acciperet, propterea quod in eo quondam Romulus inhabitasset. Nam etsi alibi Imperator domicilium suum conlocaret, tamen id quoque* Palatij *nomen obtinuit. Inde Mediolani, Rauennæ & Aquileiæ, atque alijs in locis, Cæsarum domus* Palatia *cognominabantur: & Claudianus Poeta de consulatu.* VI. *Honorij, conquerens Romæ vrbis nomine, quod Honorius Rauennæ diu commoraretur, inquit:*

Cur mea quæ cunctis tribuere palatia nomen,
Neglecto squalent senio. ——

Pag. 63. Viam Beloio. MP. XXX.] *Regium* Viam Bellono MP. XXX. *Blandinianum & Longolianum* Beloio. *Neapolitanum* Viam Boloro MP. XXX. *Suspicor* Viam Beluno *esse legendum, quod Plinius iuxta opitergium,* Belunam, *inter Venetorum oppida; & Ptolemæus in Venetiæ regionis mediterraneis* βελδνον *conlocet. Laurentij* Belunensis *Episcopi Paulus Diaconus meminit libro de gestis Longobardorum* III.

Laricem MP. XXIIII.] *Regium* Lacire MP. XXIIII. *Blandinianum & Longolianum* Larice MP. XXIIII. *Neapolitanum* Larico MP. XXIIII.

Sanctícum MP XXVII.] *Regium* Sanctico MP. XXIIII. *Reliqua.* Sanctico MP. XXVII. *Ptolemæo in Noricis* σιαντικόν.

Virundum MP. XXX.] *Regium* Virundo

MP.

MP.XXX. *& reliqua* Viruno MP.XXX. *Plinius*, In Norico Rhætis iunguntur Norici. Oppida eorum Virunum *&c. Ptolemæus in Norico* οὐιρῶνον. *Suidas, de* Virunio *Norici vrbe, nomen à viro vno deducit.*

Candalicas MP. XX.] *habent Regium exemplar & Neapolitanum. Blandinianum* Candalicas MP.XX. *& Longolianum itidem: sed hoc* Candalicas *corrigit.*

Monate MP. XXX.] *placet vetustissimi Regij exemplaris lectionem retinere, in quo hæc præfertur: cum reliqua* Montana *exponant.*

Sabatincam MP.XVIII.] *habent manuscripta auferendi casu. Longolianum* Sabatinca MP.XVIII.

Gabromagum MP. XXX.] *Regium* Garomago MP. XXX. *& reliqua* Gabrumago MP XXX.

Tutationem MP.XX.] *Hæc mansio in Regio deest exemplari: quæ præfertur in reliquis.*

Lauriacum MP.XXVI.] *Regium* XXVII. *& reliqua* XXVI. *qui verior adparet numerus: nam supra pagina* LII. Lauriaco Ouilabim MP. XXVI. *constituuntur.*

Mediolanum vsque CXXXVIII.] *in Regio & Neapolitano in quibus summæ numerorum ratio constat. Blandinianum* MP. CXXXVIIII. *Longolianum* CXXXVIIII. *&* CXXXVII. *corrigit.*

CVRIAM MP. XXXXX.] *Id oppidum Paulus Diaconus, libro sexto de gestis Longobardorum*

Coriam *videtur cognominare, & Rhetorum ciuitatem appellat. Notum id oppidum est, supra quod* Inalpini Rheti, *quos* Grisones *nuncupant imminent.*

Tarvesede MP.LX.] *habent manuscripta, & Longolianum.*

Ad Lacum Comacenum MP.X.] *Regium* Ad Lacum Comanicum MP.X. *Reliqua* ad lacum Comacenum. *Hoc cognomento* Lacum Larium *appellari, à* Como *oppido: quemadmodum hodie mos est, mirum videtur. Praterea à* Como Comense *ducitur à Plinio*: In Comensi, *inquit,* iuxta Larium Lacum fons largus, horis singulis semper intumescit ac residet: *& ipse à Tranquillo,* Nouocomensis *appellatur, in vita, si modo Suetonij ea est.*

Plinius Nouocomensis.

Ad Tricensimum] *Legitur in Regio, vti supra* Ad Vicensimum. *In reliquis* ad Tricesimum.

Iuliam Carnico MP.XXX.] *In Reg. exemplari deest hæc mansio. In reliquis,* Iuliam Carnico *legitur, mansione mihi penitus ignota: nisi* Forum Iulium *in* Carnorum *mediterraneis celebre oppidum sit: &* Iulium Carnicum *legas. Nã è* Carnis *gentile nomen* Carnicum *deduci, Plinius, non minus insignis artis Grammatica, quam naturæ magister, nos docere potest.* Sanè, *inquit,* ex Alpibus Carnicis placidior *Hic ipse auctor* Iuliẽses Carnorum *recenset.*

Pag.64.

Loncium MP.XXII.] *In Regio* Longo MP. XXII. *Blandinianum* Loncio MP. XII. *& item Longolianum: sed in hoc* XXI. *corrigitur. In Neapolitano.*

politano, Loncio MP. XXII.

Aguntum MP. XVIII.] *Regium & Blandinianum.* Agunto MP. XVIII. *Neapolitanum* Agunto MP. XVII. *Longolianum* MP. XVIII. & XVII. *corrigitur. Plinio inter* Noricorum *oppida recenſetur* Agūntum: *& Ptolemæo item in* Norico ἄγυντον.

Littamum MP. XXIII.] *in Regio & Blandiniano auferendi caſu legitur. Neapolitano* Littamo MP. XXIIII. *Longoliano* MP. XXIII. & XXIIII. *corrigitur.*

Vipitenum MP. XXXIII.] *In Regio* MP. XXXiiij. *& in reliquis* MP. XXXiij.

Veldidenam MP. XXXVj.] *In Regio* XXVj *& reliquis* XXXVj.

Ab Opitergio Tridentum MP. CX.] *In Regio* Ab Opitergio Tridento MP. CviiJ. *In Blandiniano & Longoliano duo hæc verba* ab Opitergio *deſunt: & Longolianum* Vterzo *tantum corrigit: ac* Tridento MP CX. *præferunt: quo numero recte ſumma conficitur.*

Ad Cepaſias MP. XXViij.] *In Regio,* Ad Ceraſias MP. XXXiiij. *In reliquis* ad Cepaſias MP. XXViij.

Feltriam MP. XXViij] *Vrbs Cæſaris carmine, vt Pe. Bembus in hiſtoria auctor eſſe voluit, non nota tantum, ſed etiam* nimio rigore damnata. *Fontei* Feltrini *Epiſcopi Paulus Diaconus libro de geſtis Longobardorum* III. *meminit.*

Auſugum MP. XXX] *In Regio* Auſuco MP XXX. *& in reliquis* Auſugo.

Concordiam MP. XXXi.] *Regium* XXXV. *reliqua vero* XXXi.

Altinum MP.XXXI] *In Regio deest hac mansio: & reliqua* Altino MP.XXXI.

Patauium MP.XXXII] *Regium* Patauis MP. XXII. *& reliqua* MP.XXXII. *Supra pag.* XXIX. Patauio Altinum MP XXXIII *constituuntur.*

Anneianum MP. XX] *Regium* Anneiano MP.XX. *Blandinianum* Aneiano MP.XX. *& infra* Anneiano. *Neapolitanum* Aneiano, *& infra* Antiano. *Longolianum* Anetiano: *& infra* Anneiano.

Vicum Varianum MP.XVIII] *Regium, & Blandinianum* Vico Variano MP.XVIII. *Neapolitanum* MP.XVII. *Longolianum* Vico Feruino MP.XX. *&* Seruino *corrigit.*

Mutinam MP.XXIII] *Regium* xiij. *& reliqua* xxiij.

Bononiam MP.XVIII] *Manuscripta & Longolianum* MP XVIIJ. *cum sequenti itinere in eisdem* à Mutina Bononiam MP.XXV. *numerentur.*

Hostiliam MP.XXX] *Hostilia Veronensium vici, Tacitus libro xviiij. meminit.* Mox Cæcinna inter Hostiliam vicum Veronensium, & paludes Cercari fluminis *(ita enim in vetusto legitur exemplari, non* Tartari) castra permunijt. *Et eodem libro:* Abrupto ponte Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt: *Et item eodem libro,* quorum indicio noscitur. VI. Vitellianas legiones, omnemque exercitum, qui Hostiliæ egerat, eo ipso die XXX MP. emensum, comperta suorum clade, in prælium accingi, ac iam adesse. *Hodie nomen seruat.*

Colica

Colicariam MP.XXV] *In Regio* Colicaria MP.XXV: *& in Blandiniano. Neapol. vero* Colocaria MP. XXX. *Longolianum* Colicaria MP. XXV: *&* Colocaria *corrigitur: forte* Calcariam *legendum est: cuius nominis mansionis ad* Massiliam *sit infra mentio.*

A Vercellis Laudem MP. LXX] *In Regio* MP.LX. *& tamen numeri eius mansionum* LXX. MP *summam conficiunt. In Blandiniano* MP.LXX: *nec numeri, qui in eo exemplari praferuntur, summam eam conficiunt. Idem in Longoliano euenit. In Neapolitano* MP.LX.

Laumellum MP. XXV] *In Regio, Blandiniano, & Longoliano* Laumello MP.XXV. *In Neapolitano deest hac mansio. Ptolemæus in Libicis, qui sunt sub* Insubribus Vercellis, *γαύμελλον adiungit, pro λαύμελλον. Ammianus libro xv.* Comitatu paruo suscepto Cal. Dec. egressus est: deductusque ab Augusto adusque locum duabus columnis insignem, qui Laumallum interiacet, & Ticinum.

Brixellum MP. XXX] *Regium* Brixello MP.XXX. *& reliqua* Brixello MP.XXX. *Sunt qui* Brixillum *scribendum censeant. In Plinij vetustis libris*, Bruxillum *legitur. In Taciti item exemplari vetusto, libro decimo octauo.* Brixellum, *& Ptolemæo in Gallia Togata βριξελλον.* P.g. 65.

Mutinam MP. XXVII] *Regium* MP. XVIII, *& à* Cremona Bononiam MP. LXXXviij.

Blan-

Blandiniano MP. XXVj. *cum ſummam* MP.CXij. *adponat, neq; eam conficiat, vno dempto milliario: quare legendum adparet* MP.XXVij. *quemadmodum in Neapolitano legitur, quo numero ſummæ ratio conſtat.*

Lucam MP.CXX] *In Regio* MP. CXV: *& tamen manſionum numeri eius exemplaris ſummam* MP.CXX *conficiunt, & reliqua* MP.CXX. *numeri manſionum inter ſe congruentibus.*

Florentiam MP. XX] *In manuſcriptis, & Longoliano* Florentia MP.XX: *ſed in Longoliano* Florentia *corrigitur. Tot vetuſtos auctores* Florentiæ *vrbis mentionem feciſſe videmus, vt mirum videri debeat, eam rem in dubitationem vertiſſe: Ptolemæo inter mediterraneas Tuſcorum vrbes* φλωρεντία. *Procopius præterea de bello Gothorum libro iij & Suidas eius mentionem fecere, vt dubitationem omnem, vetuſtiſſimum exemplar v. librorum Cornelij Taciti, à Philippo Beroaldo iuniore in lucem editum, ſuſtulit: cuius libro primo,* Auditæque, *inquit,* municipiorum Coloniarumque legationes, orantibus Florentinis, ne Claris ſolito alueo demotus, in amnem Arnum transferretur, idque ipſis perniciem adferret *Agathias libro primo,* Florentiam, *&* Centum cellas *parua Tuſciæ oppida eſſe memorat. Vetuſta præterea ipſi lapides teſtantur, quorum inſcriptiones* Petrus Victorius, *noſtræ ætatis vir doctiſſimus, & mihi ſumme carus, expoſuit.*

Florentiæ vetus nomen.

Via clodia] *Hæc via* Flaminiæ *adiungebatur, quod Naſonis carmine apparet, primo de Ponto libro.*

Ne

Nec quos pomiferis positos in collibus hortos
Spectat Flaminiæ Claudia iuncta viæ.

Per clodiam MP.CCXXXVIIJ.] *Habent manuscripta & Long. & in Regio duarum mansionum primarum numeri desunt.*

Arretium MP.XX] *In Regio* Adretio MP. XXV. *quo satis indicat* Arretium *scribendum. Blandinianum item exemplar peruetustum* Arretio MP. XXV. *Ptolemæo* ἀρρήτιον. *Liuius lib.x.* Vulsinios, Perusiam, & Arretium, tres validissimas vrbes, Etruriæ capita *appellat. Strabo ab* Arretio *Romam* I.CC *stadia intereſſe, &* Clusio DCCC *memorat.*

Vulsinios MP.XXX] *Manuscripta & Longolianum* Vulsinis MP.XXX. *vt satis appareat, oppidum plurium numero veteres protulisse. Ptolemæo tamen* οὐολσίνιον. *Capitolini lapides* Vulsinios, *&* Vulsinienses *edunt. Plinius libro ij.* Qualiter cum Vulsinij, oppidum Tuscorum opulentissimum, totum concrematum est fulmine.

Baccanas MP.XII] *Habent Regium & Blandinianum & Longolianum. In Neapolitano* Dactanas MP.xij.

Dertonam MP. CCXXVIIII] *In Regio* ccxxviij. *Blandinianū* ccxxviiij: *In Neapolitano* xxviiij. *vt satis adpareat à librario* cc *numerum omissum fuisse. In Longoliano item* ccxxviiij. *Supra pagina* xxij *mentio facta de* Aemilia via, *quæ à* Scauro Dertonam vsque *perducta est.* Pag.66.

Curuam Cæsenam] *Regium* Curua Cuesena MP.XX. *Blandinianum* Curua Cæsena MP. XX. *In Neapolitano* Caraa Cesena MP.XX: *&*

Lon-

Longolianum Curua Cesena xx. *Supra pagina* xxii Cæsenæ *cognomento Ciuitatis facta est ab Antonino mentio: neq; quò spectet* Curuæ *cognomentum, assequi possum.*

Tannetum MP.X] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum. In Neapolitano* Tanetum MP.X. *Liuius* Tanetum *vicum* Pado *propinquum vocat libro xxi. & libro xxx. eius meminit Plinius in Regione* viij. *Italiæ,* Saltusque Galliani, qui cognominantur Aquinates, Tannitani. *Ita enim in peruetustis exemplarib. Toletano, & Cæsaraugustano legitur. Ptolemæo inter vrbes Galliæ Togatæ* Τάνιτορ*: & Polybio libro iij.* Τάνητος χώρη. *Mihi in mentem venit in epistola Ciceronis ad Atticum libro i. vbi legitur* Syllanorum hominum possessiones confirmabam; Volaterranos & Artemitanos, quorum agrum Sulla publicarat, in sua possessione retinebam: *legendum esse,* Volaterranos, ac Tannetanos.

Ciceronis locus expendendus.

Florentiam MP.X]. *Manuscripta, & Longolianum* Florentia MP. *Nec tamen video, quem locum hic obtinere possit: cum à Fidentia, & Parma,* Florentiam versus, *retro iter agatur, ab eo quod* Dertonam *propositum hoc itinere fuit: ac suspicor ex margine libri irrepsisse: cum ab aliquo* Fidentia *in* Florentiam *verteretur: ac postea vtrique locum datum. A Plinio in octaua regione* Fauentini, & Fidentini *recensentur & præterea* Fluentini, *in præfluenti Arno appositi. A Ptolemæo, vti supra monuimus,* Florentia

Antonini locus.

tia, Tuscis *attributa, inter vrbes* Galliæ Togatæ φιδέντια *iuxta* Placentiam, *& prope* Cælenam φαιδέντια *commemorantur: quare asteriſco eam manſionem ſignaui.*

Comillomagum MP.XXV] *In Regio* Comillomago MP.XXVI. *Blandinianum* Cum illo mago MP.XXV. *In Neapolitano* Cum illo mago MP.XXVj: *&* XXV. *corrigit. Longolianum* Cumilo mago MP.XXV.

Iriam MP:XVj] *Regium, Blandinianum, & Longolianum* Iria MP. XVj. *Neapolitanum* Iria MP.XXVj. *Plinius*, ad Padum amnem omnia nobilibus oppidis nitent, Libarna, Dertona colonia. Iria. *Ptolemæo in* Taurinis ἴρια.

Dertonam MP.X] *Strabo medio inter* Placentiam, *&* Genuam *itinere* Dertonam *conſtituit: ab vtraque* ccc ſtad *diſtantem.*

Piſas MP.XII] *In Regio* MP.X. *Blandinianum & Longolianum* MP.XII. *Neapolitanum* MP.XV.

Lunam MP.XXXIII] *Neapolitanum* XXiij. *Reliqua* MP.XXXIII. *Plinius* primum Etruriæ oppidum Luna, portu nobile, colonia Luca. *Strabo, & vrbem, & portum* Lunæ *eſſe, Græcis memorabiles. Inter* Lunam *item &* Piſas Macræ *tractum eſſe, quo Tuſciæ atq; Liguriæ termino pleriq; ſcriptores vſi ſint: vt appoſite hoc Itinerario hæc itinera ſingularia à* Luca Piſas *& à* Luca Lunam *interijciantur.*

Via Aurelia] Viam Aureliam *ad inferum mare fuiſſe, Cicero docet. Ait enim in Antonium*

nium Philipp.xij. Tres viæ ſunt ad Mutinam: ſupero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Caſſia.

Et Alpes maritimas] Alpium maritimarum *mentio apud Ptolemæum, & nationes* Alpium maritimarum *in ius Latij tranſlatas auctor eſt* Tacitus. *& libro xvij.* Maritimas, *inquit*, tum Alpes tenebat procurator Marius Maturus. Is concita gente, nec deeſt iuuentus, arcere prouinciæ finibus Othonianos intendit. *In* Georgio *oppido Delphinatus in via militari, qua Mediolanum ducit, prope* Druentiam *amnem ſito, quod ab* Ambruno *metropoli* XVj. MP. *abeſt, Cippum cum hac inſcriptione, in auerſa eius parte, vidi, anno M.D.L. cum Romam iter haberem.*

PIO PRINCIPI
..... INVICTO
RESTITVTORI ORBIS
PROVIDENTISSIMO
RETRO PRINCIPVM
..... B OMNES
FORTISSIMO
NANIVS RVF. KARVS. V.F. PROC. II.
PRAEFECTVS ALPIVM MARITIMAR
DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQ
EIVS.

Arelatum vſque DCCXCVj] *In Regio* Arelatum vſque DCCXCV: *& reliqua* Arelatum vſq MP. DCCXCVj. *& omnia eadem in huius itineris fine*; Arelate *fuit rectus caſus priſcis auctoribus* Arelas. *Straboni non recte in vulgatis exemplaribus* ἀρελάταις: *pro* ἀρελάτε. *Item à Pomponio, Tranquillo*

Arelas & Arelate opp.

quillo, & Ammiano Arelate. *A Festo Avieno, vt arbitror, non recte pro* Arelatum, Arelatus *illic ciuitas attollitur,* Theline *vocata, sub priore sæculo, Graio incolente, Ptolemæo* ἀρελᾶτον κολώνια. *Ausonius Gallus.*

Pande duplex Arelate, tuos blanda hospita portus:
Gallula Roma Arelas, quam Narbo Martius, & quam
Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.

Duplicem *enim vrbem* Arelate *Ausonius, eam ob causam, in fine carminis* Mosellæ, *adpellat.*

—— Duplicemq; per vrbem
Qui meat, & dextræ Rhodanus dat nomina ripæ.

Et *epist. quadam ad Paulinum:*

Vtq; duplex Arelas, Alpinæ tecta Viennæ.

Lorium MP. XII] *Omnia exemplaria* Loria *præferunt; ego* Loriam *legendum arbitror. Iulius Capitolinus Antoninum Pium* Lori *educatum refert, in* via Aurelia, *vbi palatium extruxit,* cuius, *inquit,* hodie reliquiæ manent: *& apud* Lorium *alienatum in febri. Eutropius eadem attribuit milliaria, nam obijsse apud* Lorios *villam suam, milliario ab vrbe* XII. *auctor est.* *Antonini pij obitus.*

Pyrgos MP. XII] *Habet Regium & Neapolitanum: atq; infra itidem à* Turrium *mansione* XII. MP. *assignantur. Blandinianum* Pyrgos MP. XI: *& Longolianum, sed* XII. *corrigit: & infra* XII. MP. *proferunt. Rutilius Numatianus* Ostiensi *portu soluens, ita in Itinerario prosequitur, libro*

Alsia prælegitur tellus, Pyrgiq; recedunt;
Nunc villæ grandes, oppida parua prius

Strabo à Pyrgis Ostiam ccl. stadia *constituit.*

Castrum nouum MP. VIII] *Manuscripti habent, & Longolianum.* Castri noui *coloniam maritimæ Liuius meminit anno v. c.* DLVIIII. *Plinius* Castrum nouum, *&* Pyrgos *in Tuscis adiungit: atq; item Ptolemæus Castrum hoc,* Inui Castrum *dictum, eiusdem Rutilij carmine ibidem conijcimus, nam illi* Centum cellas *adiungit.*

*Stringimus *** & fluctu, & tempore Castrum:*
Index semiruti porta vetusta loci.

De Castro Inui Seruius ad illud Virg. vi. Aen.

Pometios, Castrumq; Inui——

Centum cellas MP. V] Id (*inquit Plinius minor ad Cornelianum scribens*) loco nomen est *qui cum vrbi adeo vicinus esset, satis videtur, nec dum oppidi, sed ne vici quidem nomen fuisse in temporis adsecutum.* Villam *fuisse pulcherrimam viridissimis agris cinctam describit, quæ litori immineret: cuius in sinu portus velut* Amphitheatrū *sinistrum brachium firmissimo opere munitum esset, dextrum illo ipso tempore construeretur.* In ore, *inquit,* Insula adsurgit, quæ illatum ventc mare adiacens frangat, tutumque ab vtroque latere decursum nauibus præstet. *Eo se euocatum in consilium à Traiano Cæsare scribit Rutilius Claudius ex Castro Inui.*

Ad centū, inquit, *Cellas forti deflexímus Austro*
Tranquilla puppes instatione sedent

Strabo in ea regione Regis villam *commemorat quæ* Malæoti *Pelasgi regia fuerit, quæ an ad* Centum-

um cellas *pertineat, mihi dubium est: vti pro cer-*
o adfirmant Centum cellarum *ruinas, ciuitatis*
unc cognomento Veteris *ædificijs contineri. Huc*
Diogenem præfectum, cum parte militum Roma
gressum contendisse auctor est rerum à Gothis ge-
tarum Iohannes Magnus lib. xiiij. cap. vij. Infra Iti-
nerario *quoq;* maritimo, *à Castro Nouo* Cen-
um cellas V. MP. *adsignantur.*

Martham MP. X] *In Regio* Marta MP. X. *Reliqua* Martha MP. X. Martham *fluuiũ ab An-*
onino constitui ferunt à Marthæ *lacu cognomina-*
um.

Forum Aureli MP. XIIII] *Habet Regium* Pag. 67.
exemplar & Neapol. Blandin MP. XIII: *atq; item*
Longolianum, sed hoc XIIII. *corrigit.*

Cossam MP. XXV] *Manuscripta & Lon-*
golianum MP. XXV. *Plinius*, Portusque Tela-
non, Cossa Volcientium à populo Roma-
o deducta. *Strabo à* Populonio Cossam
DCCC. *tribuit stadia: & alios* DC. *assignare per-*
hibet. Ptolemæo in maritimis Tuscorum τελά-
μων. ὄστια. κόσσαι: *& vetustus interpres* Ostia
uminis ostia *vertit: & mox* Cosse. *Stephano*
κόσσα πόλις Θυρρήνων, ἐν τῷ μεσογείῳ.

Ad Lacum Aprilem MP XXII] *In manu-*
scriptis & Longoliano legitur. Ab Prile amne *la-*
us hic nomen sumpsisse videtur. Plinius post vada
Volaterrana, & Populonium, Hinc, *inquit*,
mnes Prille, mox Vmbro nauigiorũ capax:
ametsi Plinij vetusta exemplaria non satis eã vo-
em prille *exprimunt, sed* Pile. *In* Itinerario *ta-*
men maritimo *Antonini huius lacus fit mentio. Ab*

Alminia portum Telamonis, fluuium Vm
bronem, Lacum Aprilem. A lacu Aprile ii
Alma flumen.

Salebronem MP. XII] *Regium* Salebro
nem MP. XII. *Neapolitanum* Salebronem M
P. XII. *In Blandiniano* Saleprone MP. XII: &
item Longolianum: sed Salebrone *corrigit. Mih*
Plinij locum, & Itinerarium maritimum *perpen*
denti, nihil certius, ac verius videtur, quam ad Vm
bronem *legendum: qui fluuius non modo nauigia*
rum capax à Plinio memoratur, sed ab eo Vmbri
traiectum nomen accepisse. Neq; me fugit virur
vtique doctum Panuinum Onuphrium Salepro
nem, *inter huius Itinerarij mansiones edidisse: &*
Volaterranum Salebronem. *Neq; verisimile es*
Vmbronis *fluminis hoc itinere mentionem non fie*
ri. Cicero ad Q. Fratrem epistolarum libro II. La
bronis *stationis, siue portus meminit:* Erat autē
inquit, iturus, vt aiebat, A. D. III Id. April. vt
aut Labrone, aut Pisis conscenderet, *vt fort*
Vmbrone *legendum sit. quòd ad eius fluminis osti*
um recte naues conscenderentur, vt Rutilius in Iti
nerario suo docet lib. I.

Cicero-nis locus.

Tangimus Vmbronem, non est ignobile flumen,
Quod tuto trepidas excipit ore rates.
Tam facilis pronis semper patet alueus vndis
In Pontum quoties sæua procellaruit.

In fragmento Itinerarij huius, quod in fine libro
rum Longolianorum adpositum est, in Tiberino iti
nere Salenumbronis *mansionis fit mentio.*

Manliana MP. VIIII] *Ptolemæo in medi*
terraneis Tuscorum μανλίανα.

Ad

Ad Herculem MP.XVIII] *Habent Regium & Blandinianum. In Neapolitano* MP. XI. *Longolianum* MP.XVIII, *& XI. corrigit. Ptolemæo inter* Lunæ *promuntorium, &* Arni *fluminis ostium* Ἡρακλέους ἱερον.

Papiriana MP.XI] *Legitur in Regio exemplari, & Blandiniano. In Neapolitano* Papiriana MP.XII. *Longoliano* XI. *& XII. corrigit. Inter Lunam & Pisas, Strabo, quod supra admonuimus, Macræ tractum interiacere memorat, quo Tusciæ, atque Liguriæ termino plerique scriptores sunt vsi. In hoc tamen Itinerario* Papiriana *inter Pisas & Lunam interponuntur. Atque haud scio an* Papirianæ fossæ *sint, quas Ptolemæus inter mediterraneas* Tuscorum *vrbes conlocat: sed cum itinera hæc ad certas mansiones deflectere soleant, neque semper directis vijs peragerentur, forte eas* fossas *designat: &* Papirianas *ea ratione legendum erat, vt* fossæ *subaudirentur.*

Boaceas MP.XII] *In Regio* Boacias MP.XII. *& in reliquis* Boaceas.

Bodetiam MP.XXVII] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum* Bodecia MP.XXVII. *Neapolitanum* Bodecia MP.XXI.

Tegulatam MP.XII] *Regium* Tegolata M. P.XII. *& infra hoc ipso itinere, in hoc exemplari, altera occurret eiusdem nominis mansio. In reliquis vtrobique* Tecolata *legitur.*

Delphinos MP. XXI] *In Regio* Delfinis MP.XXII: *& in reliquis* Delphinis MP. XXI. *Plinio in* Liguria, portus Delphini. *In Itinerario* Maritimo *Antonini, à portu Veneris*

portum Delphini *conlocat: qui hodie nomen pæne retinet.*

Libanum MP.XXXVI.] *In Regio* Libanum MP.XXXV. *& in reliquis* Libanū MP. XXXVII

Vada Sabatia MP. XII.] *Plinio in* Liguria portus Vadorum Sabatium: *ita enim in vetustis legitur exemplaribus & in vulgatis*, portus vadū sabatium *Ptolemæo inter mediterraneas vrbes Liguria* σάβατα. *Strabo* ad Genuam Liguſtinum emporium,& Sabatia vada nuncupata:quæ paludes ſunt. Apeninus quidem à Genua. Alpes vero à Sabatijs initium capiunt. Inter Genuā vero & Sabatios idem CCLX. *ſtadia intereſſe perhibet:ſed hoc directo itinere, non manſionum diuerſionibus. Hæc vada intelligi voluit D. Brutus ad Ciceronem ſcribens.* Conſtitit, *inquit*, nuſquam prius,quam ad Vada veniret:quem locum volo tibi eſſe notum. Iacet inter Apeninum, & Alpes impeditiſſimus ad iter faciendum.

Plinius cod. emendatus.

Pullopicem MP.XII.] *In Regio* Pullopice MP. XII. *Blandinianum* Pullupice MP. XII. *Neapolitanum* Pollupice MP.XII. *atq; itē Long.*

Albingaunū MP.VIII.] *In Regio* Abingaulo MP.VIII. *& reliqua* Abbingauno MP.VIII. *& Longolianum* XIX. *Strabo poſt* Sabatia, CCCLXX. Albigaunum *eſſe oppidum refert, cuius incolæ* Ligures Ingauni *appellētur. In vetuſtis Plinij exēplaribus* Album Ingaunum *appellatur. In vetuſto codice Taciti, lib. xviij.* Vitelliani retro Antipolim, Narbonenſis Galliæ municipiū, Othoniani Albigaunum interioris Liguriæ, reuertēre. *Neque aliter in Ptolemæi libris quam* ἀλβιγάυνομ.

Lucum

Lucum Bormani MP.XV.] *In Regio* Luco Bormaci MP.XV. *Reliqua*, Loco Bormani MP.XV. Bormanici *oppidi, longißime ab hac manßione diſtãtis, vtpote in* Tectoſagis *meminit Plin.*

Albintimilium MP.XVI.] *in Regio exemplari deeſt hæc manſio. Blandinianum* Albintimilio MP.XVI. *Neapolitanum* Albinte milio MP.XVI. *Longolianum* Albinte millio MP.XVI. *In vulgatis Plinij exemplaribus oppidum* Albium Intemeliũ, *quæ in Toletanæ Bibliothecæ exẽplari, & alijs vetuſtis deſiderantur. Tacitus lib. xviij.* Vertit iras in municipium Albintimilium: *& in vetuſto* Albintimum. *Ptolemæo item corrupte* ἀλβιγαύνιον *Strabo lib. iiij. ex* Albingauno *ad Monœci portum ſtadia cccclxxx. tribuit: quo in medio vrbem ingentem eſſe* Albionem Intemelium, *cuius habitatores* Intemelij *vocentur: atq; inde cõijcere, quod è* Sabbatijs, Alpes *primordia ſumunt.* Alpiã *enim prioribus ſecutis* Albiam *vocari: & cum Ligures partim* Ingaunij *partim* Intemelij *ſint; eorum colonias ad mare deductas, vnam quidem* Albiũ Intemelium *quaſi* Alpium, *alteram vero* Albigaunum *vocari. Quaratione* Albigaunum *ſcribẽdum erat, &* Albium Intemilium. *Sed quoniam de* Intemilijs *neceſſario mentio facta eſt, cuius nationis* M. *Cælius Rufus, in epiſt. ad Cicer. meminit, libet Taciti locum fœde deprauatum, corrigere. Ita enim in Agricolæ vita legitur:* Sequens annus gravi vulnere animũ domũq; eius afflixit. Nam claſſis Othoniana licẽtervaga, dũ in Templo, Liguriæ pars eſt, hoſtiliter populatur, matrẽ Agricolæ in prędijs ſuis interfecit. Intemelios

Plinij lectio.

Tacili locus reſtitutus.

enim pro in Templo, *legendum esse adparet: ex eo loco, cuius supra fit mentio, ex libro* xviij: *eiusdem Taciti.*

Alpem summam MP. VI] *non video qua ratione hoc itinere, quod ab Onuphrio Panuino editum est,* Alpes summas *legatur. Summus enim locus* Alpium maritimarum, *quo iter hoc dirigebatur, intelligitur: vti diuersis in locis Antoninus* summum Penninum, *&* summum Pyrenæum *appellat. Manuscripta & Longolianum* Alpesumma MP. VI. *Cæsar* summas Alpes *adpellat, Alpium culmina libro* ij. *initio:* Qui à finibus Allobrogum & Lacu Lemano & flumine Rhodano ad sūmas Alpes pertinēt.

Hucusq; Italia] *Hæc in Regio non adponuntur.*

Pag. 68. Cemenelum MP. VIII] *Neapol.* Cemenelo MP. xiiij. *& reliqua* Cemenelo MP. viiij. *Plinio* oppidum Vediantiorum ciuitatis Cemelion, portus Herculis Monoeci, Liguſtina ora. *In Toletano vero* Gemellino. *Ptolemæo in Vesdiantijs* κεμενέλεον.

Varum flumen MP. VI] Varum flumen *Italiam à* Narbonensi *prouincia dirimit, vnde Plinius vniuersæ Italiæ ambitum ab eo flumine ad* Arsiam *designat. Ptolemæus item Narbonensem prouinciam ad Ostia Vari determinat. Inde Cæsar iter* ab Legionibus *ex Hispania factum ad* Varum flumen, *atq; ibi reliquam partem exercitus esse dimissam tradit. Strabo ex Hispaniæ, & Galliæ confinijs, quibus Pompeij trophæa constituta erant, ad* Antipolim, *&* Varum flumen *milliaria numerat, & medium esse inter* Antipolim & Nicæam.

Forum

Forum Iuli MP.XVIII] *In Regio* Forum Iuli MP.XVij. *reliqua* MP.XViij. *Strabo nauale Cæsaris Augusti*, Forum Iuli *vocatum*, *& inter* Olbiam *&* Antipolim *constructum esse*. *Plinius* Forum Iulij Octauianorum colonia, quæ Paconsis appellatur; & Classica.

Antipolim MP.X] *Plinio* oppidum latinum Antipolis: *& quare latinum vocet*, *ex Strabone discimus*. *Ait enim, quod cum* Antipolis *in Narbonensi Gallia sita sit*, Nicæa *in Italica regione*; Nicæam *in Massiliensium iure permanere, & in ea prouincia existere*: Antipolim *vero intra Italicas connumerari: & cum Massiliensibus iudicio contendentem, ab eorum imperio liberam factam. Tacitus* Antipolim Narbonensis Galliæ Municipium *adpellat*.

Forum Voconi MP.XII] *Plancus Ciceroni* Forum Voconij à Foro Iulij quattuor & viginti MP. abesse *prodit, & is numerus mendo non vacat: cum* xij. *tantum* MP. *hoc Itinerario adsignentur*.

Mautouonium MP.XII] *Reg.* Matabonio MP.xij. *Blan.* Mauta uonio MP.xij. *& Longol. Neapolitanum* Mauto MP.XII.

Aquas Sextias MP.XVI] *Reg. exemplar* Aquis Sextis MP XVj. *Blan. & Longol.* Aquis Sextis MP.XV. *Neapol.* Aquis MP XVij. *Strabo, à Pompeij trophæis, Hispaniæ, & Galliæ confinijs, ad* Aquas Calidas, *quas* Sextias *nominant, prope Massiliã* liij MP. *numerat. Plinius* Salyorũ *oppidũ esse, qui perperã* Salices *Ptolemæo cognominãtur. Epitome Liuiana libri lxi.* C. Sextius Procos. vi-

cta Saluiorũ gente coloniã Aquas Sextias cõdidit, ob aquarum copiã, & calidis & frigidis fontib. atque à nomine ſuo ita adpellatas. *Strabo cũ de* Sextij *colonia ab eo mẽtio fit, partẽ* calidarũ *earum aquarũ, in* frigidas *permutatã perhibet.*

Calcariam MP. XIIII] Calcariæ, *à* calce *dicta, l. Iuriſconſulti Vlpiani* VIII. *de pœnis. In* Calcariam *quoq;, vel* ſulpurariá *damnari ſolent; ſed hæ metalli mágis ſunt:*

Foſſas Marianas MP. XXXIIIJ] *Plinio, ex vetuſto exẽplari Toletano,* vltra, foſſæ ex Rhodano, C. Marij opere & nomine inſigne ſtagnũ.

Arelate MP. XXXIIJ.] *In Re.* Arelate MP. XIIJ. *Reliqua* Arelate MP. XXXIIJ. *Strabo pari interuallo diſtare* Arelate à Maſſilia, *atq;* Narbonem *à promuntorio Veneris Pyreneæ.*

Cære MP. XV] *Mirũ eſt quã detortum, ac deprauatũ nomen, librarij ex peruulgato, & noto reddiderint. In Re.* Caretas *legitur: & in Blan. & Lon.* Cereias. *Neap.* Cereiar. *Liuio, Plinio, Straboni, Ptolemæo, & Stephano* Cære: *Ab eo inſtitutum eſſe, Sacra,* cærimonias *vocari, quia* Cærites *ea in fracto reip. ſtatu perinde ac florẽte coluerint, Valerius Maximus auctor eſt. Pli. à mari intus* iiij MP.

Tarquinios MP. XII] *In Regio* Tarquinius MP. XII: *& in reliquis* Tarquinios MP. XII: Tarquinij *vrbs Liuio: & Plinio* populi Tarquinienſes. *Dionyſius Halicarnaſſeus* florentiſſimã Etruriæ vrbem *adpellat, in qua* Damaratus Corinthius *domicilium conſtituit.*

Iter à Roma per portum Centumcellas] *Hic* portus *à Claudio Imperatore extructus eſt: qui*

qui Augusti, *in Itinerario* portuum *& positionū ab hoc eodem auctore cognominatur. De eo* portu, *quem* Ostiensem *Tranquillus adpellat, plura à Dione libro lx referuntur, quem perfeciſſe, magnitudine animi, & potentia Romana dignum; quòd loca circum oſtia Tiberis, neq; tuta nauibus adpellendis eſſent; neq; portus opportunos haberent. Plinius libro xxxvi.* D. Claudius aliquot per annos aſſeruatam, qua Caius Cæſar importauerat omnib. quæ vnquam in mari viſæ ſunt, mirabiliorem turribus Puteolano ex puluere exædificatis, perductã Ostiam portus gratia merſit. *Longius ab vrbe portum quam Oſtiam diſtare hoc ipſo itinere admonemur, quo ab vrbe in portum* XVIIIJ. MP. *adſignantur & ſtatim ſubdit* vrbem ab Ostia XVI. MP. *diſtare. Rutilius Numatianus eius in Itinerario meminit lib. 1.*

Pande precor gemino placatum Caſtore portū,
Temperet æquoream dux Cytherea viam.

Procopius portum *ab vrbe Roma* CXXVI. ſtadijs *abeſſe memorat, & decurſum fluminis ad portum deſcribit, qui dextro brachio fluminis adiungebatur: & vrbem eo loco à priſcis Romanis conſtructam, & muro præualido munitam, cui à* portu *ipſo illi proximo, nomen inditum fuerit, quem* portum *hic Antoninus deſignat: nam ab eodem Procopio traditur ad læuam ex altera parte, qua in mare Tiberis altero brachio influit, vrbem* Ostiam *adiacere, & eam fluminis ripæ fuiſſe contiguam. Hæc de Bello Gothorum libro 1. ab eo traduntur.*

Centum cellas MP. LXVIIII.] *Hæc manſionum ſumma deeſt in Regio, ſed numerorum eius*

eius ratio cum ea congruit. In Blandiniano & Longoliano LXVIIII. *& in Neapolita.* LXVIII. Centum cellarum *nomen recentius erat, quàm vt à Plinio recenseri posset: cuius nec à Ptolemæo fit mentio.*

In Portum MP.XVIIII.] *Strabo libro* V. *à* Pyrgis Ostiam CCLX. *definit: & in medio* Alsium *interiacere, &* Fregenas: *tametsi bis corrupte in editis quibusdam* ἄλσιον *pro* ἄλσιον *legitur. Designat præterea à* Cosla *oppido supra mare sito,* Ostiam *nauigantibus exigua oppida occurrere* Grauiscas, Pyrgos, Alsium, & Fregenas.

Fregenas MP.VIIII.] *Plinius, in* Tuscis, *qui* Tyrrheni *dicebantur,* Alsium & Fregenas *adiungit. Liuius* Fregenas *maritimum oppidum adpellat.*

Laurentum MP.X.] *Plinius ab* Ostia *statim* Laurentum *subiũgit. Strabo Aeneam cum Anchise patre, & Ascanio filio* Laurentum *applicuisse memoriæ esse proditum, auctor est: atque idem prodit Dionysius Halicarnasseus.*

Lanuuium MP.XVI.] *Regium* Lanuuiones MP.XVI. *Blandinianum, & Longolianum* Lanuuio MP.XVI. *Neapolitanum* Loniano MP.XV. *pessime in Aldino* Lauinium. Pag. 69.

Gabios MP.XII.] *Dionysius* Gabios, via Prænestina *ad centesimum ab vrbe stadium conlocat libro iiij. &* XCVI. stadia XII. milliarium *conficiunt. Strabo itidem Prænestina via inter Latinam & Valeriam* Gabios *locat, ab Vrbe, & Prænestè ex æquo stadijs centum distantes, quæ si vera dimensio, Prænestinæ vrbi* XII. MP. *applicandæ erant,*

erant, aut ab Vrbe, Gabios XI. MP. *& ex æquo distarent.*

Sub Anagniam MP. XXIIII.] *In Regio* Sub Anagnie MP. XXIIII. *In Blandiniano, & Longoliano.* Sub Anagniæ MP. XXIIII. *in Neapolitano.* Sub Anagnie MP. XIIII. *vt legendum sit* sub Anagniam, *vti supra* Sub Romulam: *aut vtrobique* Sub Romulæ, Sub Anagnię.

Fregellanum MP. XIIII.] *In Regio* Fregellano MP. XXIIII. *& infra* Fraſmone Fregellanum MP. XV. *designat. Liuius* Fregellas Signinorum *agrum, ac deinde* Volſcorum *coloniam deductam libro* V. *auctor est. Plinius cum* Fabraternis *&* Ficolenſibus Fregellanos *recenſet. Hoc loco oppidum, aut prædium significari videtur.*

Teanum MP. XVIII.] *Manuſcripta, & Longolianum* Theano: *& ſupra* Teanum *ſcribendum eſſe monuimus. Et hoc idem est* Sidicinum.

Lauicana] *Strabo* Lauicanam *viam à porta* Exquilina *ducit: à qua &* Prænestinam *exordium ſumere tradit: ad* Pictas *vero, &* Latinam *viam finiri: à* Labicis *dictam populis ferunt, qui &* Lauici *vocantur. Nam in vetuſtis exemplaribus Græcis & Latinis vtrumque ſcriptum video.*

Beneuentum vſque MP. CLXX.] *In Regio deest hic ſummæ numerus: In Blandiniano* DXX. *facili occaſione erroris ex* CL. *&* D. *arrepta. In Neapolitano* CLXX. *In Longoliano* DXX. *&* CLXX. *reſtituit.*

Ad Quintanas MP. XV.] Ad quietis *legendum arbitror, dum locum illum T. Liuij reſpicio, libro*

Antonini locus expendēdus.

bro 4 Cum hæc agerentur, Iam, *inquit*, consul via Lauicana ad fanum Quietis erat, eo missa plaustra iumentaque alia ab vrbe exercitum affectū prælio, ac via nocturna excepêre. *paulo post*, in vrbem est ingressus Consul.

Ad Pictas MP. X] *Strabo*, πρὸς τὰς πίκτας: *quas ab vrbe Roma* CC. *distare stadijs tradit libro* v. *Forte* Pyctas *legendum, id est*, pugiles, *Græca voce latinis auctoribus vsurpata: vt locum designet, quo pugiles exercerentur: & in Strabone* πρὸς τοὺς πύκτας.

Ferentinum MP. VIII] *Liuius* Ferentinum Hernicis *à Romanis donatum, & Volscis ademptū tradit.* Ferentum *vero oppidum* Apuliæ. *Horatius lib iij. Oda iv.* & aruum

Pingue tenent humilis Ferenti.

Et lib i. epist. xvij.

Si lædit caupona, Ferentinum ire iubebo.

Tacitus libro xviij. & Tranquillus Othoni *originem fuisse è municipio* Ferentino.

Mansionibus quibus & in Prænestina M. P CI.] *In manuscriptis, & Longoliano* MP. CI. *Cum tamen ex superiori itinere ex* Fregellano Beneuentum *mansionum numeri* CXII. MP. *conficiant. non* CI.

Pag. 70. Compitum MP. XV] *Onuphrius Panuinus hanc viam non* Compitum *tantum vsq; sed etiam* Canusium *ex Antonino deducit: & mansiones, quas* Compito *adnectit, sunt quæ in* Prænestina *sub* Anignia *iam recensentur: neq; assequi possum, qua ratione id fiat.*

Hadriam MP. CLVI] *In Regio* Adria MP. CLVI. *& Neapol. Blan. vero* Atriæ vsq; MP. C-

LIII: *& Longol. Sed hoc* CLVI. *corrigit.*

Eretum MP. XVIII] *Virgilij carmine celebre oppidum: lib vij.*

——*Postquam in partem data Roma Sabinis*
Vna ingens Amiterna cohors, priscique Quirites
Ereti manus omnis,

Strabo, Viam Salariam *non magnæ longitudinis constratam fuisse, in quam &* Nomentana *incideret via apud* Eretum Sabinorum *vicum, supra* Tiberim *iacentem: & ex porta* Collina *inchoare. Liuius libro xxvi.* Cælius, *inquit,* Romam euntẽ ab Ereto, diuertisse eo Annibalẽ tradit: iterque eius ab Reate Cutilisque, & ab Amiterno orditur. *Dionysius, & Stephanus* Sabinorum *vrbem esse affirmant.*

Cutilias MP. XVIII] *In Regio* MP. VIII. *& in reliquis* MP. XVIII. *subaudiendum est,* aquas. *De* Cutilijs *Seneca quæstionum Naturalium libro iij.* Ipse ad Cutilias natantẽ insulã vidi, *& statim,* Cutiliarũ insula & arbores, & herbas nutrit. *Plinius lib. ii. cap. 95.* Et apud Cutilias aquas opaca silua, quæ nunquã die ac noctu eodẽ loco visitur. *Et lib. 3. cap. 12.* In agro Reatino Cutiliæ lacũ, in quo fluctuetur insula, Italiæ vmbilicũ esse M. Varro tradit. *In vetustis Plinij exemplarib.* Cutiniæ *legitur. Straboni libro v.* καὶ τὰ ἐμκωτισκολίας ψυχρὰ ὕδατα: *pro* κοτυλίας. *Vide Festum, & Varronem lib. iij. de ling. Lat.* *Cutiliæ.* *Straboni locus.*

Interocrium MP. VI] *In Regio* MP. XVI. *& in reliquis* MP. VI. *Strabo eodem libro,* Interocream *vicum,* Reati *finitimum recenset: & plurium numero leguntur apud eum* ἐντερόκρεα.

Fal-

Falacrinum MP. XVI] *In Regio* Filacrino MP. XVI: *& in reliquis* Falacrino *legitur.*

Vicumbadies MP. VIIII] Vicobadies MP. viiij. *habent Regium & Blandinianum exemplar. In Neapolitano* Vicobadies MP. VIII. *In Longoliano* vico Baides MP. VIIII: *& VIIII corrigit. Apparet vicum esse cum cognomento, quod ita luxatum est, vt vulneri mederi non possim.*

Ad Centesimum MP. X] *Mansionem hanc* ad Centesimum *nuncupatam apparet, quod C. milliario ab vrbe distaret: & tamen mansionum numeris quos in itinere recensuimus,* MP. CVII. *conficiunt.*

Asclum MP. XII] Asclo MP. xij. *habet Regium exemplar. & Blandiniarum* Osclo MP. xij. *Neapolitanum vsitato errore* Asdo MP. XII. *& Longolianum* Osclo, *&* Asdo *corrigit. Infra etiam* Asclo *legitur, &* Asculum *esse coloniam* Piceni *nobilissimam adparet ex Plinio: quam Ptolemaus in mediterraneis* Picenorum *constituit. Cæsar commentario primo belli ciuilis* Asculum Picenum *cognominat.*

Castrum Truentinum MP. XX] *In Regio* Truentino: *& in reliquis* Tuentino *legitur. Plinio videtur esse in* Piceno, Truentum *cum amne, quod solum* Liburnorum *in Italia reliquum esset: & Ptolemæo in Picenorum regione* κάστρον: *quod à* Truento *flumine* Truentinum *sit dictum: Cn. Pompeius Procos. ad L. Domitium Procos.* Nam illa causa quam mihi Vitulius scribit, leuis est, te præterea moratum esse, quòd audieris Cæsarem Firmo progressum in Castrum Truentinum venisse. Hadriam

Hadriam MP XV]*In Regio* Adrie MP.XV. *Reliqua* Hadriæ : *& in Neapolitano numerus* M. *deest: & in Longoliano* XIIII. Hadriam Tuscorum *coloniam, & ab ea* Hadriaticum *mare vocasse Italicas gentes, atq; itidem Græcos Liuius libro v. auctor est. Pomponius Mela* Castelli *nomen* Hadriæ *attribuit*. Castella autem, Firmum, Hadria, Truentinum alij Truentum. Atriam *dictam, & ab ea* Atriaticum *mare ante appellatum, quod postea* Adriaticum. *Plinius prodit: & à mari* VII. M. *abesse. Ptolemæus inter mediterraneas* Picenorum *vrbes recenset. Iouianus Pontanus sequente* D, *aspirari* A, *in his dictionibus quæ è Græco ductæ sint, docet: vt pote* Hadriam *masculini generis pro sinu maris, & feminini pro oppido, & quæ ab his fiunt*: Hadriaticum, Hadriacum, *& adijcere potuit ex Stephano* Hadrianum *adiectiuum, vt Horatio lib. 1. Oda xvi.*

Hadria, Hadrianus, & similia cum H. scribẽda.

——*Siue flamma*
Siue mari libet Hadriano.

Itemq; Hadrianum *proprium nomen. Quod si id adeo certum est, aspiratum fuisse, non video qua ratione reliqua non aspirentur. Nam* Hadriam, *tanquam alteram* Hadriani *patriam fuisse Spartianus auctor est.* In patria, *inquit*, sua Quinquennalis, & itẽ Hadriæ Quinquennalis, quasi in alia patria, & Athenis Archon fuit.

Valeria] *Strabo* Valeriam viam à Tiburtinis *initium capere, &* Marsos *&* Corfinium Pelignorum *oppidum ducere.*

Tibur MP.XX]*Manuscripta & Longolianum* Tiburi MP.XX. *Martialis carmine ad* Faustinũ,

satis constat, Tibur *ab vrbe* XX M P. *distare.*

Tu colis Argiui regnum, Faustine, coloni
Quotibus decimus ducit ab vrbe lapis.

Nam Tibur *designasse constat, quod ab* Hercule, *Strabo, & idem poeta,* Herculeum *adpellant. Horatius item* Argeo colono *positum* Tibur *cecinit: quem* Argiuum *Martialis vocat, vt apud Procopium de bello Gothorum libro ij.* CLX. stad. *ab Vrbe distare prodendum esset non* CL. *quemadmodum in vulgatis legitur.*

Procop. castigatur.

Carseolos M P. XXII] *In Regio* Tarsiolos M P. XXII. *& reliqua* Cassiolos M P. XXij. *Liuius libro x.* Carseolos *coloniam in agrum* Aequicolarum *deductam perhibet: Plinio* Carseolani *item* Aequiculanorum. *Strabo in* Valeria *via conlocat* Carseolos *&* Albam. *Ptolemæo item in* Aequiculis καρσίολοι. *Ouidius singulari numero protulit libro Fastorum 4*

Frigida Carseolis, nec oliuis apta ferendis
Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.

Albam Fucentiam M P. XXV] *Auferendi casu manuscripta, & Longolianum* Alba Tucentia: *& in Longoliano* XXII. M P. *&* XXV. *corrigitur. Hæc* Alba *ad* Fucinum *lacum cognomine distingui videtur ab alia eiusdem nominis: vnde Varroni de lingua latina gentilia nomina etiam distinguuntur. Erant enim &* Albani, *&* Albenses. *Strabo in mediterraneis inter* Latinas *vrbes sitam esse* Albam, Marsis *finitimam, in excelso locatam saxo: ac prope* Fucinum *esse* lacum. *Plinio* Alba *ad* Fucinum lacum: *quorum auctorum consensu mihi pro* Tucentiam, Fucentiam *legen-*

Antoninus correctus.

gendum videtur, quod ad Fuscinum lacum *& in* Fucentibus *esset*. Fucentes *enim* Marsicum *populum fuisse ex eodem adparet Plinio, vnde Ptolemæi locum etiam emendandum existimo in* Marsis *interuersione litterarum corruptum: legitur enim ex duobus Marsorum oppidis* Carseolis *vicinis* ἀλφαβθχηλις *pro* ἄλβα φυχάντις, *vti ego coniectans suspicor. Nam verisimile non est* Albam *celebre oppidum à Ptolemæo fuisse prætermissum. Quare non verebor hac Ptolemæi auctoritate subnixus,* Fucentiam, *pro* Tucentiam *in Antonino restituere: cum facili lapsu, librarij ex* F T *duxerint: quanquam magis placeret* Albam Fucentum *adponere Alteram, vt Liuius est auctor, sub* Albano *monte Ascanius condidit, quæ ab situ porrecta in dorso vrbis* Longa Alba *est adpellata.* *Ptolemæi locus restitutus.*

Cerfinniam MP.XXIII] *In Regio* Cerfinnia MP.XIII. *Blandinianum* Ceruennia MP.XXIII. *Neapolitanum* Cerfenina MP. XXIII. *In Longoliano* Ceruennia MP. xxiij. *&* Cerfennia *corrigit.*

Teate Marrucinum MP. XVIII] *Ab hoc oppido* Teatini *Plinio* Marrucinorum: *& Ptolemæo item in Mediterraneis* Marrucinorum τεατέα *pro* τιάτε: *& apud Strabonem etiam corrupte* τεγιάτε Marrucinorum *metropolis. Statius Papinius ad Marcellum, de* Veiuj *conflagratione.*

——*Necdum letale minari*
Cessat apex: procul ista tuis Τίσατα, *Teate,*
Nec Marrucinos agat hæc insania montes

Pag. 71. Ocricolos MP. XLVII] *In Regio* Ocriculi MP. XLIIII: *& in reliquis* Vtriculi MP. XLVII. *Strabo* Ocriculos *in Flaminia via collocat: & Ptolemæo in* Vilumbris ὀκρίκολομ. *Supra pagina* XXVIII. *ab vrbe* Ocricolos *per* roſtratam villam MP. XLVIIII. *deſignantur. Stephano ex Dionyſio* ὀκρίκολα.

Narniam MP. XII] *Liuius libro x.* Nequinum Vmbriæ oppidum, quo colonia aduerſus Vmbros miſſa fuit, poſtea Narniam à fulmine appellatam. *Plinius item* Narniam Nequinum *appellatum fuiſſe auctor eſt.*

Meuaniam MP. XVI] Neuaniæ *interuerſis litteris legitur in manuſcriptis exemplaribus, & Longoliano. Strabo* Meuaniæ *meminit etſi corrupte* in Vmbria Meouanię *legitur. Plinio* in Vmbris Meuanienſes. *Ptolemæo item* in Vilumbris μεθάνια.

Nuceriam MP. XVIII] *Supra quattuor recenſeri à Ptolemæo* Nucerias *mentio facta eſt. Hãc* Vmbrorum *eſſe adparet: Plinio* in Vmbris Nucerini cognomine Fauonienſes.

Dubios MP. VIII] *Strabo in* Vmbria, *vicanas quaſdam habitationes eſſe perhibet, potius viæ gratia, quam vllo ciuili cœtu congregatas, quarum mihi inſtar ſunt in hoc itinere* Dubij, Prolaque, & Trea: *quarum apud alios auctores nullam mentionem reperi.*

Prolaqueum MP. VIII] *Regium exemplar, Blandinianum, & Neapolitanum* Prolaque MP. VIII. *Neq; aliter in Longoliano legitur: adeo ſummo conſenſu in eam vocem conueniunt. Videntur*

tur librarij ex Prolaqueo *auferendi, suo more, casu,* Prolaque *duxisse, &* Prolaqueum *scribendum, vt* Sublaqueum, *cui oppido tres nobiles amœnitate lacus, quos* Anio *defert in* Tiberim, *nomen, vt Plinius ait, dedere. Tacitus libro xiij.* Nam quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna, cui Sublaqueum nomẽ est, ictæ dapes, mensaque disiecta erat, *&c. vt* Prolaqueum *sit oppidum,* ante lacum *adpositum, quemadmodum* Sublaqueum, *quod* sub Lacus *situm esset.*

Septempedã MP.XV] *Habet Regium exemp. auferendi casu. Blandinianum & Longolianum* MP.XVI. *Neapolitanum* MP.XVII. *Plinio* Septempedani *in Piceno; Ptolemæo in mediterraneis Picenorum* Σεπτέμπεδα. *Hyginus de modis agrorũ, de* Septimpeda *oppido, iter populo non deberi prodit, & eius agrum ea lege contineri, qua & ager* Cingulanus.

Auximum MP.XVIII] *Plinio,* ab Ancona intus Auximates. *Procopius minime cum* XII. *miliarium conuenire videtur, quæ* Auximo Anconã *tribuuntur, cum perhibet* Anconam ab Auximo LXXX. sta. *summũ distare; quod forte eo discrepat, quod iter Antonini fere non directo tramite, sed diuerticulo aliquo duceretur.* Auximũ *præterea idẽ Procopius, eodem libro II. belli Gothici, in agro* Picено *vrbẽ Romanos* metropolim *vocasse, & ab Ionio sinu stad. ad summũ* LXXX. *distare, & in edito colle sitam, vt nullum à planicie aditum haberet.*

Numanam MP.VIII] *Mela Pomponius* Numanam, Potentiam, Claternam *recensct. Plinio in ora* Cluana, Potentia, Numana à *Si-*

culis condita. Ptolemæo iuxta Adriaticum sinum ποτέντια νθμανα. *In mansione* Potentiæ *deest numerus* X. *in Regio exemplari.*

Castellum Firmanum MP. XII.] *Regium & Neapolitanum* Castello Firmano MP. XII. *Blandinianum* Castello Firmano MP. XXII. *& item Longolianum sed* XII *corrigit.*

Ostia Aterni MP. XVI.] *In Regio* Ostia Aetenni MP. XVI. *In Blandiniano* Hostia æterni MP. XVI. *Neap.* Ostia eterni MP. XV. *In Longoliano* Hostia Aterni MP. XVI. *& XV corrigitur Liuius,* Ostiorũ Aterni *fluminis meminit, & Ptolemæus in* Marrucinis Ostiũ Aterni *fluminis conlocat. Nam ex* Ancona Piceni *oppido rursus hoc iter retro per* Marrucinos, Pelignos, *&* Ferentanos, *&* Apulos, *&* Peucetios *in* Ionium *pelagus &* Calabros Brundisium vsque *perducitur: & ob eam causam,* Anconæ *mansionem miniaceis litteris descripsimus.*

Angulum MP. X.] Angelum *in manuscriptis & Longoliano legitur. Plinio,* Vestinorum Angulani: *& Ptolemæo item in* Vestinis ἄνγολος.

Ortonam MP. XI.] *Hæc* vrbs Latina *Liuio, Dionysio, & Plinio.*

Anxanum MP. XIII.] *Regium & Blandinianum* Auxano MP. XIII. *Neap.* Auxona MP. XIII. *Longolianum* Auzano MP. XIII. *&* Auxona *corrigit. Plinio* Aternus amnis. Intus Anxani cognomento Frẽtani: *& Ptolemæo in* Frentanorum *mediterraneis* ἄγξανον.

Histonium MP. XXV.] *Regium & Blandinianum*

num Histonios MP.XXV. *Nea.* Histonias MP. XXV. *In Longoliano* Histonios MP. XXV. *& Histonias corrigitur* Plinio *in Ferētanis* Histoniam, Buca, Ortona. *& item in eadē regione* Ptolemæo ἱστόνιον. *In vetusta, vt ferunt, inscriptione.*

PLEBS VNIVERSA MVNICIPVM HISTONIENSIVM STATVAM AERE CONLATO DECREVIT.

Vscosium MP.XV.] *Neap.* Vscosio MP.XV *& reliqua* Vscosio.

Arenium MP.XIIII.] *In Neapol. & reliq.* Arenio MP.XIIII. *Plinio*, iuxta Teanum Apulorum Larinum: *& Ptolemæo in* Ferentanis, Anxano *adiunctum* λαρίνον: *quod haud scio, an ad hanc mansionem pertineat, in tanta librariorum inscitia.*

Corneli MP.XXVI.] *In Regio* XVI. *& in reliquis* XXVI.

Sipuntum MP.XXX.] *Regium & Blandinianū* Sipunto. *Neapolitanū & Longolianū* Sipinto *Strabo creditum fuisse* Sipontem *ædificium esse Diomedis: quæ à Græcis* σηπιοῦς *sit nuncupata, dictā* ἀπὸ τῶν ἐκχυματιζομένων σηπιῶν *Liuius* Sipontum *in agrum, qui fuerat Arpinorum, coloniam deductam libro* xxxiij. *perhibet. Plinio, & in vetustis exemplaribus* Sipontum. *Ptolemæi libris in* Apulorum Dauniorum *regione* σηποῦς, *& Stephani* σιποῦς πόλις Δαυνίων.

Aufidenam MP.XL.] *Plinius* Aufidenates *Samnitibus attribuit.*

Pag. 72. Reſpam MP.XXIII] *In Regio* MP.XXII-II.*& in reliquis* MP.XXIII.

Arneſtum MP.XXII] *In Regio* Erneſto M-P.XXII.*In Blandiniano* Arneſto MP.XXII. *Neapolitano* Arneſte MP.XXII. *Longoliano* Arneſto MP.XXII. *&* Arneſte *corrigitur. Ptolemæo in Apulis* ἀπενέσα: *forte pro* ἀρνέσε: *aut in alterutro error eſt librarij. Supra pag.* XXV. *inter* Bariũ & Egnatiam, Turrium *manſionem conſtituit.*

Gnatiam MP.XV] *In manuſcriptis, & Longoliano* Gnatiæ *legitur: Cum ſupra eadem exemplaria* Egnatiæ *nomen prætulerint: vtroq; enim modo adparet nuncupatam. Horatius Satyra v. lib. 1.*

Via peior adusq;
Bari mœnia piſcoſi. Dehinc Gnatia Lymphis
Iratis extructa, dedit riſusq; iocoſq;

Pomponio, lib. 11. in vetuſto exemplari; poſt Barium, & Gnatia, & Ennio ciue nobiles, Rudiæ.

Speluncas MP.XXI] *In omnibus* Speluncis MP.XXI: *cum ſupra ab* Egnatia Speluncas MP. XX *conſtituantur, &* Speluncis Brundiſium M-P.XVIIII. *hoc vero itinere* MP.XVIIII.

Ab Heluillo Anconam MP. L] *Præferunt eadem exemplaria: & tamen manſionum numeri ſummam* LX. MP. *conficiunt.* Heluilli *cognomento* vici, *ſupra mentio facta eſt.*

Ad Callem MP.XIIII] *In Regio* ad Galem MP. XIIII. *& in Blandiniano & reliquis* ad Calẽ: *atq; hac lectione cum ſuperiori eorundem exemplarium conlata, recte conſtat, & ſupra* Callem vicum *ſcribi oportere & hoc itinere* Ad Callem, *tametſi illo ſuperiori itinere,* ab Heluillo ad Callem

sem XXIII MP, *constituantur, hoc* XIIII.

Senogalliam MP.XVIII] *In Regio* viij *& in reliquis* xviij.

Ad Aesim MP.XII] *In Regio* Adesim MP. XI *In Blandiniano* Ad Hæsim MP XII *& Neapolitano* Ad Hesum: *& Longoliano* Ad Hesim *Strabo* Aesim *libro 5. fluuium inter* Anconam *labi, &* Senogalliam: *& factum fuisse antea limitem Italiæ, & Galliæ, ac rursus* Rubiconem *amnem: & nauigabilem fluuium esse: ex quo* Piceni *longitudo initium sumat.* Plinio in ora Vmbrorũ Aesis, Senogallia. Ptolemæus *in* Senonibus *ostium* Aesis *&* Senam Gallicam *statuit: & si* ἄζιν *non rectè legitur.*

Vrbem Saluiam MP.XII] *In Regio* Vrbe Saluia MP. XII *& in reliquis* Vrbe Saluia MP.XII. *Vrbis* Saluiæ Plinius *meminit in quinta Italiæ regione, quæ* Piceno *attribuitur: &* Ptolemæo *in Mediterraneis* Picenorum ὄυρβα Σαλυία Procopio *lib. 6. de bello Gothico 2. in vulgatis in Latinum versis sermonem* Vrbisalia *vocatur, pro* Vrbe, *vt opinor* Saluia *quam ab* Alberico *deletam fuisse prodit.*

Asclum MP.XXIIII] *præferunt manuscripta pro* Asculum: Plinio *supra* Castellum Firmanorum colonia Asculum Ptolemæo ἄσκλον *& item ab eo* Firmum, *&* Asculum *adiunguntur. Stephano ex primo Dionysij historiarum libro,* ἄσκλος.

Stadia ñ ĩ cccc] *In Regio hæc nota* ñ *habetur: & in Blandiniano & Neapolitano Stadia* ĩ c-

CCC. *& eam prætermitti notam non visum est: quod, vt adparet infra, numeri nota sit: vt legatur* stadia numero M CCCC. *tametsi ea in* Itinerario maritimo *vsus non sit: sed in Blandiniano postea adijcitur.*

A Dyrrhachio Byzantium MP. DCCLIIII] *in Regio* MP. DCCCLIIII: *& in reliquis* MP. DCCLIIII. *Hæc* via *est quæ à M Tullio Cicerone designatur, in oratione de Prouincijs consularibus.* Ita enim, *inquit*, via illa nostra, quæ per Macedoniam vsque ad Hellespontum militaris. *Plinius de Byzantio*, Abest, *inquit*, à Dyrrhachio CXI. MP tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare & Propontidem. *Nec mirum eum numerum, cum hac Antonini summa non conuenire: cum Itinerarium hoc, non recto itinere, sed statiuis mansionibus diuerticula sequatur. Hanc viam* Egnatiam *fuisse adpellatam Strabo auctor est: cuius egregia descriptio cum Antonini mansionibus mirum in modum congruit. Priorem viæ partem ex* Candauia *nomen adipisci & montem esse Illyrici. Seneca in epistola quadam:* Non per Pœninum, Graiumúe montem, nec per deserta Candauiæ: *& Cæsar commentario ij. Belli ciuilis perhibet*, Pompeium per Candauiam iter in Macedoniam expeditum habuisse. *Ergo per* Lychnidum *vrbem, &* Pylonis *locum, quem in ipsa via Illyricum & Macedoniam disterminare Strabo perhibet, per* Heracleam Aedessam, & Pellam, *atq;* Thessalonicam *iter; vt idem est auctor, agebatur: & à Dyrrhachio Thessalonicam Polybium*

bium CCLXVII. *miliaria constituisse: quæratio cum huius itineris miliaribus congruere non potest, quæ* CCIXXX. MP. *à Dyrrhachio Thessalonicam vsq; conficiunt: quod in obeundis prouincijs, vt sæpius admonuimus, Proconsules suas prosequerentur mansiones.*

Clodianas MP. XLIII] *In Regio* Clodiana MP. XXXIIJ *in reliquis* Clodiana MP. XLIII. *Tamen cum postea eadem* Clodianis *edant,* Clodianas *scribendum duximus, vt forte* aquas *subaudiri oporteat.*

Scampim MP. XX] *In Regio, Blandiniano & Longoliano* Scampis MP. XX. *Ptolemæo in Mediterraneis* Macedoniæ *Eordetarum* Σκαμπεῖς.

Tres Tabernas MP. XXVIII] *In Regio* MP XXIIIJ *& in reliquis. De* Tribus *alijs* Tabernis *supra mentionem fecimus, fuisse munimentum exædificatum ad arcendas Germanorum excursiones in intima Galliarum. De his nullam reperi mentionem.*

Lychnidum MP. XXVII] *Huius vrbis supra ex Strabone mentio facta est. Liuius eam in* Dassaretijs Macedoniæ *conlocat libro 27. Ptolemæo item in* Dassaretijs λιχνίδος, *rectius apud Stephanum* λυχνίδος *quam* Illyridis *vrbem esse perhibet: & quam Herodianus* Lychnitum *adpellet.*

Niciam MP. XXXIIIII] *In Regio* Nicia MP. XXIIIII. *& in reliquis* MP. XXXIIIJ. Nicææ Illyridis *fit à Stephano mentio.* Pag. 73.

Heracleam MP. XI] *Hanc* Heracleam *vrbem esse* Macedoniæ, *cognomento* Sinticen *adparet. Cæsar commentario 3. belli ciuilis:* Accessit etiam

etiam improuiſo aliud incommodum, quoc
Domitius, qui dies complures caſtris Scipio
nis caſtra conlata habuiſſet, rei frumentaria
cauſa ab eo diſceſſerat,& Heracleam Sinticam
quæ eſt ſubiecta Candauiæ,iter fecerat. *Liuius*
libro xlij. Heracleam ex Sintijs *adpellat, &* Pli
nius Heracleam Sinticam: *Ptolemæo* ἡράκλεια
Σίντικη.

Cellas MP.XXXIIII] *In Regio* Cellis M
P.XXiiij,*& in alijs* Cellis MP.XXXiiij.

Aedeſſam MP.XXVIII] *In Regio* Edeſſ
MP.XXviij *In Blandiniano* Cediſſa MP.XXviij
& item in Longoliano, & Ediſſam *corrigit. Strab*
in hac via,vti ſupra memorauimus, Aedeſſæ *me*
minit. Ptolemæo ἄδισσα,*item* Macedonica.

Theſſalonicam MP.XXVII] *In Regio* M
P.XXVIII:*& in reliquis* MP.XXvij. *Plinius*
Dyrrachio Theſſalonicam CXiiij. MP.*enumerat*
vetuſtis exemplaribus adſentientibus: & hoc Itine
rario CCLXXX. *numerantur ob flexus manſio*
num itineris militaris.

Melliſurgin MP.XX] *Apud Suidam nudum*
nomen μελισιουργὶς.

Apolloniam MP.XVII]*Hæc* Macedonic
Apollonia *eſt, quam ab* Amphipoli *vnius die*
itinere diſtare Liuius perhibet,libro xlv. Macedo
nicam *hanc recenſet* Plinius: *cuius incolæ* Macro
bij *cognominarentur.* Ptolemæus Mygdoniæ *cog*
nomen attribuit, ab altera item Macedoniæ *di*
ſtinguens, quam Taulantijs *attribuit,cuius infi*
*Antoninus meminit,pag.*LXXV.

Philippos MP.XXXIII] *Plinius abeſſe*

Dy

Dyrrhachio CCCXXV. MP. *perhibet, & Thraciæ attribuit, Ptolemæus vero* Macedoniæ.

NEAPOLIM MP. XII] *Dion libro xlvij.* Symbolum *montem intra* NEAPOLIM *& Philippos ſtatuit, quorum* NEAPOLIS *ad mare è regione* Thaſi *ſita eſt:* Philippi *vero in planicie, inter montes. Plinius item* NEAPOLIS Thraciæ *meminit.*

ACONTISMA MP. VI (II] *Regium* MP. VIII. *& reliqua* MP. VIIII. *Ammianus libro xxij. de Thraciarũ regionibus agens:* Ex angulo, *inquit,* orientali Macedonicis iungitur collimitijs per arctas præcipiteſq; vias, quæ cognominantur Acontiſma: cui proxima Arethuſa cõuallis & ſtatio, in qua viſitur Euripidis ſepulchrũ, tragœdiarũ ſcriptoris. *Et rurſus lib. xxvij.* Pariaq; deinde metuens, obſtruxit tres aditus anguſtiſſimos, per quos prouinciæ tentantur Arctoæ, vnum per Ripenſem Daciam, alterum per Succos notiſſimum, tertium per Macedonas quem ádpellant Acontiſma.

TOPIRIM MP. XVII] *In Regio, Blandiniano, & Longoliano* TOPIRO MP. XVII. *Plinius à* Philippis Scotuſam & Topirim *recenſet in* Thracia *prouincia. Ptolemæo* τοπιρίς. *In Concilio Chalcedonenſi Euſebius* Topiris *ciuitatis Epiſcopus ſubſcripſit: atq; ea Macedoniæ attribuitur. Procopius* περὶ τῶν κτισμάτων, *vrbem vetuſtam nomine* τόπερον, *in* Rhodope *conſtitutam perhibet, cuius muros, cum à* Sclauinijs *barbaris capta eſſet, Iuſtinianus maiorem in altitudinem deduxerit, vt tumulum imminentem ſuperaret.*

CONSINTUM MP. XIII] *In Regio* Coſinto

MP.

MP.XIII.& *Blandiniano* Cosinto MP.XIIII. *In Neapolitano* Casinto MP. xiij. *Longolianum* Cosinto mp. xiiij. & Casinto *corrigit.*

Pyrsoalim MP.XXIII] *in Regio* Portulis MP. XXIII. *in Blandiniano* Porsulis, quod modo Maximianopolis MP. XXIII. *& eodem modo in Neapolitano, & Longoliano: infra exemplaria* Pyrsoalim *edunt, & ea verba* Porsulis *adiecta in alienum deuenerũt locum, ex studiosi alicuius nota: quando* Maximianus *imperator, à quo vrbi inditum nomen adparet, cum* Diocletiano *imperium obtinuit, & eiurauit. Propter auctoritatem tamen peruetusti exemplaris Blandiniani, miniaceis litteris ea verba signauimus, vt aliena esse indicentur: nec Antonini itinerario tribuenda. Ammianus libro xxvij.* Rhodope, huic annexa Maximianopolim habet, & Maroneam, & Aenum: post quam conditam, & relictam Aeneas Italiam auspiciorum prosperitate perpetua, post diuturnos occupauit labores.

Brendicem MP XXI] *Manuscripta, & Longolianum exemplar* Brendice MP.XXI. *& infra eadem* Brizice MP.XX. à Pyrsoali.

Timporum MP. XVj] *in Regio* Timero MP. XVj. *in Blandiniano* Timporo MP. XVI. *Neapol.* Timpiri MP.XVI. *Longolianum* Timporo MP. XVI. *&* Tompiri *corrigit. infra* Imparæ *mentio fit inter has mansiones.*

Dymem MP.XVI] *Manuscripta, & Longolianum* Dimis MP.XVI. *Et infra item* Dimis *edunt. Ptolemæo in Thracia prouincia post* Drusiparam Δόμη.

Zer-

Zeruim MP. XXIIII] *In manuscriptis & Longoliano* Zeruis MP XXIII.

Ostudizum MP.XVIIII] *In Regio* Ostidizo MP. XVIIIJ. *& supra* Ostudizon MP. XVIIIJ. ab Hadrianopoli. *In Blandinano* Hostridizo MP.XVIIII. *In Neapolitano* Hostridizo MP.XXI: *& in Longoliano* Hostridizo MP.XVIIIJ. *Nec veremur nimio fastidio variam exemplarium lectionem indicare, in tam abstrusis, & reconditis nominibus, si vera lectio erui possit.*

Burdidizum MP. XVIIII] *Supra* Burtudizon MP.XVIIJ. *& hoc itinere manuscripta & Longolianum* Burdidizo MP. XVIIIJ. *preferunt.*

Bergulas MP.XVII] *Eadem* Bergulæ MP. XVII: *cum supra à* Burtudizo Bergulas XVIIJ. MP. *adsignentur.*

Drusiparum MP. XVI] *Supra* Drizaparã MP XIIIJ. *in hoc itinere Regium* Drusiparo MP.XVI. *Blandinianum* Druzibaro MP.XVI. *Neapolitanum* Druzibaro MP.XVII. *Longolianum* Druzibalo MP XVI. *&* Druzibaro *corrigit, in fine libri.*

Tirallum MP. XVI] *In manuscriptis & Longoliano* Tirallo MP. XVI. *& supra* Iziralon *adscripsimus.*

Perinthum Herac. MP. XVIII] *Supra pagina* XXXI. *Heraclea sine* Perinthi *cognomento censetur cum eadem sit: quod huic itineri adiectum videtur, quod in eo alterius* Heracleæ, *nempe* Macedonicæ *mentio fiat. Ammia-*

nus

nus libro xxij. Et ciuitatem, quam Hercules cō-
ditam Perinthi comitis sui memoriæ dedi-
cauit. *Stephanus* Perinthum *non ab Herculis co-
mite, sed à* Perintho Epidaurio, *qui cum Oresti
militauerat, cognominatam perhibet. Ptolemæo πέ-
ρινθος ἤτοι ἡράκλεια.*

Pag. 74. Byzantium MP. XVIIII.] *In regio* Byzan-
tio MP. XXVIIII. *In reliquis* Byzantium quæ
Constantinopolis MP. XVIIII. *quæ vt adie-
cta videantur, miniaceis litteris designauimus.*

Aulonem Stad. NMR. I.] *Regium* Aulona
Stad. I. *Bland.* Aulonam stadia NMR. Mill.
In Neapolitano & Longoliano Aulonam nume-
ro CC. *ex nota enim ∞. quæ mille denotat* CC
MP. *edit librariorum inscitia. Huius stationis Pto-
lomæus mentionem fecit in ora* Macedoniæ *mari-
tima, iuxta* Apolloniam, *& vrbis, ac naualis no-
mine decorat.* Αὐλῶν πόλις ἐπίνειον, *vt qui ex op-
pidi nomine,* Aulorum *regionem verterint, nim-
inepte fecerint. Neq; adeo male vetustus interpres
qui* Aulonem ciuitatem naualem *vertit. Steph-
nus cum plures eius nominis vrbes recenseat, huius
ab eo mentio non fit. In* Itinerario maritimo *An-
tonini, eius stationis meminit.* Sunt, *inquit,* supe-
Acroceraunia, & relinquit Aulonam in dex-
tro interius. *Alterius* Aulonis *prope* Tarentum
*Horatius meminit carminum lib. ij. ad Septimium.
Strabo libo vi. traiectus in Italiam è Graciatra-
esse tradit.* Tarentum, Brundisium & Rhe-
gium. *Tamen* Tarentinum & Hydruntinum
eundem ferme fuisse adparet. Vnde Plinius ab Hy-
drunte *in Graciam traiectum breuiorem esse tra-*

di-

dit; à Brundisio *vero longiorem illum quidem, sed certiorem.*

Ad Acroceraunia MP. XXXIII] *In Regio* Ab Acroceraunia MP. XXXIII: *vt sit* ad Acroceraunia *ex* Aulonis *statione. In reliquis* Acroceraunia MP. XXXIII. *Hi montes* Ceraunij *nuncupantur, quos Horatius,* infames scopulos, Acroceraunia *vocat. Strabo intra* Ceraunios *montes portum esse amplissimum cui* Panhormi *nomen erat: quem hac statione Itinerarij designari arbitror.*

Phœnicem MP. XLI] *Vrbs est* Epiri *Polybio libro II. Liuius libro XXIX.* Phœnice, *inquit,* vrbs est Epiri. *Strabo,* τὸ δὲ κατὰ βύθρωτὸν ἡ φοινίκη *Ptolemæus mediterraneis Epiri adscribit.*

Butrotum MP. LVI] *exemplaria manuscripta Antonini non aspirant: & Cæsaris, Ciceronis, ac Plinij vetustis exemplaribus, caret aspiratione* Butrotum. *In Strabonis, Ptolemæi, & Stephani, aspiratur. Strabo in* portus *ore conditum esse, & Romanis frequens accolis iuxta* Posidium. *Cæsar libro III. de bello ciuili:* Erat autem ad Butrotum oppositum Corcyræ. *Butrotum an Buthrotum.*

Clycis limen MP. XXX] *In Regio* Clicis limen MP. XXX. *In Blandiniano* Clycis limen MP. XXX. *& Neapolitano* Clitis limen MP. L. *In Longoliano* Clycis limen MP. XXX: *&* L. *corrigit.*

Actiam Nicopolim MP. XX] *In Regio* Ctia Nicopoli MP. XX. *In Blandiniano* Actia Nicopoli MP. XX. *& Neapol.* Aciuam popolim MP. XX. *& Longoliano* Actianopoli MP. XX. *Vete-*

res vt Nicopolim *hanc à reliquis distinguerent:* τὴν πρὸς ἄκτιῳ *vocabant: nam Augustus* Actium *vrbem* Nicopolim *cognominatam condidit: & Stephanus docet* Actiam *vrbem, &* Actium *dici, cum Tacitus libro Annalium II. tradit,* Germanicum consulatus honorem inijsse apud vrbem Achaiæ Nicopolim: Acarnaniæ *legendum videtur, non* Achaiæ. *Nam Plinius,* Acarniæ, *inquit,* quæ antea Curetis vocabatur oppida, Heraclia, Echinus, & in ore ipso colonia Augusti Actium, cum templo Apollinis nobili, ac ciuitate libera Nicopolitana. *Stephanus* Nicopolim *hanc* Epiri *cognominat.* Acarnaniam *vero* Epiro *contineri certum est.*

Taciti locus.

Euenum MP.XX] Euenum *fluuium Strabo* Lycormam *vocatam perhibet, &* Acheloum *&* Euenum *in mare fluere: illum quidem per* Acarnaniam *delabi, &* Euenum *per* Aetoliam *Plinius* Acheloum *è Pindo fluere, &* Acarnaniam *ab* Aetolia *dirimere. Ptolemæo in* Achaia *ostium statuitur* Εὐηνοῦ.

Thespias MP.XL.] *Adeo inuersum fuerat à librarijs hoc nomen, vt vix restitui in veram lectionem potuerit, cum tam illustribus, & memorabilibus mansionibus* Achaiæ *totum hoc peragatur iter. In Regio etenim exemplari* Estias MP.XL. *& in Blandiniano & Longoliano* Testias *legitur. Neapolitanum* Thestias *habet. Eæ sunt* Thespiæ, *quæ propter Praxitelis* Cupidinem, *vt Verri Cicero insultat, visebantur: quorum verborum memor Plinius, insita illa non vulgari doctrina,* Eiusdem, *inquit,* est & Cupido obiectus à Cicerone

Antonini locus restitutus.

Praxitelis Cupido.

Cicerone Verri, ille, propter quem Theſpiæ viſebantur: nunc in Octauiæ ſcholis poſitus. *Donum illud Glycerium meretricem* Theſpienſibus *conſecraſſe Strabo auctor eſt: ac nonnullos idcirco prius in id oppidum conſcendiſſe*, Cupidinem *ipſum contemplaturos infra* Heliconem *montem ſitum: cum alioqui ſpectatu foret indignum*. PRIMŪ *à ſede ſua à Caio Imperatore amotum, & Romam aduectum, & à Claudio remiſſum, Neronem iterum reportaſſe Romam* PAUSANIAS *auctor eſt: atque ibi igne fuiſſe conſumptum.*

Eleuſinam MP. XIII.] *In Regio* Eleuſina. MP. XIII. *& in reliquis* Eleuſia MP. XIII. PAUSANIAS, *cum* Eleuſinem *item, atque hoc itinerario*, Athenis *adiungat, rectum caſum* Eleuſin *ducit*. In Attide, *inquit*, Eleuſin Cereri conſecrata, & clariores, quam vt indicari egeant, Athenæ. *In Plinij vetuſtis exemplaribus*, in Hellade Megara, Eleuſin. *Strabo* ἔστ' ἐλευσὶν πόλις. PTOLEMÆO *item in Attica* ἐλευσὶν. PAUSANIÆ *in Phocicis* ἐλευσίνη. *Eleuſin, et Eleuſine.*

Oropum MP. XLIIII] Oropum *confinio Bœotiæ adnectit* PLINIUS. Oropium *agrum mediũ inter* Atticam, *&* Tanagreos *tenuiſſe Bœotios* PAUSANIAS *perhibet: nam cum diu Athenienſes de eo dimicaſſent, non ante potitos eſſe, quam eum à Philippo Rege, cum Thebas expugnaſſet, receperunt. Complures annos ſuper ea re contendiſſe adparet: vnde Amm. li xxx.* Et Calliſthenes, *inquit*, quẽ nobilẽ illã ſuper Oropo cauſam, qui locus in Euboea eſt, perorantẽ, idẽ Demoſthenes, Academia cũ Platone relicta, ſectatus eſt, vt *mirũ ſitus locus*; *Ammiani & Ciceronis.*

Euboeæ *eum locum Ammianum attribuere. Multo posterior fuit illa trium sapientiæ procerum ab Athenis Romam legatio, super eadem controuersia: de qua Plinius libro vij. cap. xxx. Et quibus Cos. ea legatio, & Carneades Romam venerit, Cicero ad Pomponio Attico scisscitatur.* Hæc nunc quæro, *inquit*, quæ causa fuerit. *De Oropo opinor: sed certum nescio. At ipse explicat in libris de Oratore, de* Carneadis, Critolai, & Diogenis *legatione, qui ab Athenienſibus legati Romam venerant.*

Thebas MP. XXXVI] *In Regio, & Neapolitano* Thebis MP. XXXVI. *In Blandiniano* MP. XXXIII. *& item in Longoliano, sed* XXXVI. *corrigitur Hæ* Bœotiæ *sunt* Thebæ, *quas, cum sibi quondam* Græciæ *principatum vindicarent, Pausanias ad arcem iam vnam, sua ætate, & non ita multos incolas redactos, vix dum vetus nomen seruare, auctor est in Arcadicis: qui Antonini Imperatoris, Antonini Pij filij imperio, id opus commentabatur.*

Pausanias qua ætate floruerit.

Demetriadem MP. XIIII] Demetrias *hæc, oppidum* Pegasa *antea dictum Plinius tradit in Thessalia prouincia: & Ptolemæo, ac Stephano* Thessaliæ Phthiotidis: *atq; item* Lariſſa Cremaſte: *quæ hoc Itinerario* Demetriadi *subiungitur. Liuius libro xlij.* Lariſſa, quæ Cremaſte dicitur, oppugnata.

Dium MP. XXIIII] *In Manuscriptis, & Longoliano* Dio MP. XXIIIj. *Ptolemæo in sinu Thermaico post Aliacmonis fluminis ostium* Δῖον χολώνια. *Stephano* Dion *vrbs &* Euboeæ, & Macedoniæ *recensetur.*

Pudaiam MP. XVIIII] *In Regio* Pudaia

MP.

MP.XVIIIj. *& in Blandiniano, & Longoliano* Pudata MP.XVIIIj. *Neapolitano* Puclata MP. XVIIIj. *Forte ea eſt, quæ à Ptolemæo in Thraciæ mediterraneis παυταλία vocatur.*

Boream MP. XVII] *Ptolemæo iuxta* Aedeſſam *Macedoniæ* Βέρροια.

Inde per Macedoniam] *Hæc in Regio habentur, & in reliquis adduntur vſq;* Conſtantinopolim MP.DCCLVI : *quæ verba, tanquam aliena ab Antonini opere, communibus characteribus deſcribuntur.* Pag.75.

Apolloniam MP XXV] *Hæc item* Macedoniæ *prouinciæ eſt* Apollonia vij. MP. *à mari recedens, vti Plinius eſt auctor, quam* Taulantiorum *regioni Ptolemæum attribuere memorauimus, Macedoniæ prouinciæ. Stephanus* Illyridi *attribuit.*

Scampim MP.XXII] *Manuſcripta, & Longolianum* Scampis MP.XXij. *cum ſupra pagina* LXXij. *à Clodianis* Scampim XX. *tantum* MP. *numerentur.*

Tres Tabernas MP.XXX] *Eadem præferunt cum eadem pagina* LXXij. *à* Scampi Tres Tabernas XXviij. MP *tribuantur.*

Lychnidum MP XXVIII] *In Regio* MP.XXviij *& in reliquis* MP.XXVij *totidem ſupra à* Tribus Tabernis Lychnidum *conſtituuntur.*

Scirtianam MP.XXVII] *In Regio* Scirtiana MP.XXvij. *& in Neapolitano* Scirciana MP.XXvij *Blandinianum & Longolianum* Sirtiana MP. XXiiij *ſed in hoc* XXvij *corrigitur.*

Caſtra MP.XV] *In Regio* MP.VI. *& in reliquis* MP.XV.

Cellas M P. XXXIII] *In Neapolitano exemplari* Cellis M P. XXIIIj. *& in reliquis* M P. XXXIIIj. *& tamen supra itinere à Dyrrhachio Byzantium, ab* Heraclea Sintice Cellas, M P. XXXIII. *adsignantur.*

Dicæopolim M P. XXX] *In Regio, & Blandiniano* Dioclitianopolis M P. XXX. *& in Neapolitano* Diodianopolis M P. XXX. *In Longoliano* Diocletianopolis M P. XXX. *& miniaceis litteris corrigitur* Diodranapolis. *Cum tamen omnino quoduis potius nomen, quam vrbis* Diocletiani, *huic mansioni conueniat, sicuti & de* Maximiano *supra, & hac ipsa pagina indicatur: Mihi* Dicæopolim *proponere placuit, asteriſco adpoſito: quod apud Suidam* δικαιόπολις *fiat mentio: & quamuis addatur apud eum auctorem in* θρακῇ πλησίον ἀυδήρων, *fieri tamen potest, vt* Macedoniæ *pars ea sit, aut* Thraciæ *contributa: Illud etiam persuadet, quod apud Plinium ex* Macedonia *prouincia, medio flexu litoris,* Thessalonica, *quæ hoc itinere huic mansioni adiungitur, recensetur: & statim idem auctor inter oppida* Thermaici *sinus primam* Dicæam *adplicat: & Ptolemæus in eodem sinu* Thermaico, Thessalonicam *commemorat. Præterea cum* Dicææ Macedonicæ *à Ptolemæo mentio non fiat, & iuxta* Heracleam Sinticem παροικόπολις *meminerit, mihi maxime fit verisimile, librariorum culpa id esse nomen detortum, ac deprauatum: & eius loco* δικαιοπολίν *substituendam. Præterea Procopius* περὶ τῶν κτισμάτων, Diocletianopolim Thessalia

Loci Antonini & Ptolemæi expendendi.

liæ *attribuit, non* Macedoniæ, *aut* Thraciæ: *vtcunq; tamen acciderit, merito* Diocletianopolis *ex hoc Itinerario posthac extrudetur. Stephanus Dicææ vrbis Thraciæ, meminit.*

Otopisum MP.XVIIII] *In Regio exemplari legitur* Atopiso MP. XVIII. *In Blandiniano, & Longoliano* Otopisio MP XVIII. *In Neapolitano* Otopiso MP XVIII.

Stabulum Diomedis MP.XXII] *Pomponius lib.ij.* Tum sthenas fluuius, & ripis eius adiacens Maronia. Regio vlterior Diomedem tulit, immanibus equis mandendos solitum obiectare aduenas, & eisdem ab Hercule obiectum. Turris, quam Diomedis vocant, signum fabulæ remanet. *Plinius in* Thracia *prouincia oppidum fuisse* Tyridam *(ita enim in vetustis legitur exemplarib. non* Tindã) Diomedis *equorum stabulis dirũ perhibet. Solinus* Tyrida *inquit*, oppidum fuit, equorũ Diomedis stabulum: sed cessit æuo, solumq; turris vestigium adhuc durat: *quæ mansio nunc hoc indicari Itinerario videtur, à Põponio & Solino* Turris *vocata.*

Imparam siue Pyrsaolim MP.XVIII] *In Regio euanescentib. litteris* In I..A.. siue Pirsoali MP XviiJ. *In Blandiniano* Inipara siue Pyrsoalij nunc Maximianopoli MP.XviiJ. *Neapolitano* Iuraparo siue Pyrsoalij nunc Maximianopoli MP.XVIII: *& in Longoliano* Impara siue Pyrsoalij nunc Maximianopoli MP. XVIII. *Supra duæ mansiones ab Antonino repositæ sunt, itinere* à Dyrrhachio Byzantium, *pagina* LXXIII. Pyrsoalis, & Tim-

porum: *videturq; hoc itinere à Stabulo Diomedis* Imparæ *(siue Timporum ea est)* & Pyrsoalis, *quasi æqua distantia mansio proponi. In reliquis, excepto Regio, illa verba* Pyrsoali *adduntur*, nunc Maximianopolim, *quæ tanquam aliena distinguuntur.*

Bricizem MP.XX] *Regium & Blandinianum* Bricize MP.XX. *In Neapolitano* Brixice MP.XX. *Longolianum* Brizice MP.XX. *&* Brinice *corrigitur. Supra eadem* Brendicem *summo consensu ediderunt.*

Traianopolim MP.XXXVII] *In Regio aufferendi casu, & Neapolitano: Blandinianum & Lõgolianum* Traianopoli MP.XXXIIIj. *sed in hoc* XXXVij. *corrigitur.*

Cypselam MP.XXVIIII] *In Regio, fugientibus litteris,* Gij. Ala MP.XXVIIIj *In Blandiniano* Gipsala modo Cipsala MP XXVIIIj. *Neapolitanum* Gipsala modo Cypsala MP.XXVIIIj. *& Longolianum* Cipsala MP XVIIIj. *Straboni in vulgatis* Cypselus, *cũ perhibet ex* Apollonia *in* Macedoniam, Egnatiam *viam in Orientem protendi, quam per millia passuum dimensi fuerant: & per lapideas columellas, vsque* Cypselum, *&* Hebrũ *amnem* MP D XXXV. *Stephanus* παράκειται καὶ κύψελα πόλις Θράκης, πλησίον τοῦ ἕβρου ποταμοῦ. *Pomponio Melæ in vetusto exemplari*, & Bisaltæ Samiorum, & ingens aliquando Gipsela. *Plinius in Thracia prouincia,* Circa quem locum fluuius Melas, à quo sinus appellatur. Oppida Cypsela, Bisanthe. *Ptolemæo in mediterraneis Thraciæ* κύπσελλα.

Syra-

Syracellam MP. XXX] *In Regio* Siracella MP.XXX. *& infra* Siraſcele. *In Blandiniano* Syracella MPXXII:*& infra* Syraſ cæle: *& Neapolitano* Siracolla MP.XXV. *Longolianum* Siracollam MP.XXXVII.

Reſiſton MP.XXVI] Reſiſto MP.XXVI. *præferunt manuſcripta & Longolianum, cum ſupra pag.* XXXVII. ab Apris Reſiſton *ex Plinio, & exemplaribus Regio, & Blandiniano* XXII. MP. *tribuantur. A* Reſiſto *vero* Heracleam Perinthum MP.XXV: *& hoc itinere* MP.XXVI. *omnia præferunt exemplaria.*

Cœnophrurion MP.XXIIII] *eadem exemplaria hæc milliaria præferunt, cum ſupra ab Heraclea Perintho* Cœnophrurion XVIIJ. *tantum* MP. *adſignentur.* Pag.76.

Melantiada MP.XXVIII] *In Regio* XXIIIJ *Reliqua* MP.XXVIIJ. *& ſupra à* Cœnophrurio Melantiada MP.XXVII.

Byzantium MP.XVIIII] *In Regio* MP.XXIIII. *Blandinianum & Longolianum* MP.XVIIII *& in Neapolitano* M.XVIII. *Supra à Melantiada Byzantium* MP.XVIIII.

Confecto hoc itinere in Blandiniano legitur, ab Aulona vſque Conſtantinopolim MP.DLII *& in Neapolitano* MP. DCCLVI: *& Longolianum Blandiniani lectionem præfert, ſed* DCCLVI *corrigit, quæ in Regio non habentur, ac tanquam adiectitia, & inepte à librarijs repetita, reijciuntur.*

Aphrodiſiadem MP.XXXIIII] *Regium & Neapolitanum* MP.XXXIIII. *Blandinianum* XX-

VIIII. *& Longolianum* XXIIIJ. *Ptolemæo in Thracia cum* Cypsela & Apris ἀφροδίσιας. *Stephano in Thracia* Ἀφροδίτης. *Procopius* περὶ τῶν κτισμάτων, *perhibet Iustinianum, vt Cherrhonesi incolas tutiores redderet, vrbem* Aphrodisiadem *vallo munitissimo, cum maiore ex parte antea muris careret, circumdedisse.*

Callipolim MP.XXIIII]*Regium* M P.XXXIIII.*& reliqua* XXIIII.

A Callipoli Traiectum in Asiam Lampsacum vsque stad. LX] *Habet Regium exemplar. Reliqua* A Callipoli Traiectum stad. LXX. *Strabo* Callipolim *à* Lampsaco *non amplius* XL. stadijs *abesse auctor est*. Europa *tamen ab* Asia *septem stadijs dirimebatur. Plinius*, Et Hellespõtus septem, vt diximus stadijs Europam ab Asia diuidens, quattuor illinc inter se contrarias vrbes habet: in Europa Callipolin & Sestõn; in Asia Lampsacum & Abydon. *Strabo ad promuntorium iuxta* Dardanum, *septem item stadiorum mare* Asiam *ab* Europa *dirimere tradit, à Xerxe ponte constratum,* Lampsacum, *vnde nomen inuenerit Pomponius memorat, extremo libro primo*: Lampsacum Phocaeis appellantibus nomen ex eo traxit, quod consulentibus, in quasnam terras potissimum tenderent, responsum erat, vbi primum fulsisset, ibi sedem capessere.

Europæ ab Asia distantia.

Inde Abydum MP. XXIIII]*In Regio*, Abido MP.XXIIII *& in reliquis*, Inde Abydo MP.XXIIIJ. *Strabo* Lampsacum *insignem sua ætate vrbem, quæ optimum habebat portum ab Abydo*

clxx.

clxx. *distare stadia tradit*: *quod spatiũ* xxiiij. *milliaria non æquat*. *Ex* Abydi *angustijs ad* Aesapũ *flumen*, *&* Cyzicenum *agrum ad Propontidem Troadis regionem pertinere idem memoriæ prodit.*

Dardanum MP. VIIII] *Liuius libro xxxij.* In portum quem vocant Achæorum, classẽ primum aduertit: inde Ilium ascendit, sacrificioque Mineruæ facto, legationes finitimas ab Elæunte, & Dardano & Rætheo tradentes in fidem ciuitates suas, benigne audiuit. *Post Abydum* Dardanum *promuntorium esse*, *& vrbẽ* Dardanum *lxx. stadijs ab* Abydo, *quo L. Sylla, & Mithridates conuenerint Strabo memorat: & Plutarchus in Sylla, cõgressos fuisse* Dardani Troadis *perhibet. Plinius à* Rhœteo, Dardaniũ *oppidum paruum abesse stadijs lxx. tradit. Ptolemæo in Hellesponto* Abydus, *&* δάρδανον *conlocantur. Stephano* Δάρδανος πόλις Τρῳάδος, ἡ πρότερον Τευκρίς.

Ilium MP. XII] *Strabo* Ilienſium *vrbem xxx. fere stadijs distare ab eo loco, quo* vetus Ilium *ab* Ilo *conditum fuerat, superius ad orientem*, Idã *&* Dardanum *versus memorat, iuxta vicum, qui eius ætate*, Ilienſium *dicebatur. De hac vrbe plura ab eo scitu admodum digna referuntur: quam* noui Ilij *cognomine distinguit.*

Troadem MP. XVI] *Liuius* Alexandriam, Troadem *adpellat libro xxxvij. Strabo post Alexandri Magni obitum eius vrbis curam à Lysimacho susceptam, quæ iam ab* Antigono *habita erat; &* Antigoniam *nuncupatã perhibet; eius nomen immutarit: & coloniã Romanã deductã inter*

insignes

insignes vrbes sua ætate haberi. Plinius, Ipsaque Troas Antigonia dicta nunc Alexandria, colonia Romana. *Ptolemæo* ἀλεξανδρία τρῳὰς *minoris* Phrygiæ *Asiæ prouinciæ seu* Troadis. *Nicephorus Callistus plura scitu digna commemorat, de Siluano* Troadis *Episcopo.*

Antandrum MP. XXXV] *Hæc vrbs sub Ida monte in* Mysia Aeolidis *Stephano: & Ptolemæo extra Aeolidem in minore* Phrygia. *Plinio*, in litore Antandros, Edonis prius vocata.

Adramyttium MP. XXXI] *Strabo* Adramyttium *Athenienſium fuisse coloniam, quæ & portum haberet, & nauale, & bello Mithridatico magna calamitate affectam memorat. Ab ea* Adramyttenus *sinus dictus, cuius pars est* Elaiticus. *Ptolemæo* ἀτραμύττιον. *nam cum τ, aut δ id nomen describi, Stephanus admonet.*

Germam MP. XXX] *Hæc* Germa *est cognomento* sacra *Ptolemæo inter Mediterraneas* Mysiæ *minoris in* Hellesponto: ἱερὰ γέρμη: *altera ab ea, cui coloniæ cognomen tribuit, in* Tolistobogijs *cuius supra ab Antonino fit mentio, itinere à* Pessinunte Ancyram. *Stephano* Hellespontia *cognominatur: & ab Herodiano* Asiæ *attributa.*

Thyatira MP. XXXIII] *& femineo, & neutro genere profertur. Liuius libro xxxvij.* Inde per Thyatira Sardeis venit. *Item Plutarchus in Sylla. Appianus, Ptolemæus inter vrbes Asiæ prouinciæ, Lydiæ & Mæoniæ,* Thyatiris, *cognomen* Metropolis *tribuit.*

Sardeis MP XXXIII] *In Regio deest numerus milliarium. In Blandiniano & Longoliano* MP. XXXII.

XXIII. *Neapolitano* MP.XXXVI.

Tripolim MP.XXXIII.] *In Regio* MP.XXXIIII. *& in reliquis* MP.XXXIII. *Ptolemæ. inter vrbes Lydiæ & Mæoniæ cum* Thyatiris Sardis, *(quam Horatius* Cressi regiam *cognominat)* Philadelphiam & Tripolim *conlocat.*

Hierapolim MP.XII.] *Plinius* Hierapolitarum *meminit, qui conuentui* Cybiratico Phrygiæ *contribuebantur: quo &* Laodicia, *quæ hoc itinere* Hierapolim *prope contingit: Strabo item in eâ regione cum* Magnesia & Myunte Hierapolis *mentionē fecit. Stephanus huius vrbis meminit.*

Laodiciam MP.VI.] *Ptolemæo hæc est* Λαοδίκια *ad* Lycum *fluuium. Strabo auctor est* Caprum & Lycum *fluuios in Mæandrum influere: & quod* Laodicæa Lyco *proxima sit, ab eo nomen sumpsisse. Plinius impositam esse* Lyco *flumini latera alluentibus* Asopo & Capro. *Inter eius nominis vrbes, hanc* Lydiæ *Stephanus Antiochum condidisse perhibet, Stratonices filium.*

MP.CCCIII.] *In Regio* MP.CCCVI. *& reliqua* MP.CCCIII. *cuius summæ ratio constat.*

Pontem Tiluri MP.XVI.] *In Regio* MP.II *& in reliquis.* MP.XVI. Pag. 77.

Biludium MP.XIII.] *In Regio* Bilubium MP.XIII. *& in reliquis* Biludium.

Aufustianas MP.XVIII.] *In Regio* Aufaustinianis. *& in reliquis* Aufustianis. *Vide an legendum sit* Ad Faustinianas, *aut* ad Fustianas.

Naronam MP.XXV.] *In Regio* Narona MP.XXV. *Blandinianum* Harona MP.XXV. *Neapolitanum* Narona MP.XXX. *Longolianū* Aro-

na

Plinij locus.

na MP.XXV. *&* Narona MP.XXX. *corrigit.* Plinius, Narona Colonia tertij cõuentus, à Salona LXXXII. M P. appoſita cognomĩnis ſui fluuio à mari XX. MP. *Ita enim in Cæſar auguſtano legitur exemplari, & in Toletano* à Salona LXXV. MP. *diſtare, & aliud item Cæſar auguſtanum exẽplar* MP. LXXX. *Ex hoc vero itinere* à Salonis LXXXIIII. MP. *ducuntur. Ptolemæo in Dalmatia mediterraneis* ναρβονὰ κολώνια *pro* ναζονὰ.

Alatam MP.XVII.] *Hæc videtur eſſe, quæ in* Illyride *inter mediterraneas* Dalmatiæ *vrbes recenſetur à Ptolemæo* ἄλητα.

Birziminium MP. X.] *Omnia conueniunt in hanc lectionem exemplaria.*

Cinnam MP.XVIII.] *Manuſcripta & Longolianum* Cinna MP.XVIII. *Ptolemæo in eadẽ* Illyridis *prouincia inter mediterraneas vrbes* Dalmatiæ κίννα.

Scodram MP.XII.] *Plinius*, Amnis Drilo, ſuperque eum oppidum ciuium Romanorũ Scodra, à mari XVIII. MP. *Ptolemæo in eadem regione* σκόδρα.

Per Alpes Cottias MP.CCCCXI] *In Regio* per Alpes Gottias *& numeri ſummæ deſunt. Blãdinianum* per Alpes Pontias MP.CCCCXI. *& Neapolitanum*, per Alpes pontias MP. CCCCXV. *Longolianum*, per Alpes Pontias MP. CCCCXI. *&* XV. *corrigit. Aliud iter per Alpes maritimas Arelate vſq; ſupra proceſſit: nunc* per Cottias *iter eo peragitur. Ammianus libro xv.* Aggeribus cedit Alpium Cottiarum: quas rex Cottius perdomitis Gallijs, ſolus in anguſtijs latens, in-

inuiaque locorum asperitate confisus, lenito tandem timore, in amicitiam Octauiani receptus principis molibus magnis exstruxit, ad vicem memorabilis muneris compendiarias, & viantibus opportunas: medias inter alias Alpes vetustas. *Et paulo post*, & licet hæc, quam diximus, via media sit, & compendiaria, magisque celebris, tamen etiam aliæ multo antea temporibus sunt constructæ diuersis. Thebanus Hercules ad Geryonem exstinguendum, vt relatum est, & Taurisium lenius gradiens, prope maritimas composuit Alpes.

Cottias MP. XXIII.] *In Regio* Guttie MP. XII. *In Blandiniano* Cottiæ MP. XXIII. *& in Neapolitano* Cottiæ MP. XXIII. *Strabo libro iiij.* Cottij *oppidi mentionem fecit in hac regione.*

Carbantiam MP. XII.] *In Regio* Carbantia MP. XII. *In Blandiniano* Garantiæ MP. XXII. *Neapolitano* Carcantiæ MP. XII. *& Longoliano* Carantiæ MP. XXII. & Carcantiæ XII. *corrigit.*

Quadratas MP XVI.] *In Regio* Quadrato MP. XIII. *& infra* Quadratis. *In Blandiniano* Quadratis MP. XXV. *In Neapolitano* Quadratis MP. XXV. *& Longolianum* MP. XX. & XV. *corrigit.*

Taurinos MP. XXIII.] *In Regio* MP. XXII. *& reliqua* XXIII. *Liuius libro xxi.* Taurini, Galliæ proxima gens in Italia. *Plinius*, in regione Trãspadana Coloniæ ab Alpiũ radicibus Augusta Taurinorum, antiqua Ligurũ stirpe

inde

inde nauigabili Pado. *Ptolemæus* Taurinos *sub* Salassijs *conlocat: quorum primam* Augustam Taurinorum *recenset.*

Segusionem MP.XXXIII] *In Regio auferendi casu: & in reliquis* Regusione MP. XXXiij. *Plinius in* Transpadana *regione oppida* Vibi forum, *&* Segusionem *commemorat. Ptolemæo in* Graijs Alpibus σεγθσιορ: *quod mirum videri debet, cum hoc iter per* Cottias *ducatur; & Ammianus refert* Cottiarum Alpium Segusionem *oppidum initium esse, libro XV. Idem perhibet* Cottij *reguli sepulcrum* Segusione *esse mœnibus proximum. Nazarius in Panegyrica oratione, Constantino dicata.* Differamus, *inquit*, parumper Italicas expeditiones, quibus Segusiensium ciuitatem, quæ superatis Alpibus Italiæ clauſtrum obijcit, cum vi & virtute, velut Ianuam belli refregisses, inde per obiectas acies, per exercitus obuios, vsq; ad Romana mœnia inoffensus victoriarum impetus percurrit.

Ad Martis MP. XVI] *Huius stationis eodem loco mentionem fecisse videtur Ammianus, cum de* Cottijs Alpibus *agitur.* A summitate, *inquit*, huius Italici cliui planicies adusque stationem, nomine Martis, per VII. extenditur milliaria. *Infra eiusdem fit mentio pagina* LXXXj: *& pagina* LXXXVIII Fanum Martis *alia videtur esse mansio: & Aelius Spartianus* villæ Martis *in Apennino mentionem fecit, in qua natum fuisse* Pertinacem *perhibet.*

Pertinax Imp. vbi natus.

Brigantionem MP.XXIIII] *In Regio* Brigantione MP. XVIIij: *& infra* Brigantione: *& in*

reli-

reliquis Brigantione MP. XXIIII. *Strabo eodem libro quo* Cottij *meminit*, Brigantij vici *mẽtionem facit. Ptolemæo iuxta* Segusium Βριγάντιον. *Ammianus de via Alpium Cottiarum*, Vnde, *inquit*, decliue quidem iter, sed expeditius ad vlque Castellum Virgantiam patet.

Rame MP.XVIIII] *In Regio* Rame MP. xij. *& in reliquis* MP.XVIIIJ.

Eburodunum MP. XVIIIII] *In Regio* Eburoduno MP.XVIII. *In Blandiniano, & Neapolitano* Eburuduno MP.XVIIII. *Longolianum* Ebruduno MP.XVIIII. *Strabo* εἰς ἐπεβρόδυνον κώμην. *Ptolemæo in* Caturigibus ἐβορόδυνον. *Plinius auctor est*, Galbam *Imperatorem Narbonensi prouinciæ adiecisse ex Inalpinis gentibus* Ebroduntios.

Caturigas MP.XVII] *Hæc mansio cum duabus consequentibus, in Regio desunt exemplari: in reliquis legitur* Caturrigas MP.XVII. *Plinius de Inalpinis*, Cottianas ciuitates, & Caturiges *recensет: repugnantibus omnino manuscriptis exemplaribus: legitur enim* Cottianæ ciuitatis eituri, Liguribus orti: *aut* eturi Liguribus orti. *Ptolemæus in* Caturigibus Eborodunum *tantum recensет: & in hoc itinerario tanquam duo oppida* Eborodunum *&* Caturiges *recensentur. In Notitia prouinciarum sub Duce Magontiacensi Præfectus Classis Barcariorum* Ebruduni Sapaudiæ. Pag. 78.

Vapincum MP.XII] *Habent Blandinianum & Longolianum. In Neapolitano* Vapingum MP.XII: *Vrbs illo tempore, & postero, celebris: infra enim Antoninus pag.* XXCVIII. *summam milliarium à*

um àMediolano Vapincum *designat, & A-*quensi *metropoli* Vapincensis *Ecclesia addicitur.*

Alabontem MP.XVIII]*Blandinianum & Longolianum* Alabonte MP.XVIII. *& Neapolitanum* Alabunte MP.XVIII. *Infra eadem exemplaria* Alamonte *edunt.*

Segusteronem MP.XVI] *In Regio* Segusterone MP. XVI: *& in reliquis* Secusterone MP.XVj.

Catolucam MP. XVI] *In Regio* Catuiaca MP.xiij.*& in reliquis* Catoluca MP.XVI.

Apta Iuliam MP. XV] *In Regio* Apta Iulia MP.xij:*& in reliquis* Auia Iulia MP.XV.*Plinius in Narbonensis prouincia descriptione* Aptæiuli, Vulgientium *meminit. Infra pag. xxcviij. aliquot harum mansionum fit mentio.*

Fines MP.XV] *In Regio* MP.X.*& in reliquis* MP.XVI.

Cabellionem MP.XII] *In Regio, & Blandiniano* MP.XII.*Neapolitanum* MP.XVj. *Longolianum* xij *&* XVj.*corrigit. Strabo lib. iiij,* à Massilia *itineris initio capto, & ducto per Alpes & Rhodanum vsq; ad* Druentiam *amnem, per stadia* D. *Salyes incolere: vbi nauigio ad oppidum* Cabellionem *traijcitur: Itidem perhibet inter* Dubim *atq;* Ararim, *gentem* Aeduorum *incolere, oppidum ad* Ararim Cabellionem *inhabitantium: vbi corrupte legitur* Cabyllinum. *Plinius item in* Volscis Tectosagis, Cabellionis *meminit. Ptolemæo* καβελλίων κολώνια: *& in-*

Strabo emendatior & reprehensus Ptol. interpres.

epte

& inepte vertunt Cabelliorum Colonia. *Non recte in Cæsaris Commentario* VIJ. *belli ciuilis, legitur* Cabillonum. M. Aiistium Tribunum militum iter ad Legionem facientem fide data ex oppido Cabellione educunt. *Et eius commentarij fine. Stephanus* καβελλίων *ex Artemidoro vrbem esse* Massilienſium. *In Panegyrica oratione, Flauiensium nomine Constantino perorata,* Cabillonensis portus ad Ararim fluuiũ *fit mentio.*

Glanum MP XVI.] *In Regio* Glano MP.XVI. *& in Blandiniano & Neapolitano* Clano MP. XVI. *Longolianum* Clauo MP. XVI, *Plinius* Forum Voconij, Glanum Liuij. *Ptolemæo* γλανὸν *in* Salyis.

Ernaginum MP. XII.] *In Regio* Ernagino MP. XII. *Blandinianum* Ernegino MP. XII. *Neapolitanum* Eruagino MP. XII. *Longolianum* Ernegino MP. xii. *& Ernagino corrigitur. Ptolemæo cum* Glano, *&* Arelate, *&* Aquis Sextijs ἐρνάγινον.

Per Alpes Graias] *Supra ex Ammiano,* Alpes Graias *ab Hercule Thebano dictas ostendimus. Plinius* Graiis Alpibus *Herculem transisse memorat. Idem traditur ab Aemilio Probo in Annibale, siue is Corn. Nepos est.*

Nouariam MP. XXXIII] *In Regio* MP. XXXii. *& in Blandiniano* XXIII *In Neapolitano* XXXiii. *& Longol.* XXIII. *&* XXXIII. *corrigitur: eoque numero summa ratio constat.*

Eporædiam MP. XXXIII.] D. *Brutus Ciceroni,* VII. K. Iun. Eporædia. *Stra. Roman. colonia fuisse*

docet: & Plinius libro iij. capite xviij. Sibyllinis libris à populo Romano condi iussam. Ptolemæo in Salassis *cum* Augusta Prætoria ἐπορεδία. *Meminit & inter colonias Paterculus extr. lib. 1.*

Vitricium MP. XXI] *Neapolitanum* Vitricum, *& in reliquis* Vitricium.

Augustam Prætoriam MP. XXV] *Plin. patere Italiã longitudine ab Alpino fine* Prætoriæ Augustæ *per* vrbẽ, Capuamq́; *cursu meante* Rhegium *oppidum in humero eius situm, à quo veluti cervicis incipit flexus* decies centena, & XX. MP. *perhibet: & eam item* Salassorum *regioni tribuit.* Dein, *inquit*, Salassorum Augusta Prætoria iuxta geminas Alpium fauces Graias, atque Penninas *fuit & vrbs altera eiusdem nominis, inter nobiliores* Daciæ *vrbes.*

Arebigium MP. XXV] *Habet Regium exemplar. In Blandiniano* Ereburicum: *Et Neapolitano* Areburicum. *Longolianum* Ereburicum, *&* Areburicum *corrigit: & sequenti itinere cum Regio conuenientia* Arebrigium *præferunt Blandinianum, & Longolianum: vt dubium non sit, quin ita sit scribendum.*

Bergintrum MP. XXIIII] *In Regio* Bergintum *& in sequenti itinere* Bergintrum. *Reliqua hoc itinere* Bergintrum *præferunt.*

Darantasiam MP. XVIIII] *In Regio* MP. XVIII. *& eo numero summa ratio constat. In reliquis* MP. XVIII. *atq; item in sequenti itinere.*

Oblimum MP. XIII] *In Regio habetur: & in reliquis* Bilumum MP. XIII.

Ad Publicanos MP. III] *Habet Regium exemplar:*

emplar: & reliqua, ad Puplicanos MP.III. *sed in Longoliano* Ad Publicanos *corrigitur.*

Mantanam MP. XVI] *In Regio* Mantana MP.XVI. *quo numero summa ratio constat. In Blandiniano* Mantala MP.XIII. *Neapolitano* Mantalia MP.XVI. *Longoliano* Mantala MP.XIII. *& XVI. corrigit.*

Labisconem MP.XIIII] *In Regio* MP.XVI: *& in reliquis* MP.XIIII.

MP.DLXXVI] *In Regio* DL. *& tamen in eo duæ mansiones huius itineris desunt. In Blandiniano* DLXXVI. *In Neapolitano* DLXXVII: *& Longoliano* DLXXVI. *&* DLXXVII. *corrigit.*

Arebrigium MP. XXV] *Hæc mansio deest in exemplari Regio & in Neapolitano. In Blandiniano* Arebrigium MP. XXV: *& item in Longoliano.* Pag. 79.

Bergintrum MP.XXIIII] *Habet Regium exemplar, & Neapolitanum. In Blandiniano* Bergitrum MP. XXIIII. *cum supra* Bergintrum *prætulerit. In Longoliano quod supra* Bergintrum MP.XXIIII. *prætulit, hoc itinere* Bergitrum MP.XXIII. *habet.*

Darantasiam MP.XVIII] *Deest hæc mansio in Regio, quæ in reliquis eodem numero præfertur exemplaribus: quem superiori retinuerunt itinere.*

Causuariam MP.XXIIII] *In Regio* Causuaria MP. XVIIII. *In Blandiniano* Cauaria MP. XXIIII. *Neapolitano* Casuaria MP.XXIIII. *in Longoliano* Canaria MP.XXIIII. *& in emendationibus,* Cauaria *corrigitur.*

Bautas MP.XVIII] *In Regio* Bantas MP.XXX. *In Blandiniano* Bautas MP.XVIII. *Neapolitanum* Bautas MP.XVII. *& Longolianum* Bautas MP.XVIII. *& XVII. corrigit.*

Cenabum MP.XXV] *In Regio* Cenaua MP.XXV. *quæ mansio in reliquis non habetur. Infra* Canabi *mansionem in itinere* ab Augustodunorum Lutetiã Parisiorum *omnia præferunt: & vtroque itinere* Cenabum *legendum videtur: quod oppidum est ad Sequanam in Carnutibus. Id oppidum est, quod in vij. belli Gallici Commentario, & Hirciana, perperam* Genabum, *pro* Cenabum *præfertur: quod miror viros magni nominis, & litteraturæ, qui nobis egregias emendationes ediderunt, non animaduertisse. Locos explicemus, Commentario vij. initio.* Carnutes Cotuato & Conetodunno ducibus, desperatis hominibus Cenabum signo dato concurrunt: *Vrsini & Manut. codices eo loco* Genabin *habent, Glareani tamen & aliorum* Genabum. *Eodem postea libro*, Ipse vt quam primum iter faceret, Cenabum Carnutum proficiscitur; *& codices omnes eo loco habent* Genabum. *Item eodem libro:* præstare omnes perferre acerbitates quam nostri ciuibus Romanis, qui Cenabi perfidia Gallorum interissent, parentarent. *Et hoc loco exemplaria edita ponunt* Genabi. *Hircius in Commentario Gallico*, In oppido Carnutum Cenabo castra ponit. *ita enim in vetustis legitur exemplaribus. Strabo libro iv. cum de* Ligeri *fluuio ageret* ῥοὴς δὲ ὅυτος παρὰ γήναβον τ[ῶν]

Loci Commentariorum Cæsaris.

Strabonis locus & l. Cæsaris castigatus

τὸν καρνύτον ἐμπορεῖον, *quo in loco, quis non videat* κήναβον *esse legendum, à Ptolemæo certe in* Carnutibus κήναβον *constituitur. Nam qui ex emendatoribus indicat initio lib. vij. Commentariorum belli Gallici vitiose apud Orosium* Genapum *pro* Genabum *legi, rectius admonuisset, si pro* Cenapo Cenabum *legendum doceret. Nam in vulgatis Orosij libris qui Venetijs anno* M. D. *excusi sunt* Cenapo *legitur non* Genapo.

Equestrim MP. XVII] *In Regio* Equestrib. MP. XXVII. *Blandiniano* Equestribus MP. XVII. *Neapol.* equestribus MP. XVI. *Longol.* MP. XVII. *&* XVI. *corrigit. Plinio*, coloniæ, Equestris, & Rauriaca. *Ptolemæo in Sequanis* Ἑκβέτρις.

Lacum Lausonium MP. XX] *In Regio* Laco Lausonio MP. XXX. *Blandinianum* Lacu Lausinio MP. XX. *Neapolitanum* Lacu Lausonio MP. XX. *Et Longolianum, quod Blandiniani ferme vestigijs procedit*, Lacu Lausimo. *Hodie vestigia antiqui nominis remanent; Lacus enim* Luxanæ *dicitur, nam idem est, qui* Lemanus.

Vrbam MP. XVIII] *Regium*, Vrba MP. XXI. *In Blandiniano* Vrba MP. XVIII: *atq; item in reliquis, vetus oppidum & satis cognitum Heluetiorum.*

Arioricam MP. XXIIII] *In Regio* Areorica MP. XV. *& in reliquis* Ariorica MP. XXIIII.

Visontionem MP. XVI] *In manuscriptis, & Longol.* Visontione MP. XVI. *Cæsar lib. 1. belli Gallici*, Cũ tridui viam processisset, nuntiatum

est ei, Ariouistum cum suis omnibus copijs ad occupandam Visontionem, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere.

Ammianus correctus.

Ptolemæo in Sequanis ὀυισόντιον. *Ammianus libro v.* Apud Sequanos Visontios vidimus. *nam non rectè in vulgatis* Bisontios, *& libro xvi.* Vbi in vnum congregatum exercitum Vesuntij jussierat opperiri præsentiam suam: *& lib. xx. eadem deprauatione, vulgare nomen sequentes,* Besantionem Viennam hyematurus abcessit.

Velatudurum M P. XXII] *in Regio* Vetatuduro M P. XIIII. *Blandinianum & Longolianũ* Velatudoro M P. XXII. *Neapolitanum* Velatudero M P. XXII.

Epamantadurum M P. XII] *Hæc mansio in Regio pro* Gramati *mansione præfertur, quæ in eo deest exemplari: legitur enim* Epamantaduru M P. XII: *& in reliquis deest exemplaribus: & cum vtramq; adponere oporteat, hanc miniaceis litteris signauimus: neq; enim de nihilo videtur, in optimo exemplari fuisse adpositam, & reliqua* Gramato M P. XVIIII. *summo consensu interijcere. Infra pag.* LXXXVIII. *in reliquis exemplaribus* Epamanduoduri *fit in hoc* Itinerario *mentio, vt supra monuimus, totidemq; milliaria ab eo* Vesontionem, *atq; hoc itinere adplicantur.*

Largam M P. XXV] *in Regio* Larga M P. XXIIII: *& in reliquis* Larga M P. XXV.

Vruncim M P. XVIII] *Regium* Virincis M P. XXV. *Blandinianum* Vtirencis M P. XVIII. *Neapolitanum* Vtirentis M P. XVIII. *& Longolianum* Vtirensis M P. XVIII. *Supra pagina* LV. hu-

huius mansionis fit mentio : cuius certiora vestigia retinentur in exemplari Regio.

Montem Brisiacum MP.XXIIII] *Regium itidem sua in hac mansione obseruat vestigia: nam* Monte Obrisiaco MP.XV. *legitur. In reliquis* Monte Blusiaco MP. XXIIII. *Supra ab* Vrunci *ad montem* Brisiacum MP. XXII. *adsignantur.*

Elcebum MP.XXV] *in Regio* Elueto MP. XXV : *& in reliquis* Helueto MP. XX. *Supra à* Monte Brisiaco *ad* Elcebum MP.XXVIII. *constituuntur.*

Argentoratum MP. XXX] *in Regio* MP. XX. *& in reliquis* MP.XXX. *Supra* Helueto Argentoratum XXVIIII.MP. *adsignantur.*

Per Alpes Penninas] *in Regio*, Penianas: *& in reliquis* Apenninas: *& quare* Penninas *scribendum arbitremur, statim explicabimus.*

MP.CCCCXVIIII] *in Regio* M.CCCCXVI. *& in reliquis* MP.CCCCXVIIII.

Summum Penninum MP] *in Regio* Summo Penino MP.XXV: & Summo Apennino MP.XXV. *in Blandiniano & Longoliano, nam in Neapolitano haec deest mansio: quorum exemplarium vestigijs apparet,* Penninas *in eo scriptum* Alpes, *non* Pœninas *quemadmodum scribendum esset; si eorum auctorum opinioni accedatur, qui eas* Alpes *ab Annibale transcensas* Pœninas *arbitrantur fuisse cognominatas. Liuius libro xxi.* Miror, *inquit,* ambigi, quanam Annibal Alpes transierit. & vulgo credere Pennino, atque inde nomen & iugo Alpium inditum, transgres- Pag. 80.

ſum. *Et paulo poſt*, Neque certe montibus his ab tranſitu Pœnorum vllo Veragri incolæ iugi eius norunt nomen inditum, ſed ab eo, quod in ſummo ſacratum vertice Penninum montani adpellãt. *Vt maxime veriſimile videatur huius Itinerarij auctorem* Veragrorum *incolarum opinioni adſentiri, & non Plinij, aut aliorum auctorum, qui vulgari ſunt adſenſi: quando in hoc Itinerario ſummi eius iugi, quem* Penninum *vocatum in vertice ſacrauere, manſio conlocata videtur. Plinius alterius opinionis adſertor*, Iuxta geminas, *inquit*, Alpium fauces, (*de Salaſſorum Auguſta Prætoria ab eo fit mentio*) Graias, atque Pœninas. His Pœnos Graijs Herculem tranſiſſe memorat. *Polybius per* Taurinos *Annibalem tranſiſſe perhibet, cui Liuius adſentiri videtur. Ammianus libro xv*. Quæ Annibal doctus à perfugis, vt erat expeditæ mẽtis, & callidæ, Taurinis ducentibus accolis, per Tricaſtinos, & oram Vocontiorum extremam ad ſaltus Tricorios venit. *Hæc iuga intellexiſſe Cæſarem adparet, cum perhibet ſe Sernium Galbam cum leg. xij. & parte equitatus in* Nantuates Veragros & Sedunos *miſiſſe, qui finibus Allobrogum, & lacu Lemano & flumine Rhodano ad* ſummas Alpes *pertinebant. Antoninus enim diuerſo itinere* Alpium *nempe Maritimarum*, ſummæ Alpis *meminit: quemadmodũ ter etiam ab eo conſcribitur in tranſitu* Pyrenaei, *tribus itineribus longe diſtantibus* ſummum Pyrenæum *nuncupando. Tacitus itinera hæc* Cottiarum

tiarum Penninarum & Graiarum Alpium *aptè distinxit: libro enim xvij.* Ingens, *inquit*, viribus, opibusque Vitellius, duos duces, duo itinera bello destinauit. Fabius Valens allicere, vel si abnuerent, vastare Gallias, & Cottianis Alpibus Italiam irrumpere; Cæcina propiore transitu Penninis iugis digredi iussus. *Et paullo post*, In Alpe Graia ipse paululum cunctatus, num Rhęticis iugis in Noricum flecteret, sed reputans Noricos in certa victoriæ præmia casuros, Pennino itinere subsignanum militem, & graue Legionum agmen hibernis adhuc niuibus traduxit.

Octodurum MP.XXV] *In Regio* Octoduro MP.XXV. *In Blandiniano & Longoliano* Octodoro MP.XXV: *& in Neapolitano* Octudero MP.XXV. *Cæsar initio libri iij. belli Gallici, de Seruio Galba, qui Inalpinos domuit, agens*, Constituit, *inquit*, cohortes duas in Antuatibus conlocare, & ipse, cum reliquis eius legionis cohortibus, in vico Veragrorum, qui appellatur Octodurus (*ita in peruetusto exemplari Commentariorum legitur*) hiemare: qui vicus positus in valle non magna adiecta planicie, altissimis montibus vndique continetur. *Plinius de Inalpinis*, sunt præterea Latio donati incolæ, vt Octodurenses. *Cæsaris locus.*

Tarnadas MP.XII] *In Regio* Tarnaias MP.XII. *& in reliquis* Tarnadas MP.XII.

Penne locos MP.XIII] *Legitur in Regio & in Blandiniano, & Neapol.* Penne locus MP. XIII. *In Longol.* Penne locus MP.XXI. & XIII. *corrigitur.*

Broma-

Bromagum MP. VIIII.] *In Regio* Vromago MP. VIIII. *Blandinianum* Boromago MP. VIIII. *& in Neapolitano* Bramago MP. VIIII. *Longolianum, Blandiniani lectionem præfert. Mihi hæc manſio diuerſa videtur à* Breucomago, *cuius ſupra in hoc Itinerario fit mentio, cuius in* Tribocis *Ptolemæus meminit.*

Minnidunum MP. VI.] *In Regio* Minnodunum MP. XII. *In Blandiniano* Minnidunum MP XII. *Neapolit.* Mimiodunum MP. VI. *& Long* Mini Dunum MP. VI.

Auenticum Heluetiorum MP. XIII.] *In Regio* Adenticulum Eluetiorum MP. XIIII. *& in Blandiniano & Longoliano* Auenticulum heluetiorum MP. XIIII. *in Neapolitano* Auẽticulum MP XIII. *dictione* Heluetiorum *relicta. Mihi dubium non eſt* Auenticum *legendum eſſe, oppidum quod Ptolemæus ſub* Heluetijs, *in* Sequanis *conlocat, &* ἀβάντικον *legitur: nam etſi in Sequanis à Ptolemæo conſtituatur, id ſatis indicat* Heluetios, Sequanorum *iuriſdictioni contribui. Tacitus certe libro xvij. agens de Heluetijs à Cæcina Vitellioque deuictis,* Multa, *inquit,* hominum millia cæſa, multa ſub corona venundata. Cumque direptis omnibus Auenticum, gentis caput, iuſto agmine peteretur, miſſi qui dederent ciuitatem. *Ammianus:* Alpes Graiæ & Pœninæ, exceptis obſcurioribus, habent & Auenticum deſertam quidem ciuitatem, ſed non ignobilem quondam, vt ædificia ſemiruta nunc quoque demonſtrant.

Penesticam MP. XIII.] *Hæc manſio in Re-*

gio

pio deest exemplari. In Blandiniano legitur Penestica MP XIII. *& in Neapolitano* Petinesta MP.XIII *Longol. præfert* Prœneſtica MP. XIII. *&* Petineſca *corrigitur: Sed Blandinianum exemplar mihi Regij instar erit, ea est eius vetustas, & scriptionis integritas.*

Salodurum MP. XI.] *habet Regium exemplar: & in reliquis* Saloturum MP.X. *legitur. Ad flumen* Arulam *in* Heluetijs *notum oppidum.*

Auguſtam Rauracum MP.XXII.] *Regium, & Blandinianum* Rauracum: *at vetusta inscriptio, cuius statim fit mentio, oppidum ipsum* Rauricam *vocat, si recte id nomen descriptum est: Haud procul à* Basilea *eius ruinæ visuntur. Plinius, nec quisquam ex vetustioribus, quod sciam,* Augustæ *cognomen tribuit,* Inde, *inquit,* Ostia Istri. Ortus hic in Germaniæ iugis montis Abnobæ, ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, multis vltra Alpes milibus. *Et postea* coloniam Rauricam *vocat, deductam nempe à L. Munatio Planco, vt vetus inscriptio, quam Caietæ visam perhibent, docet. Hæc verba legi in eius fine feruntur.*

COLONIAS DEDVXIT LVGDVNVM ET RAVRICAM.

Ptolemæus Augustæ *tribuit cognomentum, quẽ Antonini Pij imperium consecutum fuisse credimus.* *Ptolemæi ætas.*

Ammianus tanto ætate posterior, Rauracum *vocat id oppidum, libro enim xiij. ait,* Vbi prope Rauracum vẽtum est, ad supercilia fluminis Rheni, resistente multitudine Alemana, pontem suspendere nauium compage Romani viribus nitebantur, *In vetusto Commentariorum*

Co-

Cæsaris exemplaribus Rauracũ *oppidum & Rauraci populi vocantur & in Plinianis* Rauricũ *oppidũ & Raureci pop. legitur. Ptolemæo* ῥαυρικῶν *Αὐγῦστα.*

Cambetem MP.XII.] *Regium exemplar* Cambedeme MP. XII. *Blandinianum* Cambete MP.XII. *Neapolitanum* Caribete MP.XII. *Longolianum Blandiniani lectionem præfert, &* Caribete *corrigitur. Nunc pagum esse ad* Rhenũ *pertinentem* Cæmpis *nomine, ferunt.*

Argentouariam MP.XVIII.] *In Regio, & Neapolitano* Argentouaria MP.XVIII. *Blandinianum* Argantouaria MP XVIII. *Longolianum Blandiniani præfert lectionem. In Ptolemæi libris, in* Tribocis ἀργεντοβάρια. *Ad vicum redactum id oppidum ferunt in* Germania *prima.*

Elcebum MP.VI.] *In Regio* Elbeium MP. XVI. *In Blandiniano, & Longoliano* Heluetum MP.VI. *nam in Neap. deest hæc mansio.*

Saletionem MP.VII.] *In Regio* Salentione MP.XIII. *& in Blandiniano, & Longoliano* Saletione MP.VII. *Neapolitano* Salitione MP. VII. *In Notitia Prouinciarum sub Maguntiacensi duce, Præfectus militum Pacensium* Saletione: *nomẽ* Saltz *retinet, ad Rhenum, infra Argentoratum.*

Tabernas MP.XIII.] *Hæc mansio deest in Regio exemplari: & in reliquis* Tabernis MP.XIII. *legitur. Has* Tres Tabernas, *esse quarum Ammianus in rebus à Iuliano gestis libris xvi, & xvij. meminerit, supra admonuimus in pagina* LIII.

Borbitomagum MP.XIIII.] *In Regio* Bor-

bi-

bitomago MP. XIIII. *In Blandiniano* Bornitomago MP. XIIII. *In Neapolitano* Bornuto mago MP. XIIII. *& Longoliano* Bormitago MP.XIIII. *Recte tamen in Regio praferri, Ptolemæi libri docent: legitur enim in Vangionibus* βοῤβητόμαγος.

Bauconicã MP.XII.] *In Regio* Bauconica MP XIII. *& in reliquis* Bouconia MP.xiii.

Magontiacum MP.XI.] *In Regio* Maguntiaco MP.XIII. *& in reliquis* Mogontiacum MP.XI. *Ptolemæo in inferiori* Germania *post* Agrippinensem, Bonnam, & Legionem Traianam, *μογοντιακον. Ammianus* primam Germaniam *vocat. Nam libro xv.* Dein, *inquit*, prima Germania, vbi præter alia municipia Maguntiacus est, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus, barbaricis cladibus nota.

Inde Durocortorum &c.] *In Regio* Inde Durocontoro CCCXXX. que fiunt Leg. CCXX. *In Blandiniano*, Inde Duro cortoro MP. CCCXXXII. quæ fiunt Leugas CCXXI. *Nea.* Induro Cortoro MP. CCCXXXII. quæ fiũt Leg. MP. CCXXI. *Longolianum* Inde Durocorodorum MP. CCCXXXII. quæ fiunt Leugæ CCXXI. *Quorum si scripturam conferas, satis manifeste elicies ex nota* Legionum, Leugas *vertisse librariorum insciitiam, & ex singulis itineribus bina concinnasse. de* Durocortoro, *ita enim scribendum arbitramur, suo loco explicabitur.*

Inde Gessoriacum &c.] *In Regio* Gessoriaco MP. CXXIIII. que fiunt Leg. CXX. *Bl.* Inde Gessoriaco MP. CLXXIIII. quę fiũt leugas C

XVI. Sic. *Neapolitanum* Inde Soſoriaco M P. C-LXXIIIJ: que fiunt Leg. CXVI. Sic. *& in Longolia-no*, Inde Geſoriaco M P. CLXXIIIJ. quæ fiunt Leugæ CXVI. Sic. *ſimili errore, atq; in proximi itine-ris titulo.*

Pag. 81. Ticinum M P. XXII] *Bona pars huius itine-ris ſupra explicatur, à* Mediolano *per Alpes Cot-tias, à* relate *vſque.*

Taurinos M P. XXI] *Manuſcripta & Longo-lianum* Taurinis M P. XXI. *præferunt: cum ſupra* Quadratis Taurinos M P. XXIIJ. *adſcripſerint.*

Ad Fines M P. XVI] *Eadem præferunt, cum ſupra* Taurinis ad Fines M P. XVIIJ *adiecerint.*

Seguſionem M P. XXIIII] *Eadem præferunt exemplaria, cum ſupra à* Finibus Seguſionem M P. XXXIIJ. *appoſuimus.*

Brigantionem M P XVIIII] *Eadem edũt, & ſupra ex manſione* ad Martis Brigantionem M P. XXIIIJ. *adduntur.*

Rame M P. XVIII] *Conſenſu exemplarium, quæ ſupra à* Brigantione Rame M P. XVIIIJ. *pro-ferunt. Hoc loco Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum* Roame *edunt, non* Rame *vt ſupra & Regium* Rame *retinet.*

Eburodunum M P. XVII] M P. XVIJ. *manu-ſcripta edunt, & Longolianum, cum ſupra* Rame Eburodunum M P. XVIIIJ *prætulerint.*

Lucum M P. XXVI] *In Regio,* Luco M P. X-XVI: *& in reliquis* M P. XXVI. *Plinius*, Vocontio-rũm ciuitatis fœderatæ duo capita, Vaſio & Lucus Auguſti. *Ptolemæus* Vaſionis *meminit & non* Luci. *Inepte præterea, quiſquis vertit,*

ὀυα Cιῶν.

ὀυασίων, Vasiorum, *& non* Vasion *vt oppidi sit nomen, non nationis.*

Deam Vocontiorum MP. XII] *Manuscripta, & Longolianum* Bocontiorum: *sed cum* u *scribimus ex libris Plinij, & Ptolemæi.*

Augustam MP. XXIII] *Regium, & Blandinianum* Augusta MP. XXIII. *Neapolitanum* XXij. *Longolianum item* XXiij. *etsi* XXII. *corrigit. Hæc* Alba Augusta *Ptolemæo videtur esse, quam iuxta* Vocontios *statuit.*

Valentiam MP. XXII] *Plinius* Valentiam *Galliæ Narbonensis* Cauarum *agro, &* Viennam Allobrogum *attribuit. Ptolemæus eam in* Segalaunis *statuit. Ammianus libro XV.* In Narbonensi Elusa & Narbo, & Tolosa, & principatum vrbium tenent: Viennensis ciuitatum exultat decore multarum: quibus potiores sunt Vienna ipsa, & Arelate, & Valentia: quibus Massilia iungitur. *In vulgatis enim Ammiani libris* Elusa *corrupte legitur pro* Elusa: *cuius Claudianus mentionem fecit in Rufinum: & ab* Elusa, Elusates *Cæsari in vetustis exemplaribus, non* Flustates, *qua dictione viri docti Galli vsi sunt; nomine in vulgus vsurpato. Plinio in Aquitania* Ausci, *&* Elusates *recensentur: nunc* Foxenses.

Ammianus & I. Cæsar emendatiores.

Vrsolim MP. XXII] *Hæc mansio deest in exemplari Regio.*

Lugdunum MP. XXIII] *Diuersæ viæ consulares ab Italia* Lugdunum *ducebantur, vti ex Strabone perdiscimus; perhibet enim, vbi ex Italia supra conscenderis, viam in exteriorem Galliam, & ad Septentriones esse, & per* Salassos Lugdunum

ducere. Eam vero bipertito dirigi: & alteram prolixiorem plaustro permeabilem, per Ceutrones *porrigi; alteram vero rectam, & angustam, compendiariamq; per* Penninum. Lugdunum *vero in medio, instar arcis situm esse, cum ibi amnium confluentes sint, & partibus omnibus propinquius accedat. Ob eam propterea causam Agrippam ex eo loco vias fuisse partitum, nam quæ per* Cemmenos *monte ducebantur, vsq; ad* Autones, *&* Aquitaniam *pertinuisse: alteram ad* Rhenum; *tertiam ad* Creanum, *&* Bellouacos, *&* Ambianos: *quartam in agrum* Narbonensem, *litusq;* Massilienſe, *perduxisse.*

Aut per compendium &c. MP. XV. Leg. X] *Hæc mansio est vnica in Regio; & in Blandiniano duæ factæ, hoc pacto.* Aut per compendium MP. XVI. Asa Paulini. MP. XV. Leugas X. *In Neapolitano item, & Longoliano duæ exponuntur mansiones: sed pro ea voce* Leugas, Leg. *præferunt.* Præterea Assa *adscripsimus non* Asa, *cuius nominis nulla exponitur significatio. De* Assis *apud Ciceronem ad* Q. Fratrem. In balnearijs assa in alterũ apodyterij angulum promoui. *Miniaceu vero literis* Cõpendij *numerum descripsimus, ne cum superiori in summa ratione geminetur: alterutrum enim ex illis itineribus proponitur suscipiendum, diuerticulo* Lugdunum, *aut per* Compendium assa Paulini.

Matisconem MP. XV. Leg. X] *Manuscripta & Longol.* Matiscone MP XV. Leg. X. *Cæsar in fine Commentarij vij. belli Gallici, Q. T. Ciceronem, & P. Sulpi.* Cabellione *&* Matiscone *in Aedus, ad Ararim, rei frumentariæ causa, conlocat.* Ti-

Tinurtium MP.XVIIII.Leg.XIII] *In Regio* Leg.X. *In Blandiniano* Leg.XIII. *& in Neapol.* Leg.XIIIJ *Longolianum* Leg.XIIJ. *præfert,&* XIIIJ. *corrigitur. Apud Spartianum in* Seueri *vita,* Multis,*inquit,* interim variegestis in Gallia,primo apud Tinurtium contra Albinum feliciſſime pugnauit Seuerus.

Auguſtodunum MP.XXXIII. Leg.XXIJ.] *In Regio* Auguſtodunum MP.XXXIIIJ. Leg.XX. .... *Blandinianum,& Neap.* MP.XXXIIJ. Leg.XXIJ. *In Longol.* MP.XXXIJ Leg.XXIJ. *&* Legio XXXIII. *corrigitur. Pomponius Mela in* Aeduis *opulentißimam vrbem recenſet.* Auguſtodunum. *Ptolemæus in* Aeduis Galliæ Lugdunenſis Auguſtodunum *&* Cabellionem *conlocat. Ammianus libro 15.* Lugdunenſem primam Lugdunum ornat & Cabellion,& Senones,& Bituriges,& mœniũ Auguſtoduni magnitudo vetuſta. *Et libro xvi.* Comperit Auguſtoduni ciuitatis antiquæ muros ſpatioſi quidem ambitus, ſed carie vetuſtatis inualidos, barbarorum impetu repentino inſeſſos.

Sidoloucum MP.XXVII. Leg. XVIII] *In Regio* Leg.XXX: *In Blandiniano, & Longoliano* Leg.XVIIJ. *Neapolitanum* Leg.XXVIIIJ.

Aballonem MP.XXIIII. Leg XVI] *In Regio* Abollone MP XXIIIJ. Leg. XVI. *Blandinianum* Aballone MP.XXVIJ. Leugas XVJ. *Neapol. Regij exemplaris præfert lectionem. Longolianum* Aballone XXVIJ. Leg.XVJ.

Auteſiodorum MP. XXXIII. Leg. XXIJ.] *In R.* MP.XXIIJ. *& in Bl.* Aureſiodor. MP.XXXIIJ

Leug.xxij. *Neap.* Autisiodoro M P.xxxiij.Leg. xxij *Longol.* Atisiodorum M P. xxxiij.Leg.xxij *Sed tanti est apud nos Regij, & Blandiniani exemplarium consensus, vt non vereamur reliquis omnibus anteponere. Ammianus libro 16.* Percurso eodem itinere, Autosidorum *peruenit.*

Eburobrincam M P.XVIII.LEG.XII] *In Regio auferendi casu* M P.xxiij.Leg xij. *Blandinianum* Eburobrica M P.xviij.Leug xij *Neapolitanum & Longolianum* Eburobrica M P. xviij Leg.xij. *fortè legendum erat* Eburobriuam: *vt postea in* Samarobriuæ *mansione indicabitur.*

Tricasses M P.XXXIII. LEG. XXij] *In Regio* Tricasis M P.xxij *&* Legionis *nota, eiusq; numeri fuere deleti. In Blandiniano* Tricasis M P.xxxiij Leug.xxij. *Neapolitanum & Longolianum* Tricasis M P.xxxiij. Leg xxij. *In Plinij exemplaribus* Tricasses, *&* Trecasses. *Ptolemæo sub* Parisijs τρικάσιοι *Ammianus libro 16.* Per multa discrimina venerat Tricassas *Vide Pe. Puhœū Aduersar. Subsec. li 2. cap. 1.* Pag. 82.

Artiacam M P.XVIII.LEG xiij] *habet Regium auferendi casu & item Neapolitanum, Blandinianum & Longolianum* Arciaca.

Durocortorum M P XXVII.LEG.XVIIj] *In Regio* Durocortoro M P.XXVij. *&* Legionis *nota intercidit, & ex numero* Legionis iij *numerus remansit. In Blandiniano* Durocordoro, M P.XXVij Leug xviij *In Neapolitano deest hæc mansio: & Longolianum Blandiniani lectionem præfert. Infra* Durocortoro, *&* Durocordoro, *&* Durotorcoro. *Ego legendum arbitror*

Du-

Durocortorum. *In Cæsaris Commentario belli Gallici vi. vetusto exemplari,* Tali modo vastatis regionibus, exercitum Cæsar duarum cohortium damno, Datocortorum Remorum reducit. *Strabo libro iv. de* Remis *agens,* καὶ ἡ μητρόπολις αὐτῶν Δουρικόρτορα. *Ptolemæo Remorum urbs* Δουροκότορον.

Suessonas MP. XXXVII I. LEG. XXV] *In Regio* Siuessonas: *& deest numerus milliarium & Leg.* XXV. *mansit. In Blandiniano & Longol.* Suessonas MP XXXVij. Leg. XXV. *Neap.* Suessionis MP. XXXVj Leg XXV. *Cæsaris Commentario 2. belli Gallici* Suessones *& in vetustis exemplaribus* Suuessiones *Straboni* Σουεσσῶνες *Plinij vetusti libri* Suessiones. *Apud Ptolemæum corruptè,* Οὐέσονες *pro* Σουέσσονες *legitur.*

Nouiomagum MP XXVII. LEG. XVIIj.] *In Regio,* Nouomago MP ..... vij. Leg. XVIIj. *& in reliquis,* Nouiomago MP XXVII. Legio XVII. *Plura huius nominis oppida esse aduertimus, & hoc videtur iuxta* Belgium *à Ptolemæo in* Bellocassis, Vadicassijs *apud eum cognominatis, vocari* Νοβιόμαγος.

Ambianos MP. XXXIIII I. LEG. XXIII.] *In Regio* Leg. XIIIj. *& in reliquis* XXIIj. *Cæsar* Ambianos Morinis *adnectit, quorum fines* Neruij *attingebant, & item Strabo* Ambianos Morinis *propinquos adiungit, &* Suessiones. *Ptolemæus post* Bellouacos *in Gallia Belgica* Ambianos *statuit.*

Pōtes MP XXXVI. Leg. XXIIII] *In Regio* Pontib. MP. XXXVI. Leg. XXIII *In Blandiniano,*

& Longol. Pontibus M P. XXXVI. Leg. xxiiij. *Neapol.* Pontibus M P. XXXj. Leg. xxiiij.

Gesſoriacum M P. XXXVIIII. LEG. XV] *In Regio* Ceſoricia. M P. XXX.... III. Leg. XV. *Blandinianum* Geſoriaco M P. XXXVIIIj. Leg. XXVj *& item Neapolitanum & Longolianum. Hæc manſio ad extremos, vt Poeta inquit,* hominum Morinos *refertur. Mela Pomponius,* Pertinentq; *inquit,* ad vltimos Galliarum gentium Morinos, nec portu, quem Geſſoriacum vocant, quicquam notius habent. *Suetonius in* Claudio, *de expeditione Britannica,* Quare à Maſſilia Geſſoriacum vſque pedeſtri itinere confecto inde tranſmiſit. *Ptolemæus poſt Sequanæ fluminis oſtia adiungit* Ἴκιον ἄκρον, *&* Γαῤῥιακὸν, ἐπίνειον μορίνων. *Præterea, quod in vulgatis Plinij legitur,* Oromanaſci iuncti pago, qui Geſſoriacus vocatur, *in vetuſtis exemplaribus* pago qui Cerſiacus vocatur, *habetur: Nunc* Audomari fanum *id ſolum obtinere ferunt, non* Bononiam, *ad mare ſitam, cuius Ammianus libro xx. meminit, leg.* Turnebum *Aduerſar. lib 8. cap. xxi.*

Item à Cabellione Treueros.] *In manuſcriptis & Long. peræque non adponuntur itineris huius numeri.*

Diuodurũ vſq; M P. LXII] *In R.* M P. LXXIIij. *cũ eius manſionũ numeri* LXIIj. M P. *ſummã cõficiant. In reliq.* M P. LXIj. *conſtante numeror. ſumma.*

Ibliodurum M P. VI] *In Reg.* Ibliodorũ M P. VJ. *& in reliquis* Ibliodurum M P. VI.

Diuodurum M P. viij.] *In Re.* M P. viiij. *& in reliquus* M P. viij *quæ* lxij M P *conficiunt.* Mediomatricum *vrbs Ptolemæo* Διόδουρον. Naſium

NASIUM M P.viiij.] *Ptolem.in* Leucis, τοῦλομ & νάϛιομ *Hodie* Tullẽſes *dicti:cui ciuitati Epiſcopi ſedes eſt cõſtituta,in Lotharingia.Infra in hoc ipſo Itin.auctor* Tullum Leucorum *cognominat.*

A Durocortoro Treueros vſq;] *In Re.nulli numeri huius itin.mãſionũ deſignãtur:& in reliquis ineptè attribuũtur,numeris* Leg.*cõputatis,ac ſi mãſionũ eſſent.In Bl.* Triueros vſq; Leug. cxcviij. Sic.*In Ne.* Treueros vſq; Leg.xcviiij.Sic.*In Lõ.* Triueros vſq; Leug.cxcviij sic & xcviiij.*corrigitur.Nec nouares eſt in hoc Itin.in aliquo itinere mãſionib.numeros nõ adponi, vbi legiones ſitæ erant: quod adparet in pagina* lvj.

sepoiſſum vicum Leg.xxij.] *In Re.* Vico sepoiſſo Leg xxij. *In Blan. & Lon.* Epoiſſio vicus Leg.xxij.*In Ne.* Epoiſſius vicus Leg.xxij. *Pag.83.*

Andethannale vicum Leg.xv]*In Re.* Vicus Vandetannaie Leg. xv. *Bl.* Andethannale vicus Leug. xx. *& Ne. In Lon.* Andetamnale vicus Leug.xx.

Aliſincum.M P XXII]*Habet Regium exemplar Bland.& Long* Aſilincum M P.XXII.*Nea.* Alſinicum M P.XXII.

Neuirnum M P.XVj]*Habet Re.exemp. Blan.* Niuernum M P.XVj.*Nea.* Neuurnum M P. XV. *Long.*Niuernium M P.XVj.

Condate M P.XXIIII]*In Regio* M P.XXII:*& in reliquis* M P.XXiiij. *Ptolemæo in* Rhedonibus ad Ligerim κονδάτα *Seuerus Sulpitius de tranſlatione corporis S. Martini auctor eſt,apud* Condatenſem *diœceſis ſuæ vicum,exceſſiſſe è vita* Luticiam M P.XXiiij.] *Exẽplaria manuſcripta* *D.Martini obitus.*

hoc itinere, & alijs Luticiam *semper præferunt.* *Ptolemæi libris* παρισιῶν λυτέκια: *quemadmodũ & hoc cognominatur* Itinerario. *Ammianus libro 15.* Parisiorum Castellum *adpellat,* Iulianus *vero Augustus* ὀνομάζουσι δὲ ὅυτος διαφέλτοι τῶν παρισιῶν τὴν πολιχνὴν: *cum Cæsar* oppidi *cognomento decoret: & vetusta Commentarij 7. exemplaria* Lutetiam *edunt.*

A Lugduno capite Germaniarum, Argentoratum] *In Regio* A Lugdunum caput Germaniarum Argentorato: *& desunt numeri summæ. In Blandiniano & Neap.* A Lugduno capite Germaniarum Argentoratum MP. CCCXXV. *Hoc iter à* Lugduno Batauorum *oppido ducitur, quod vt à* Lugduno *à quo* Lugdunensis Gallia *nomen accepit, distingueret, à* Germaniæ capite *duci auctor commonstrat. Nam ita* caput Germaniarum *hoc loco accipi* Lugdunum *video, quemadmodum* Plinius Segobrienses, *caput* Celtiberiæ *nuncupauit, id est in superiore Celtiberiæ parte sitam eorũ vrbẽ. Id enim hic titulus itineris indicare videtur, iter ipsum à* Lugduno Argentoratũ *duci, quo Germaniæ superior pars initiũ sumit. Nam* Ptolemæus *regionem ab* Obrinco *flumine, alio nomine* Mosellæ *nuncupato, meridiem versus dici* Germaniam superiorem *testatur: in qua, ab eodem* Obrinco Nemetum *ciuitates initium capiant: & ab eis in* Vangionibus Borbetomagus *&* Argentoratum *conlocantur,* Vangiones *enim* Germani *populi numerantur,* Tullensibus *&* Metensibus *finitimi:* Ptolemæo λυγόδε-

Caput Germaniarum

Germania superior.

νομ-

τοῦ Βαταυῶν.

Albinianas MP.X] *In Regio* Albanianis MP.X. *& in reliquis* Albinianis MP.X. Albinianæ *notæ in eo tractu esse possunt ijs, qui medias esse videant, inter* Lugdunum, *&* Traiectum vrbem *dictam, quòd eo loci veteris* Rheni *traiectus esset inferior, in Batauis.*

Traiectū vrbs, vnde dicta.

Caruonem MP.XXII] *In Regio* Caruone MP.XVj *Blandinianum & Longolianum* Caruone MP.XXij. *Neapolitanum* Carnone MP.XXV. *Gregorius Turonensis libro ij.* Hostes onusti præda Rhenum transiere &c. & multis Francorum ad Carbonariam ferro peremptis: *& haud scio an ad hanc pertineat mansionem.*

Harenacium] *Supra huius & sequentis mansionis nomina describuntur, pagina* LVI. *nullis adiectis numeris, sed* Legionum *stationis, quæ ijs in locis erant constitutæ.* Harenacium *huius itineris manuscripti libri aspirant.*

Coloniam Traianam MP.V] *Ptolemæus* Legionis Traianæ *meminit, & inter* Bonnam & Magontiacum *constituit.* Vlpium *vero* Traianum *arcem suo nomine constituisse, haud longe à* Mœno Rhenoque *fluminibus ferunt, quæ* Traiani arx *appellata sit.*

Vetera MP.I] *Habet Regium exemplar. & in reliquis deest numeri nota. Supra* Vetera castra *cognominantur, & hoc loco tantum* Vetera: *quemadmodum apud Ptolemæum à* Batauoduro οὐέτερα *in inferiore* Germania.

Calonem MP.XVIII] *Supra huius mansionis mentio facta est, in qua* Leg. VIIII. *& ala, constitutæ sunt.*

Antunnacum MP.XVIII] *Vide Ammianum.*

Confluentes MP.VIIII] *In Regio* Confluentibus MP.VIII: *& in reliquis* Confluentibus MP.VIIII. *Hi* Confluentes *sunt fluminum* Rheni, & Mosellæ. *Ammianus lib. xvi.* Ad recuperandam ire placuit Agrippinam, ante Cæsaris in Gallias aduentum excisam: per quo tractus, nec ciuitas vlla visitur, nec castellum: nisi quod apud Confluentes, locum ita cognominatum, vbi amnis Mosella confunditur Rheno, Rigodulum oppidum est, & vna prope ipsam coloniam, turris. *In Notitia Prouinciarum sub dispositione Ducis Maguntiacensis, Præfectus militum defensorum* Confluentibus.

Pag. 84. Vincum MP.XXVI] *Manuscripta & Long.* Vinco MP.XXVI. *& mihi res dubia est, an* Vico *legi debeat, & sit* Vicus Iulius, *cuius in Notitia Prouinciarum fit mentio sub* Dispositione *eiusdem Ducis. Ita enim in ea recensetur: Præfectus militum Anderecianorum* Vico Iulio.

Nouiomagum MP.XXXVII] *In Regio auferendi casu* MP.XXXVII. *& in Neap. Blandini. & Longolianum* MP.XXIIII. *Hic* Nouiomagus, *regionis* Nemetum *est.*

Diuodurum MP.XXXIIII] *In Re.* Diuodorũ MP.XXIIII. *& reliqua* Diuodorũ MP.XXXIIII.

Pontem Saruix MP.XXIIII] *Manuscriptæ* ponte Saruix MP.XXIIII. *& in Longol.* Ponte Sarnix MP.XXIIII: *cuius mansionis rationem asse-*

qui

qui non possum in tanto exemplarium consensu.

Argentoratum MP. XXII] *In Regio & Neap.* MP.XXII. *Bland. & Longol.* MP.XXV: *sed in hoc* XXII. *corrigitur.*

A Treueris Agrippinam LEG. XVI] *In Regio* A Treueros Agrippina Leg. LXVI. *In Blandiniano* A Treueris Agrippinam Leug. LXVII. Sic. *& in Neapolitano,* A Treueros Agrippina ī Leg. LXVII. Sic *In Longol.* à Treueris Agrippinam Leg. LXVII. Sic. *vt numerum legionis Agrippinæ constitutæ quæ* XVI. *erat, vt infra apparet, in numerum summæ huius itineris conuerterint: quasi* mansionibus *numeri adderentur, non* legionibus: *quare nos & titulum itineris, & legionum numeros ex eisdē exemplarib. concinnauimus.*

Bedam vicum Leg. XII] *In Reg.* Leda Leg. XII. vicus. *legitur in reliquis* Beda vicus Leg. XII.

Ausauam vicum Leg XII] *In Regio* Ausaba Leg XII vicus. *& in Blan. & Longol.* Ausaua vicus Leg. VII. *Nea.* Ausaua vicus Leg. VIII.

Marcomagum Leg. XII] *In Regio* Marcomago Leg VIII. *In Blan.* Marcomago vicus MP. LVIII Leg. XXVIII. *Et Neapol. & Long. librarij ex ea mansione duas commenti sunt, vnam* Marcomago vicus Leg. LVIII. *Alteram sine nomine mansionis* au *lacunam vacuam relinquunt, & adijciunt ei,* Leg. XXVIIJ.

In hac mansione destituimur à Regio exemplari: in quo reliqua omnia huius Itinerarij desunt: in quare magna iactura facta est.

Belgicam Leg. VIII] *Blandinianum & Neapol.* Belgica Leg. VIII. *& Longol.* Belgia Leg. VIII.

Tolbia-

Tolbiacum vicum Supenorum Leg x.] *In Blandiniano* Tolbiaco vicus Supenorum Leug. x. *& in Neapolitano* Tolpiaco vicus Supemorum Leg. x *& in Longoliano* Tolbiaco vicus Supernorum Leg x. Tolbiaci *mentio fit à Tacito libro xx.* Tolbiaci, *inquit*, in finibus Agrippinenſium agebat

MP. CXXVIIII. Sic] *In Blandiniano* MP. CXXVIII *& in Neapolitano* MP. CXXVII. *& in Longoliano* MP. CXXVIIII. *&* CXXVII I. *corrigit, cum numeri ipſarum manſionum Blandiniani exemplaris ſummam conficiant* MP. CXXVIIII.

Salliſſonem MP. XXII] *Blandinianũ, & Neapolitanum* Saliſſone MP. XXII. *& Longolianum* MP. XXI. *Ammianus libro xvi.* Audiens itaque Argentoratum Brotomagum, Tabernas, Saliſonem, Nemetas, & Vangiones, & Magontiacum ciuitates barbaras, poſſidentes, territoria eorum habitare &c.

Bingium MP XXIII.] *Blandinianum* Bingio MP. XXIII. *Neapolitanum* MP. XXII. *Longolianũ* XXIII. *&* XXII. *corrigit.*

Mediolanum MP. VIII.] *Plures huius nominis vrbes terræ* Galliæ *reperimus, præter celebrem illam* Tranſpadanæ *regionis vrbem, quam* Inſubres *condidere: Nam* Mediolani Aulercorum, *&* Mediolani Santonum *vrbium, infra fiet ab Antonino mentio Hæc cui cognomentum non adijcitur, inter* Germaniæ *vrbes à Ptolemæo commemoratur.*

Mederiacum MP. X.] *habet exemplar Blandinianum. Neapolitanum* Mederiacum MP. X.

Lon-

Longolianum Mederiacum MP X. *&* Mederiaco *corrigitur.*

Coriouallum MP.VII.] *habent Blandinianum, & Longolianum. Neapolitanum* MP VI.

Iuliacum MP.XII] *Ammianus libro xvij. Pag.85.* Remos Seuerus, magister equitum per Agrippinam petens, & Iuliacum. Vbiorum *hoc oppidum est.*

Tiberiacum MP.VIII] *videtur* Forum Tiberij *designare, cuius Ptolemæus meminit, vt* Heluetiorum *vrbis, quæ Rhenum attingit*

Iter à Portu Gessoriacensi.] *Blandinianum & Longolianum exemplar* Gesoriensi. *Neapolitanum* Geforigensi *vt haud dubie à* Gessoriaco, Gessoriacensi *sit scribendum: atque hic idem auctor in Itinerario maritimo* Gesoriagensem portum *inscribet.*

Taruennam MP XVIII.]Taruenna *habet Blandinianum, & Longolianum. In Neapolitano* Taruenne. *Ptolemæo in* Morinis *mediterraneis* ταρβάννα. *Nunc nomen retinet.*

Castellum MP.VIIII.] *Ptolemæo in* Menapijs *post* Mosam *fluuium* κάστελλον. *Ammianus libro xvij.* Retento milite, circumuallare disposuit Castellum oppidum, quod Mosa fluuius præterlambit. *Nunc* Casleti *nomen retinere ferunt.*

Virouiacum MP.XVI]*Nunc* Vueruiacum *super* Lysam *esse traditur.*

Pontem Scaldis MP.XII.] *Blandinianum* Pontis Caldis MP XII. *Neapolitanum* Pontis caldis MP.XVI. *Longolianum* Pontis Scaldis MP.XII.

P.XII.*&* XVI.*corrigitur. Cæsar Commentario belli Gallici vi.* Scaldem fluuium in Mosam influere *memorat: &* Valentianas *oppidum, stationem hanc* Pontis *obtinere ferunt.*

Bagacum MP.XII.]Baiacum *appellatur hoc oppidum in exemplari Blandiniano, & Longoliano. Et paulo post in Blandiniano* Bagacum *scribitur, &* Baiacum *corrigitur, & iterum* Bagacum *præfert, & in Neapolitano semper* Bagacum: *videtur id oppidum esse, quod Ptolemæi exēplaribus in* Neruijs *adpellatur* Βάγαvον, *& vetustus interpres* Vasacum *vertit: vt non dubitem, quin* Bagacum *sit legendum.* Bauacum *esse in Hannonia, sunt qui suspicentur.*

Minariacum MP.XI.]*Oppidum* Minorem villam *super* Lysam *nuncupatam esse arbitrātur.*

A Castello Coloniam.] Coloniā Agrippinam *designari, ipsius itineris mansionib. indicatur.*

Nemetacum MP.XVIIII.]*præferunt manuscripta & Longolianum; & in Blandiniano, postquam bis* Nemetacum *prætulit,* Menetacum *profert: &* Menetacum *quidam vocant, &* Maym *vel* Menym *esse in agro* Insulano *credunt.*

Aduacam Tongrorū MP.XIIII]*In Blandiniano* Aduaca Tongrorum MP.XIIII. *& item in Longoliano. In Neapolitano* Aduagantogrorum MP.XIIII. *Ptolemæus* Tungris *ciuitatem attribuit,* ἀτβαχθ̃ρον. *Nihil ad hanc mansionem pertinere videtur.* Atuatuca *Castellum, quod à Cæsare Commentario vi. perhibetur, esse in medijs* Eburonum *finibus, vbi Titurius Sabinus atq; Aurunculeius Cotta, hiemandi causa consedētes, in eo-*

dem

dem caſtello occiderunt. Ammian. Tungrorum ciuitatem Tungros vocat. Lib enim xv At nũc numerantur prouinciæ per omnem ambitum Galliarum ſecunda Germania prima ab occidentali exordiens cardine, Agrippina & Tungris munita, ciuitatibus amplis, & copioſis.

Iuliacũ M P. XVIIJ] *Habẽt manuſcripta & Lõg. cũ ſupra à* Coriouallo Iuliacũ M P. XIJ. *aſſignẽtur* Auguſtam Veromandorũ M P. XVIIJ.] *Ptol.* Auguſtæ Veromandorum *meminit, quæ natio perperam ſcribitur in eius exemplaribus: vocantur enim* ῥομάνδυες *pro* ὀυερομάνδες. *Pag. 86. Ptolemæi ſyncera lectio.*

Contra Aginnum M P. XIII] *Ptolemæus Nitiobrigum vrbem* ἄγιννον *recenſet, videtur hæc mãſio, è regione* Aginni *celebris oppidi, oppoſita: cuius vrbis poſtea fit hoc Itinerario mẽtio. Auſon Paulino:*

Santonius vt ſibi Burdigalam mox iungit Aginnũ
Illa ſibi, & populos Aquitanica rura colentes.

Poſteriores Agennum *vocauere, & Archiepiſcopatui Burdigalenſi* Agennenſis *Eccleſia ſubijcitur.*

Auguſtam Sueſſonum M P. XII.] *Male in Ptolemæi libris,* ὀυισσονῶν *pro* συεσσονῶν. *Depraua-ta Ptolemæi lectio*

Samarobriuam M P. XVI.] *In Blandiniano, & reliquis* Samarabriuas. *In vetuſtis Commentariorum libris Cæſaris belli Gallici, libro V.* Subductis nauibus, concilioq; Gallorũ Samarobriuæ peracto: & Craſſum Samarobriuæ præficit. *& eodem lib.* Legionibus circũ Samarobriuam trinis hibernis hiemare conſtituit: *vt mirer nouos horum librorum emendatores* Samarobrinæ, & Samarobrinã *legere, cũ tot ante annos in lib. epiſt. Cicer. ex* P. *Victorij doctiſſimi viri editione,* *Samarobriua.*

one, Samarobrinam legatur. Nam in Epistola ad Trebatium ita legitur in vetustis exemplaribus. O castra præclara? quid tu feciſſes, ſi te Tarentum, & non Samarobrinam miſiſſem? Præterea Strabo libro vij auctor eſt, briam Thracio ſermone vrbem appellari: & Stephanus in Meſembriæ dictione, ex Strabone, idem refert: atque item in voce Brutobria: Vt bria; & apud Cæſarem, ac Ciceronem briua & vetuſta Hiſpanorum lingua briga idem ſignificent: vt Lacobriga, Nemetobriga, Segobriga, Mirobriga, Arcobriga, Iuliobriga, & Auguſtobriga Ptolemæo in Ambianis σαμαροβρίγα.

Bria, quid ſit. & Briua.

Curmiliacam MP. XII.] Curmiliaca MP. XII. in Blandiniano: Neapolitano MP. XI. & Longoliano XII & XI. corrigit.

Cæſaromagum MP. XIII.] Ptolemæus meminit Cæſaromagi in Bellouacis.

Litanobrigam MP. XVIII.] Blandinianum Litanobrige MP. XVIII. & in Neapolitano Latanobrige MP. XVIII. Longolianum Litanobrige, & Latanobrige corrigit.

Auguſtomagum MP. iiij.] In Blandiniano MP. iiij. Neapolitano MP. ij. & in Longoliano ij ij. & iij corrigit.

Muennam MP. xviij.] In Regio, & Longoliano Muenna MP. xviij. Neapolitano Auennia MP. viij.

Iter à Carocotino] habet Blandinianum. Neapolitanum A Caracobino Longolianum à Corocotino, & Caracotino corrigitur. Neque huius oppidi mentionem reperio.

Iui

Iuliobonam MP. X] *Huius oppidi ab amne* Sequana *ad* Octanum *in* Caletibus Lugdunensis *prouincia Ptolemæus meminit.*

Lotum MP. VI] *Habet Blandinianum exemplar. Neapolitanum* Lolium MP. VI. *In Longoliano* Lotum MP VI, *&* Lolium *corrigitur.*

Latomagum MP. XIII] *Blandinianum* Latomago MP. XIII. *Neapolitanum* MP. XIIII. *Longolianum* MP. XIII. *&* XIIII. *corrigit.*

Rotomagum MP. VIIII] *Manuscripta, &* pag. 87. *Longolianum* Ritumago MP. VIIII. *& paulo post eadem* Rotomago *præferunt. Ptolemæo in* Neruijs, *vna cum* Bagano, *quod* Bagacum *esse arbitramur,* ῥατόμαγος: *& in* Belliocassis *ad* Sequanam *est, & altera eius nominis vrbs, quam esse arbitramur mansionem hanc.*

Luticiam MP. XVIII] *Blandinianum habet. Neapolitanum* MP. XVIIII. *Longolianum* MP. XVIIIj. *&* XVIIIj. *corrigitur.*

Methetum MP. XVIII] *Ex Blandiniano, & Longoliano. Neapolitanum* Medeto MP. XVIIIj.

Condate MP. XII] *Habet Blandinianum exemplar. Neapolitanum* MP. XV. *In Longoliano* MP. XII. *&* XV. *corrigitur.*

Agedincum MP. XIII] *Manuscripta & Longolianum* Agredicum MP. XIIj. *ego* Agedincum *legendum contenderim, varia exemplarium scriptura permotus. Nam in fine vi. Commentarij belli Gallici, & in vij. in vetustis exemplaribus* Agedinci, *& in vij.* Agentinci, *&* Agednicum *legitur. Ptolemæo in Senonibus* ἀγηδικον.

Clanum MP.XVII] *supra* Glani *seu* Clan
(*vtrumq; enim nomen illo itinere in vetustis habe*
tur exemplaribus) *fit mentio, quod in* Salyis Gal
liæ Narbonensis *recensetur: quod longe ab hoc*
tinere distare video. Manuscripta & Long. hoc loc
Clanum *præferunt.*

Augustobonam MP. XVI] *Vno consens*
præferunt exemplaria vetusta, & Longol. Augu
gustobona MP. XVI. *Ptolemæus* Tricasiorum
vrbem Galliæ Lugdunensis Augustobonam *re*
censet, tametsi in Græcis & latinis libris peruulga-
tis, non recte ἀυγυστόμανα *legitur: quod à vetust*
interprete est animaduersum.

Ptolemæi vera lectio.

Petromantalum MP.XVII.]*præferunt ea*
dem: cum supra Lutetiam Petromanontalo M
P.XVIII *adsignentur.*

Briuanisare MP. XIIII.] *Summo consens*
præferunt exemplaria: sed in Bl. ita distinctum est
vt duæ adpareant dictiones: vt videatur Briuam
oppidum esse cognomento Haræ *fluminis. Gregoriu*
namq; Turonensis Episcopus, lib. vij. magno incendi
Basilicam B Martini apud Briuam *vicum ab imm*
nenti hoste conflagratam fuisse perhibet: & apud
Briuatensem *vicū,* Auitum *mortuū fuisse dela*
tum & Briuatensis *Diœcesis ab eo fit mentio.*

Ab Antematuno]*Blandinianum & Longol.*
exemplar Antematuno *præferunt, & Neap.* An-
dematimio. *Ptol. in* Lingonibus ἀνδομάτυνομ
Mosam MP XII] *Mansionem ad* Mosam *fluui-*
um designat: vt supra Euenum, *& infra in citerio-*
re Hispaniæ prouincia Gallicum; *vt sit* ad Eue-
num, *&* ad Gallicum flumen.

Epa-

Epamanduodurum MP.XXXI] Epaman duoduro *legitur in manuscriptis & Longolia. Supra pagina* LXXVIIII. *itinere à* Mediolano *post alpes Graias* Argentoratum, *ex Regio exemplari* Epamantadurum *adiecimus mansionem, quæ in reliquis libris deerat, & vetustis, & peruulgatis, eadem quæ illo itinere à* Vesontione Epamantadurum XXXI. MP. *adsignantur.* Pa. 88.

Cosedias MP.XX] *In Blandiniano & Longo.* Cosediæ MP.XX *& in Nea.* Consediæ

Fanum Martis MP.XXXII] *Supra alia mansio designari videtur, paginis* lxxvii. *&* lxxxi. *quæ* Ad Martis *vocatur.*

MP.CCLV.] *Rectè in hunc numerum summæ, exemplaria consentiunt, & numeri mansionum, quæ pagina* lxxviiii. *à* Mediolano *per Alpes Cottias* Vapincum *vsque ducuntur: quibus à Mediolano totidem* cclv. MP. *conficireperies.*

Inde ad Galleciam] *habet exemplar Blandinianum. In Neapolitano à* Condate *mansione, ad eam dictionem* Geminam *desunt tituli partes. Habet enim* Condate MP.XVIIII. Geminam MP.DCCCCLXXV Sic. *In Exemplari Hieronymi Pauli Barcinonensis, viri doctissimi, qui libello quem edidit* de fluminibus, & montibus Hispaniarum, *hæc earum prouinciarum itinera adnexuit, cuius posthac rationem ducemus,* Inde Gallias Les. VII. Geminã MP.DCCCCLXXV. Sic *Long.* Inde ad Galletiã ad leugas vij. Geminam MP.DCCCCLXXV. *In* Galleciam *vero vsq; citerioris Hispaniæ regionem perduci in vltimis terris sitã, cũ ad finem huius* *Hieron.* *Paulus* *Barcinonensis.*

itineris peruenerimus, indicabitur. Illud tamen interea admonere æquum videtur, Strabonem duas vias proposuisse, quibus itinera in interiores Hispaniarum regiones perducerentur à Pyrenæis *montibus, &* Pompeij Magni tropæis. *Initio vnam eandem fuisse viam, sed primo mari proximam, quæ in* Bæticam *duceret, & eandem à mari longius quam reddi, præsertim vbi ad Occasum spectet. Idem docet viam eam à* Pompeianis monumentis Tarraconem *perduci & inde litus legendo* Dertosam, Saguntum, Setabim *perduci, ac deinde sensim à mari discedere, &* Caltalonem *perduci, & in intimas atq; vltimas regiones penetrare. Ea via ab Antonino postea perlustrabitur: Hæc autem quæ primum proposita est,* Tarraconensem *prouinciam prope omnem, qua longinquior est, dimetitur, quæ ab* Tarracone Ilerdam *deflectens, ad* Astures *vsq; perducitur.*

Alamontem MP. XVII] *Manuscripta & Longol. & Hieron. Pauli.* Alamonte MP. XVii. *cum supra pag. lxxviij.* Alabontem *præferant: & à* Vapinco MPXViij *adsignentur.*

Regusturonem MP. XVI] *Habent manuscripta & Longolianum auferendi casu. Exemplar Hier. Pauli* Regustorone MPXVI. *Supra pag.* LXXViij. segusteronem *legitur.*

Nemausum MP. XViiij.] *Habent manuscripta, & Longolianum. Exemplar Hier. Pauli* MP. XXViiij. Nemausum *Plinius & Ptolemæus* Volcis Arecomicis *contribuunt.*

Ambrussum MP. XV] *Oppidum insigne, & tamen priscis Geographis non commemoratum.*

sexta-

sextatione MP.XV] sextatione *legitur in manuscriptis & vulgatis, & hoc, & sequenti itinere, præter Blandinianum, in quo postea* sextantione *legitur.*

Forum Domiti MP.XV] Forum *id esse videtur cui* Neronis *cognomentum Ptolemæus attribuit: ex gente enim* Domitia, *duæ familiæ celebres claruerunt,* Caluinorum, *&* Aenobarborum *qua genus ducebat Nero Imperator. Sueton.* *Domitia gens.*

Arauram siue Ceseronem MP. XVIII] *Hoc loco duæ mansiones, æqua distantia, proponuntur,* Araura, *siue est* Arauris *fluuius, aut* Cesero. *Strabo* Aracem *fluuium ex* Cemmeno *monte in mare deferri, &* Obrim, *&* Araurim *memorat. Pomponius*, ex Cebennis demissum Araurim iuxta Agatham, & secundum Bleterras Obrim fluere *perhibet: vt apud Plinium ex Pomponio legendum sit* Arauris *non* Araris: *quamuis in vetustis Plinij exemplaribus* Araris *legitur:* Araurij fluminis *ostium. Ptolemæus iuxta* Agatham *vrbem constituit:* Ceseronis *mansionis infra sit, sequenti itinere, ab Antonino mentio. Plinius in* Volcis Tectosagis Cesseronem, *&* Carpentoracte *constituit vrbes: & in eadem regione* Ptolemæo κεσερών. *Pag. 89.* *Plinij sanior lectio.*

Beterras MP XII] *Habent manuscripta & vulgati libri. Straboni libro iiij.* Βιλτέρα πόλις. *Plinij vetustis omnibus exemplaribus* Beterræ septimanorum. *Ptolemæo in* Volcis Tectosagis, Βαιτίρα.

salsulas MP XXX] *Strabo iuxta* Ruscinonem, *lacum esse, & agrum, quem alluit, paululum*

supra mare, salinis refertum: & κεφαλῆς ὀρυκτὸν ἔχον mugiles fossiles habet, cuius rei Aelianus et Polybio mentionem fecit. Is lacus à Pomponio Mela, & Antonino Salsulæ *cognominatur; ac celebri nomen retinet.*

Ad Stabulum MP. XLVIII] *Manuscripta & vulgata præferunt: quæ si vera est dimensio, apparet non recto itinere* Saltum Pyrenæi *petere, sed alio iter deflecti, neq; ea via* Ruscinonem *perduci: quæ vrbs in sequenti additur itinere.*

Iuncariam MP. XVI] *Strabo cum* Empo riarum *vrbis, &* Emporiensis *portus mentionem feciſſet, interiorem agrum, cum aliarum rerum, tum etiam* sparti *feracem habere memorat, qui vero inutilior esset, ac tenuis,* iuncum *producere: vt etiam* Iuncarium campum *appellem Ptolemæus in* Indigetibus *populis, qui primi trans scenso Pyrenæo adeuntur,* Decianam, *&* Iuncari *constituit: exstatq; eiusdem nominis oppidum.*

Gerundam MP. XXVII] *Bland. & Longo* MP. XXVII *sed hoc* XVII *corrigitur. Neap. & Hie Pauli* MP. XVII. Indigetum *celebre oppidum est quod nomen retinet.*

Barcinonem MP. LXVI] *In Bl.* Barcenor MP. LXVI. *Neap.* Barcenona MP. lXVII. *Hie Pauli* Barcinone MP. lXVII. *Long* Barcenor MP. lXVI. *&* lXVII *corrigitur. Exstant complures lapides vetusti, ea in vrbe, quibus* Barcinonenses *describunt. In maritimis Rufi Festi,* Barcilonum amœnas sedes ditium, *legimus: Vrbs est* Laletanorum, *qui male in Ptolemæi libris, in maritimis & mediterranea regione λαϕήτανοι, pro λαλήτανοι describuntur.* Tol

Toloum MP. XXXII] *Manuscripta, & vulgata exemplaria* Tolous MP. XXXII. *præferunt: & cum totum hoc iter per celebres & maxime notas vrbes peragatur, hæc mansio, quæ inter* Ilerdam, *&* Pertusam *constituitur, & in* Ilergetibus *ab Antonino conlocatur, mihi incognita est. Neq; media itineris via, oppidum exstare video, quod huic applicare mansioni certo audeam, præter* Montionem *fertilis agri, & apricus situs, oppidum, prope* Cingæ *ripas situm; cui colli imminet, à quo nomen sumpsisse videtur: conuentibus Regnorum Aragoniæ, & Valentini, & Principatus Cataloniæ celebrem sedem.* Ilerda Montionem *nunc Leugæ nostræ vi. aut vij adsignantur, quæ* XXXII. MP. *aut æquant, aut superant.* *Montio, vulgo. Monçon.*

Pertusam MP. XVIII] *Nomen id oppidum retinet ad* Canadris *fluuij ripas situm: itinere quo* Montione Oscam *perducitur: Apud Ptolemæum forte* Bergusia, *pro* Pertusa.

Oscam MP. XVIIII] *Celebris hæc* Ilergetum *vrbs: quæ in vetustis nummis* Vrbs victrix *cognominatur: & eius nomen à Liuio toties est repetitum in Triumphis, qui ex deuictis Hispaniarum nationibus deportabantur: in quorum spolijs, & signati, &* Oscensis *argenti fit mentio. Præterea Plutarchus auctor est, Sertorium eam vrbem delegisse, in qua filij Principum virorum, Hispaniarum obsides, studiorum specie, accitis disciplinarum magistris, mitterentur.* *Oscæ vetus Academia.*

Cæsaraugustam MP. XLVI] *Manuscripta & Longol.* Cæsarea Augusta MP. XLVI. *in Blan. infra* Cæsaraugusta. *Hier. Pauli excusi libri* Cæsareæ

Augustæ MP:XLVIII. *& arbitror non ex vetustis libris, sed de suo, duo milliaria adiecisse: vt* Leuigis *nostris æqua milliarium mensura cõstitueretur quæ mihi minime videtur à veteribus libris detorquenda. Iam vero* Cæsarauguſtam *scribendum esse, vetusti nummi testantur: & Aurelij Prudentij carmen in hymno, de martyribus Cæsarauguſtanis:*

Cæsaraugusta, non Cæsarea Augusta.

Cæsarauguſtam vocitamus vrbem.

Ex compluribus nummis inscriptiones adponemus. In nummis æneis Augusti *duobus,* vexillum *erectum hasta in base adfixa visitur, quod signum erat deducendæ coloniæ, vt secunda in M. Antonium Philippica Cicero docet, his verbis,* Vt vexillum videres, & aratrum circunduceres: *In vno eorum adparet* Augusti *effigies, & hic titulus* DIVI F. *deest enim intertrimento nummi, nomen* AVGVSTVS: *& in auersa nummi parte, qua* Vexillum *propositum est,* CAESARAVGVSTA L. CASSIO. CN. FEN. II VIR. *& in altero circum* Augusti *effigiem* AVGVSTVS DIVI F. *& auersa parte vexilli,* CAESARAVGVSTA M. PORCN. FAD. II VIR. *quæ nomina* duum virorum *in alijs etiam nummis leguntur, quæ ciuica corona sunt circumplexa. In alijs maioris notæ nummis* AVGVSTVS DIVI F. *& auersa parte, qua aratrum deducendæ coloniæ circumducitur, tauro & vacca sub iugum missis, vt Varro auctor est, &* vrbando vrbium *nomen coloniis inditum, quemadmodum ab* vrbis Romæ *aratro circunducto, deductum fuit* CAESARAVGVSTA. Q. LVTATIO MAFABIO II. AVGVSTVS DIVI F. COS. XI DES. XII.

CAE

CAESARAVGVSTA. C. ALLIARIO. T. VERRIO IIVIR. IMP. AVGVSTVS XIV. CAESARAVGVSTA. M. PORCI. CN. FAD. IIVIR. IMP. AVGVSTVS TRIB. POTES X.... Numantiam *à* Cæsarauguſta CCC *ſtadijs abeſſe Strabo perhibet.*

Caſcantum MPL] *In manuſcriptis & Long.* Caſcanto MP.L. *& male in Hier. Pauli libris* MP.XXVIIII. *Plinius regionis* Veſcitaniæ *Latinorum veterum, recẽſet* Caſcantẽſes. *Ptolemæo item nam in* Vaſconibus βαſκόντων *libri vulgati edunt, pro* καſκάντων. *Vetuſtus interpres* Caſtontum *vertit. In Tiberij Cæſaris nummo.* TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. *& in auerſa parte ſupra tauri effigiem,* MVNICIP. *& infra* CASCANTVM *Hodie nomen retinet.*

Calagurrim MP.XXVIIII]*Blandinianum* Calagorra MP.XXviiij. *& item Long. in Neap.* Calagurra MP.XXviij *& Hiero Pauli* Calagurræ MP XXviiij *Strabo* Vaſconum *vrbem* Calagurim *commemorat. Plinio duplices* Calagurritani, *qui* Naſſici *cognominabantur & ad* Ilergetes *pertinebant*, & Fibularenſes *ex* Calagurri Vaſconum *vrbe: quæ hoc itinere conlocatur. Vtra earum nobilis ſit Fabio Quintiliano alumno, neminem arbitror affirmare poſſe. Diuus Hieronymus ex Euſebij chronico:* Quintil. ex Hiſpania Calagurritanus, primus Romæ publicã ſcholã tenuit, & ſalarium è fiſco accepit, & claruit: *& Vigilãtium in aduerſarij odium idem Hieron. propter nomen viculi,* mutum Quintilianum *adpellat. Auſonius in commemoratione Rhetorũ Burdigalenſiũ, ita inquit:* *Quintilianus an Calagurritanus.*

Primus Burdigalæ columen dicêre Minerui,
Alter Rhetoricæ Quintiliane togæ:
Adſerat vſq; licet Fabium Calagurris alumnum,
Non ſit Burdigalæ dum cathedra inferior.

Paulinus eidem Auſonio,

Montanāq; mihi Calagorrim, & Bilbilim acutis
Pendentem ſcopulis, collemq; iacentis Ilerdæ
Exprobras, velut his habitem laris exul & vrbis

Hanc Itinerarij vrbem innuit Aurelius Prudentius, quando hæc Calagurris ad Iberum ſita eſt in Vaſconibus;

Nos Vaſco Hiberus diuidit
Binis remotos Alpibus
Trans Cottianorum iuga
Trans & Pyrenæos ninguidos.

Feſtus Auienus in Iambis:

Hiberus inde manat amnis, & locos
Fecundat vnda Plurimi ab ipſo ferunt
Dictos Hiberos, non ab illo flumine
Quod inquietos Vaſconas prælabitur.

Recte ergo Prudentius Hiberum Vaſconum appellat, quo Vaſcones præterlabitur: ſed ab Antonio Nebriſſenſi non recte, dum ea carmina explicat Hiberum in Vaſconibus oriri proditur; oritur enim, vt manifeſte compertum eſt, & Strabo ac Plinius teſtantur, haud procul oppido Iuliobriga in Cantabris; & per medios Autrigonas delapſus, Berones ac Vaſcones permeans Aedetanos ab Ilergetis dirimit, atque Ilergaones præterfluens in mare eorum regione deuoluitur: neque vidit Calagurrim innui, quam alibi Prudentius ſuam vocat.

Alte-

Alterius vrbis Calagurritani *à Cæsare primo belli ciuilis Commentario memorantur, quos* Oscensibus *contributos fuisse tradit: & Plinius* Nassicos *cognominatos: hos enim ad eum ad* Ilerdam *legatos misisse, seseqúe imperata facturos fuisse pollicitos memorat:* Hos, *inquit,* Tarraconenses, & Lacetani, & Ausetani, & paucis post diebus Ilergauones, (*ita enim legendum, vt suo indicabitur loco*) qui flumen Hiberum attingunt, insequuntur. *Apparet enim de regionibus* Ilerdæ *vrbi vicinis Cæsarem agere: & hanc* Calagurrim, *cuius hodie nulla exstare scimus vestigia, in* Ilergetibus *esse sita. Alteram enim, quæ hoc itinere recensetur, tam longo terrarum spatio dissitam, verisimile non est, ex aliena regione* Oscensibus *fuisse contributam: &* Oscenses, *ac* Calagurritanos *tanquam viciniores, se imperata facturos Cæsari fuisse pollicitos; quos* Tarraconenses, Lacetani, Ausetani, & Ilergaones *insequerentur, populos adeo vicinos; vt eorum regiones intra xl. milliare contineantur: & Fibularenses* Calagurritani *vltra xx. & c. milliare distent. Hanc* Calagurrim Iuliæ *cognomine decoratam fuisse veteres nummi testantur; fortasse ex eo, quod eorum opera & industria, Cæsari in* Ilerdensi *obsidione perutilis fuerit. In æreo nummo effigies adparet, ore probo, quod mihi videtur iuuenis esse* Augusti, *cum hac inscriptione* NASSICA: *in auersa verò parte* tauri *effigies, quæ insigne videtur esse municipiorum cum hac supra tauri effigiem inscriptione,* CALAG. *& infra eius pedes* IVLIA

Mu-

Municipij *nomen obtinuisse in omnibus fere nummis exponitur, qui ærei sunt. In eorum vno, cui iuuenis facies ineſt,* MVN. CAL. II VIR. *& in auersa parte supra tauri effigiem* Q. ATONI, *& infra* L. FABI. *In alio cũ* Augusti *imagine* AVGVSTVS MV. CAL. IVLIA: *& in auersa parte, supra tauri effigiẽ,* L. BAEB. PRISCO C. CRAV. BROC. II VIR. *& in alio cum effigie* Augusti. IMP. AVGVST. PATER PATRIAE: *& auerso nummo, supra Tauri effigiẽ,* L. VALENTINO. L. NOVO II VIR. M. CAL. I. *In alio cum Augusti effigie.* MVN. CAL. IVL. *& auersa nummi parte supra tauri effigiem.* IIVIR. L. CRAVIO: *& infra alterius duumuiri nomen est interciſum. In Tiberij Cæsaris nummo, circum eius effigiem* TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS: *& auersa parte supra tauri effigiem* C. CELERE M. C. I. CRECTO IIVIR.

Variam MP. XVIII.] *In Blandiniano,* Vcfala MP. XVIII. *item Longoliano. In Neapolitano* Verela MP. XVIII. *& Hieronymi Pauli libri.* Verelæ MP. XXVIII. *sed ea haud dubie* Varia *oppidum est. Strabo è regione septentrionis* Berones *Celtiberis proximos, & Cantabris Coniscis habitare memorat: & ipsos è Gallica transmigratione ortos. Horum vrbem esse* Variam *ad Hiberi transitum sitam Plin.* Hiberus amnis nauigabilicommercio diues, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iuliobriga CCCCL. MP. fluẽs: nauium per CCLX. MP. à Varia oppido capax. *Ptolemæo in* Beronibus, *qui infra* Autrigones *sunt,* ὀυαρία. *Exstat vicus iuxta* Logroniam, *in* Variæ

vrbis

vrbis vestigijs, qui nomen retinuit, ac Vaream *nuncupant.*

Tritium MP.XVIII.] *In Blandiniano, & reliquis* Aritio MP.XVIII. *Melæ Pomponio duplex* Tritium. *Plinius in* Autrigonum *xv ciuitatibus* Tritium, *& Vironescam constituit; & Ptolemæo in* Beronibus, τρίτιον μεγάλον *est: idem haud dubie quo hoc iter ducitur; nam cum* Varia *in ea regione coniungit.* Tuboricum *verò à Ptolemæo in* Vardulis *memoratur. Nunc iuxta* Haiaram *vrbem hoc* Tritium *nomen retinet, in vici formam redactum. Alterius* Tritij, *hoc est,* Tuborici, *quod à* Plinio *in* Autrigonis *constituitur, & à Ptolemæo in* Vardulis, *infra fiet hoc Itinerario mentio.*

Olbiam MP.XVIII.] *In Blandiniano* Lybia MP.XVIII. *Neapolitano* Libia MP XVIII *& item Longoliano. Hierony. Pauli libri* Lybiæ MP. XVIII. *Dubium mihi non est, eam designari vrbē, quæ in Ptolemæi libris in* Beronibus ὄλιβα *cognominatur, atque vna cum* Varia, *&* Tritio *in ea regione constituitur: quemadmodum hoc itinere adiunguntur: & apud vtrumq; auctorem* Olbiam *legendum esse: cum apud Stephanum quinta inter plures eiusdem nominis vrbes* Olbia Iberica *recenseatur.* *Ptolemæus & Ant. castigatus.*

Segesamunclum MP.VII.] *In Blandiniano* Segasa munclo MP.VII. *Neapolitano* Segasa munde MP.VII. *Hieron. Pauli* Sagasamundo MP.VII. *& Longoliano* Segasamundo MP.VII. *&* Sagasamundo *corrigit. Ptolemæo in* Autrigonibus, *qui supra* Berones *pertinent, & mediam eorum regionem* Hiberus *amnis scindit,* σιγισαμόν.

μόνχθλομ.

Viroueſcam MP.XI.] *manuſcripta & Longolianū* Veroneſca MP. XI. *Hieron. Pauli libri,* Verouelcæ MP. XI. *In exemplaribus Plinij vetuſtis.* Viroueſca *in* Autrigonibus. *Ptolemæo itidem in* Autrigonibus, βυρδεσκα *in vulgatis libris, & in vetuſto exemplari Georgij Vallæ Placentini, quod ex Bibliotheca* Iani *Laſcaris, & ab ea Didaci Hurtadi Mendozæ ad Regiam D. Laurentij peruenit* ὀυῖρδεσκα, *& vetuſtus interpres* Virdubeſcam *vertit: Hodie in* Riogiæ *regione oppidum nomen retinens.*

Segeſamonem MP.XLVII.] *Plinius in* Turmodigis Segiſamonenſes *&* Segiſama Iulienſes *conlocat: primi ſatis videntur à* Segiſamone *oppido ducti. Ptolemæus* Segiſamonis *non meminit, &* Segiſamam Iuliam *in* Vaccæis *recenſet.*

Lacobrigam MP.XXX.] *Manuſcripta exemplaria, & excuſi Hieronymi Pauli, & Longoliani libri* Iuliobrica MP.XXX. *Plinij vetuſtis exemplaribus in* Vaccæorum *ciuitatibus* Lacobrigenſes *leguntur: & Ptolemæo item in* Vaccæis, *apud vetuſtum, & recentiores interpretes; quod nomen in Græcis deeſt exemplaribus.*

Camalam MP. XXIIII.] *Manuſcripta & Longolianum* Camala MP.XXIIII. *& Hier. Pauli libri* Camale MP. XXIIII. *cum ex* Vaccæis *iter in* Aſtures *ducatur. Forte hæc manſio ea eſt, quæ Ptolemæo in regione* Aſturum, *quam ad orientem ſolem* Cantabri *tenuere* καμάρικα *nuncupatur.*

Lan-

Lanciam MP.XXVIIII.] *Manuscripta & Longolianum* Lance MP.XXVIIII. *& Hieronymi Pauli libri* Lauce MP. XXIX. *Plinius inter* Asturum XII *populos* Lancienses *commemorat: & apud Ptolemæum non recte, vt arbitror, in ea regione* Asturum, *qua &* Legio VII Gem. *recensetur* λαγκίατοι, *pro* λαγκία. *Dion. libro liij. auctor est T. Carisium, Augusti legatum,* Lanciam, *maximam Asturiæ vrbem, desertam occupauisse.*

Ad Leg. VII. Geminam MP VIIII.] *Etsi à Ptolemæo in* Asturum *regione* Legio VII. *conlocetur, mirum videri non debet, supra ab Antonino hoc itinere, in* Gallecia *eam constitutam fuisse. Nam quamuis priscis temporibus Hispaniæ, in* citeriorem, *&* vlteriorem prouinciam *diuisæ sint, &* vlteriori, Bætica & Lusitania *fuerint attributæ; postea in sex fuisse distributas prouincias legimus in Breuiario Rufi Festi. Valenti Imperatori dicato.* Ac per omnes Hispanias VII. sunt nunc prouinciæ. Tarraconensis, Carthaginiensis, Lusitania, Gallicia, Bætica, Insulæ Baleares. Trans fretum Africæ prouincia Hispaniarum est, quæ Tingitana Mauritania cognominatur. Ex ijs Bætica & Lusitania Consulares, cæteræ Præsidiales sunt. *Scotus auctor Notitiæ Prouinciarum. Sub dispositione viri spectabilis vicarij Hispaniarum,* Consulares Bæticæ, Lusitaniæ, Galleciæ. Præsidiales Tarraconensis, Carthaginiensis, Tingitanæ, Insularum Balearium. *Paulus Orosius Libro vi.* Cæsar parum in Hispania per CC. annos actum intelligens, si Cantabros atque

Astu-

Astures, duas fortissimas gentes, Hispaniæ iuis vti legibus sineret, aperuit Iani portas, atque in Hispanias ipse cum exercitu profectus est. Cantabri & Astures Galleciæ *prouinciæ portio sunt: qua extentum* Pyrenæi *iugum, haud procul secundo Oceano, sub septentrione deducitur. Eam vero Galleciæ prouinciam adeo finium terminos promouisse adparet, vt Paulus Orosius* Numantiam, *celebrem olim* Pelendonum *regionis citerioris Hispaniæ vrbem, in capite Galleciæ sitam, vltimam* Celtiberorum *faciat. Recte igitur hoc Itinerarium* Legionem *in* Gallecia, *& Scotus idem auctor Notitiæ prouinciarum in eadem prouinciæ* Præfectum LEG. VII. Geminæ Legione *constituit. Illud præterea minime erit omittendum, existare auctores, qui ante cccc. annos id prodiderint, vrbi huic antea* Floris *nomen inditum fuisse.*

Item ab Arelate Narbonem MP CI.] *præferunt manuscripta exemplaria, & vulgati libri Longoli. & Hier. Pauli: cum eadem mansiones, quæ supra constitutæ sunt, repetantur: neq; ijdem adsignentur numeri, & tamen cum summa huius ratione congruant.*

Inde Tarraconem M. CCXXXIIII.] *Rursus ex* Narbone Tarraconem *iter ducitur, vt aliquot mansiones, quæ superiori itinere, dum mare sequitur, prætermissa sunt, ex* Volcorum Tectosagum *regione Narbonensis prouinciæ, & ex* Indigetibus & Laletanis *citerioris Hispaniæ obeantur.*

Pag. 90. Inde Carthaginem Spartariam MP. CCCLX] *In eosdem numeros consentiunt manuscripta,*

pta, & vulgata exemplaria. Tarracone vero iuxta mare sinistrorsum iter ducebatur: qua præcipue iter ad Bæticam dirigi consueuerat, vt supra ex Strabone aduertimus: per Dertosam, Saguntum, Setabum vrbem, & vt idem perhibet Strabo; sensim à mari discedens Spartario campo se insinuat. Antea enim medium per Spartarium, atq; Egelestam vrbem, nunc Inhiestam in Manciæ regione vocant, via ipsa & longinqua, & aspera peragebatur: ætate vero Strabonis ad mare conuersa, atque eodem pertendens, Castulonem, & Obulconē ducebatur. Hac itidem via, quæ nunc proponitur, scriptores prodidisse, Cæsarem è Roma Obulconem in castra VII. & XX. die peruenisse Strabo commemorat. Nam postquam Roma egressus fuerat, Saguntum xvij die & XXVII. in conspectum suorum, & hostium omnium, opinione citius, aduentasse memorant. Tranquillus ab Vrbe in Hispaniam vlteriorem iiij. & xx. die peruenisse scribit: qui dierum numerus Straboni non repugnat, quod Obulco intra vlteriorem prouinciam longius distaret. Spartarium vero eum campum, Carthagini nomen indidisse adparet: Plinius Spartariorum Hispaniæ meminit. Isidorus libro xv. Afri sub Annibale maritima Hispaniæ occupantes, Carthaginem Spartariam constituerūt: qua mox à Romanis capta, & colonia facta, nomen etiam prouinciæ dedit. Nunc autem à Gothis subuersa, atq; in desolationem redacta est. Neq; ab Antonino tantum, aut Isidoro, Carthagini nouæ, Spartariæ cognomentum adijcitur, sed ab ipso etiam Plinio libro xxxi: Nunc, inquit, è Scombro

Suetonij & Straboni loca conciliantur.

Carthago Spartaria.

piſce laudatiſſimum in Carthaginis Spartaria Cætarijs: Sociorũ id appellatur, ſingulis millibus nummum permutantibus congos pæne binos.

Inde Caſtulonem MP. CCCIII. sic] *Quod* Caſtulo *vltima vrbs eſſet*, Oretanorum, *inſignis fama nobilitata, cuius fines* Bæticam *attingerent*: *Plinius longitudinem citerioris Hiſpaniæ ad finem* Caſtulonis *à* Pyrenæo *ducit*: *&* DCVII. MP. *adſignat*: *&* Bæticæ *longitudinem ab eodem* Caſtulonis *fine ducit, vt ſuo loco indicabitur.*

Nemauſum MP. XIIII] *habent manuſcripta exemplaria: & Hier. Pauli libri Longol.* MP. XIII. *&* XIIII. *corrigit: cum ſuperiori itinere* Arelate Nemauſum *eadem exemplaria* MP. XVIIII. *&* XXVIIII *adſignent.*

Ruſcinonem MP. VI] *Vrbis huius apud auctores Græcos, & Latinos, in primis celebris exſtant veſtigia, haud procul oppido* Perpiniano, *iuxta turrim, quæ eius nomen retinet: vocant enim* Turrim Roſſilionis.

Cinnianam MP. XV] *Cum ex* Indigetibus *iter* Barcinonem, Laletanorum *vrbem ducatur, neceſſario per* Auſetanos, & Lacetanos *eſt iter peragendum: & in* Lacetanis, *(qui falſo in Ptolemæi libris* Λαϰϰητανόι *cognominantur)* κίννα *recenſeatur, videtur proxime ad hanc manſionis vocem accedere: de qua nihil temere affirmare auſim.*

Aquas Voconias MP. XXIIII] *In Blandiniano & Longol.* Aquis Voconis MP. XXIIII. *& in Neap.* MP. XIIII. *atq; eodem numero in libris*

Hier.

Hier. Pauli. Plinius Aquicaldenſes *connumerat, & in* Auſetanis *Ptolemæo*, ὕδατα θέρμα: *quæ haud ſcio an ad hanc pertineant manſionem. Hodie vulgus* Caldes Aquas *vocat, quæ vox* aquas Calidas *ſignificat.*

secerras MP. XV.] *In* Lacetanis *Ptolemæo* ἀζχερρίς, *quæ haud ſcio an ad hanc pertineat manſionem.*

Antiſtianam MP. XVII] *In Blandiniano* MP. XXVII. *& in Longoliano, ſed* XVII. *corrigit: & in Neapol. & libris Hier. Pauli* MP. XVII *qui numerus rectè ſummam* CCXXXIIII. MP. *conficit, quæ* Narbone, Tarraconem *uſque proponuntur.*

Oleaſtrum MP. XXI.] *præferunt manuſcripti, & libri vulgati, Strabonis libris* πλησίον δὲ πόλεις εἰσὶ, χερρόνησος ἡ ὀλέαστρον ἡ καρταλίας.

Traia capita MP. XXIIII.] *habent Blandinianum & Neapolitanum, Hieron. Pauli libri* Traie capite MP. XXIIII. *Longolianum* Traiana capita MP. XXIIII. *quod ex coniectura videtur correctum. ſed cum hæc manſio neceſſario ad* Ilergaones *pertineat, quorum regione* Dertoſa *continetur, & in ea à Ptolemæo*, τιαρίδλα. *recenſeatur & à Plinio* Teari *qui* Iulienſes: *videndum an* Tiara *aut* Teara capita *ſit legendum.*

Dertoſam MP. XVII] *Blandinianum* Derdoſa MP. XVII *Neapolitanũ* Tertoſa MP. XXVII. *& Hier. Pauli* Dertoſæ MP. XVII. *Longolianum* Derdoſa MP. XVII. *&* Pertoſa *corrigit. Strabo* ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ διαβάσει τὸ

ἴβηρος δέρτοσα κατοικία. *Plinio celeberrimi ciuium Romanorum* Dertosani, *non* Dertusani: *quemadmodum in vulgatis libris legitur. Vetustus lapis exstat* Dertosæ.

P. VALERIO DIONYSIO
VI. VIR. AVG. CVI ORD. DERTOSAE
OB MERITA
EIVS AED.
HONORES
DECREVIT.
P. VAL. PARDVS LIB.
VI. VIR AVG.
PATRONO OPTIMO.

Suetonius in Galba: Ac subinde Alexandrina nauis Dertosam adpulit armis onusta, sine gubernatore, sine nauta, ac vectore vllo. *Exstant vetusti nummi cum hac inscriptione.*

TI. CAESAR DIVI AVG. F.
AVGVSTVS. *Et in auersa parte infra carinã nauis,* DERT. ILERGAONIA.

Intibili MP. XXVII] *Manuscripta exemplaria, & vulgati libri* Intibili *præferunt.* Indibilis, Suessetanorum ducis, *à Liuio libro xxv. &* Ilergetum reguli *apud Polybium, & Liuium libro xxvi mentionem fieri reperi. Liuius* Incibilis vrbis, *meminit libri xxiij. fine.* Iliturgi obsidione liberato, ad Incibili oppugnandum Punici exercitus traducti: *vetustissimus codex* Intibili *habet: & Iul. Frontinus Stratag. libro 2. cap. iij.* Cn. Scipio in Hispania aduersus Annonem, ad oppidum Intibilim, cum animaduertisset Punicã aciem directam. *Quam lectionem edunt vetusti duo*

duo libri, vt vetustissimi T. Liuij exemplaris, & aliorum, Itinerarij huius merito sit præferenda lectio.

Valentiam MP.XVI.] *Mirum est* Valentiæ *vrbis à Strabone mẽtionem non fieri, cum* Cherronesſi, Oleastri, Dertosæ ad Iberi *transitum &* Setabis *meminerit. & celeberrima ea vrbs bello* Sertoriano *fuerit, prælio quo Cn Pompeius iuxta eam vrbem* Herennium, *atq;* Perpernam *magnos* Sertoris, *vt Plutarchus est auctor, duces deuicit: quod prælium Cicero* Turiense *adpellat, quod laua mœnium, & dextrum flumen* Turia, *vt Sallustius in historijs perhibet, commissum sit, Plinius regionis* Aedetaniæ, Valentiam *coloniam* III. MP. *à mari remotam commemorat: & Ptolemæus* Conteſtaniorum *mediterraneis attribuit. Exstant nummi altera parte Mercurij, vt apparet capite, cum hac inscriptione* C.LVCIEN.C.MVN.I.Q. *& altera* Cornucopiæ *figura fulmine transuerso, & infra cornu* VALENTIA: *& hanc designari potius libet credere, quam eam, de qua in Epitome Liuiana libri lv. fit mentio; qua traditur* Iunium Brutum cos. *in Hispania ijs, qui sub Viriato militauerant, agros & oppidum dedisse, quod* Valentia *vocatum sit: cum eiusdem nominis oppidum in Lusitania prope* Tagi *ripas exstet.* Pag. 91. Valentia.

Sucronem MP.XX.] Fluuium *non* oppidum *ab Antonino designari arbitror, quod* oppidum *Plinij ætate deletum fuisse adpareat.* sucro, *inquit,* fluuius, & quondam oppidum, Conteſtaniæ finis. *Cicero pro Corn. Balbo: Sucronense prælium in Hispania sub Pompeio gestum ait: Vide*

Ascon. in Scaurianam. Apud Strabonem, & vrbis, *& fluminis sit mentio, apud Ptolemæum nulla oppidi mentio, cùm in* Contestanis Sucronis flumi*nis ostia statuit C. Iulium Cæsarem talum ad su*cronem *intorsisse Seneca in libro quinto de beneficijs commemorat.*

Ad statuas MP. XXII] *Habent manuscripta, & Longolianum. In libris Hier. Pauli* MP. XXIIII.

Adellum MP. XXIIII] *Manuscripta exemplaria, & Hier. Pauli itinerarium typis excusum,* Adello MP. XXIIII. *Longolianum* Adello MP. XXIII, *& XXIIII. corrigitur.*

Aspida MP. XXIIII] *Manuscripta exemplaria & vulgati libri* Aspis MP. XXIIII *Ptolemæo in mediterraneis* Contestanorum ἰασπις, *quam cum* Ilici *adiungat, vti in hoc Itinerario adiungitur eandem esse arbitror.*

Ilicim MP. XXIIII] *vetusta, & Hier. Pauli ac Longoliani libri* Ilici MP. XXIIII. *Plinij exemplar Toletanum & peruetus Cæsaraugustanum*; colonia immunis Ilicis *vnde* Ilicitanus sinus *Ptolemæo in* Contestanis, ἰλικίας *In Concilio Toletano iv. v. vi. vij. xi. & xij.* Ilicitanus *qui & Doranæ Ecclesiæ Episcopus subscribit.*

Thiar MP. XXVII] *præferunt manuscripta exemplaria, & vulgati, Hier. Pauli, & Longoliani libri: de qua mansione vestigium nullum reperi.*

Eliocrocam MP. XLIIII] *In Blandiniano* Eliocroca MP. XXIIII. *& in Neapolitano* Eliocroca MP. XLVIII. *Hier. Pauli libri* Helicrote XLVIII. *præferunt & Longoliani* Eliocroca X-

LIIII.

XLIIII. & Eliocraca XLVIII. *corrigitur. In concilio Eliberritano, Successi, Episcopi* Eliocrocensis *fit mentio.*

Basti MP. XXVI] *Habet Blandinianum exemplar, & liber Hier.* Pauli. *In Neapol.* MP. XVI. *& in Longol.* XXVI. *&* XVI. *corrigitur. Oppidum hoc* Bastitanis *nomen tribuisse videtur: quos &* Bastulos *esse* Strabo *perhibet: cum à* Plinio, *&* Ptolemæo *distinguantur.* Basituli & Bastitani.

Acci MP. XXV] Plinius *Carthaginem conuenire ex colonia* Accitana Gemellenses *perhibet: &* Ptolemæus Bastitanis *tribuit &* XXI.

Acatucci MP. XXVIII.] *Habent Blandinianum exemplar, & libri* Pauli, *& Longoliani. In Neapolitano* Acatuci MP. XXVIII. Plinio, Tucciuetus *Bastitaniæ vergentis ad mare; & in Astigitano conuentu* Tucci, *quæ cognominabatur* Augusta Gemella. Ptolemæo *vero in Turdulis* τ8 XXI: *vt mihi diuersa hæc videatur mansio Antonini.*

Mentesam Bastiam MP. XX.] *Cum* Plinio *duplices sint* Mentesani, *qui* Oretani, *& qui* Mentesani Bastuli; *videntur hac mansione* Mentesani Bastulorum *designari.* Mentesæ Oretanorum *à* Ptolemæo *fit mentio.*

Castulonem MP. XXV] *In Blandiniano, & Longoliano* Castulone MP. XXV. *Neapol. & Hier.* Pauli *libri* MP. XXII. Castulo *celeberrima, & vetustissima Hispaniæ citerioris vrbs, quam* Parnassiam *Silius, quasi* Castaliam *cognominat.*

Strabo emendatus & Stephanus.

Apud Strabonem lib. iij. sæpe nomen corruptum est. καδάωρ *pro* καδάλωρ *Stephano* καδάλωρ μεγίσ-ση πόλις ριτανίας, *pro* ὠφρητανίας. *Idem Strabo* Bæticæ *terminos ad ortum vsque* Castulonem *veteres constituisse memorat. Hæc* saltui Castulonensi *nomen tribuit, & eum esse arbitror, qui* Portus S. Stephani *vulgo nuncupatur, qua hæc Antonini via* Castulonem, *& inde in* Bæticam *prouinciam dirigebatur. Cæsar Commentario belli ciuilis primo, M. Terentium Varronem, Pompeij legatum, Hispaniæ Baticæ regiones tenuisse, à* saltu Castulonensi, *ad* Anam. *C. Asinius Pollio Ciceroni indicat* saltum Castulonensem *semper suis tenuisse tabellarios.*

MP. XCVIIII] *Manuscripta & Longolianum præferunt: & Hieron. Pauli libri* MP. XCVIII.

Calpurnianam MP. XXV.] *Ptolemæo in* Turdulis *Bæticæ prouinciæ* καλπυρνίανα.

Vrgaonem MP. XX.] *Blandinianum exemplar* Vircaone MP XX. *Neap. & Hier. Pauli* Virgaone MP. XX. *In Longoliano* Vircaone MP. XX *&* Virgaone *corrigitur. Plinio in vetustis exemplaribus,* Vrgao, *quæ* Alba. Argionam Vrgaonem *esse ferunt ex inscriptione vetusti lapidis, in quo* MVNICIPIVM ALBENSE VRGAVONENSE DD. *legitur.*

Iliturgi MP. XXXIIII] *In Blandiniano, & reliquis* Iliturgis MP. XXXIIII. *In vetustis Plinij exemplaribus simplici l.* Iliturgi *quod* Forum Iulium. *Ptolemæi libris non rectè in mediterraneis* Turdulorum ἰλέργις *Liuius libro xxviij.* maxime insignes ciuitates Hispaniarum & magnitudine,

tudine, *inquit*, & noxa Iliturgi & Castulo erant. *Et locus ille, qui à Prisciano laudatur libro vi.* Inueniũtur, *inquit*, & barbara in I. Liuius XXIII. ab v.c. Iliturgi oppidum expugnabatur.

Eporam MP XXVIII] *In eam lectionem & manuscripti, & vulgati libri conueniunt.* Plinius, Mox ripæ Epora fœderatorum. *ita enim legendum arbitror, non* Ripepora: *recensuerat enim oppida circa fluuium* Bætim *& mox ad ripam alia. In Ptolemæi libris in* Turdulorum *regione non rectè legitur* Βορα *pro* Ἔπορα: *cum* Ebora Lusitaniæ *prouinciæ oppidum fuerit. Exstat lapis in oppido* Montoro *quod* VII. *leugis à* Corduba *distat ad* Bætim *fluuium, qui eius vrbis vestigia patefecit, cum hac inscriptione.*

KES.PVB.EPORENSIS
EX DECRETO ORDINIS.

Vciense MP.XVIII] *In Manuscriptis, & Hier. Pauli* Vciense MP.XVIII. *Longolianum* Vticense MP XVIII.

Tugiam MP.XXXV] *In manuscriptis, & Longoliano* Tugia MP. XXXV: *& in libris Hieron. Pauli* Turgie MP.XXXV. *Forte oppidum id est, quod à Ptolemæo in Mediterraneis* Turdulorum Οὐώγια *cognominatur.* Pag. 92.

Hactaram MP. XXIIII] *Blandinianum* Hactara MP.XXIIII. *Neapolitanum* Hactaram MP.XXIIII: *& Hier. Pauli. In Longoliano* Hactara, *&* Hactaram *corrigit.*

Albam MP. XXXII] *Forte eadem est, quæ hoc Itinerario supra* Vrgaon *cognominatur; cui* Albæ *cognomentum fuisse Plinius docuit: municipiaq;*

piumq́, Albense & Vrgauonense *fuisse vetustum indicat lapis. Neque mirum est, duobus vsum fuisse nominibus huius Itinerarij auctorem: quod supra animaduertimus in* Heraclea Perintho: *quam sine cognomine statuit, & post alio itinere cognomen adiecit: tametsi nihil in hac re statuam.*

Vrci MP. XXIIII.] *Habent Neapolitanum exemplar, & Hier. Pauli in Blandiniano,* Vrgi MP. XXIIII: *& hoc* Vrsi *corrigit. Plinius;* in Bastulis oppida oræ proxima, Vrci, adscriptumque Bæticæ Barea. *Ptolemæo post* Bæticæ *finem in* Bastetanorum *maritimis* οὐρκὼ: *tametsi* οὐρκὶ *legendum arbitror. Item in Plinio; Mox* à fine Vrcitanos citerior. *non* Vrgitano, *aut* Murgitano: *vt paulo post.*

Turanianam MP. XVI.] *In Blandiniano* Turaniana MP. XVI. *& item Longolianum. In Neapolitano* Turramana MP. XVI. *& in libris Hier. Pauli.* Turranianæ MP. XVI. *Forte villam,* Turanij Gracculæ *designat: aut eius familiæ: quem natum iuxta fretum* Gaditanum *Plinius perhibet.*

Murgi MP. XII.] *Plinius* Murgi Bæticæ *finem esse tradit. Ptolemæo in* Turdulorum *mediterraneis* μυργίς.

Sexitanum MP. XXXVIII.] *Manuscripta, & vulgati libri* Saxetanum MP. XXXVIII. *A Sexi oppido* Sexitanum Prætorium, *aut* prędium *dictum arbitror. Plinij manuscripti libri,* dein Menoba cum fluuio, Sexifirmum cognomine Iulium, Sex, Abdera, Murgis Bæticæ finis. *Ptolemæo post* Malacam & Menobam in Bastulis, σιξ. *Straboni* τῶν ἐξιτανῶν πόλις, *idem enim*

enim est, atque latine Sexitanorum: *è qua salsamentaria præcipuum nomen adepta fuerint: ac post* Abderam *statuit. Ab interprete tamen Strabonis, rectius* Sexitanorum vrbs *versa esset.*

Strabonis interpres notatus.

Cauiclum MP. XVI] *Blandinianum exemplar & Hier. Pauli libri,* Cauiclum MP. XVI. *Neap & Long.* Cauidum MP. XVI.

Menobam MP. XXXIII.] *Plinius, vt memorauimus,* Menobæ *cum fluuio meminit: quem nauigabilem esse perhibet: &* Ptolemæo *in eodem tractu inter* Malacam, *&* Sex, μάνοβα *in* Bastulorum *regione: vt corrigendus videatur Stephani locus, apud quem legitur* μαινόβαρα πόλις μαστιηνῶν.

Stephanus corruptus.

Iter à Malaca Gadis MP. CXLV.] *Strabo in hoc interni maris litore, primarium exstare oppidum* Malacam *memorat; quod eodem à* Calpe, *atque* Gades *interuallo distungi perhibet: ac* Phœnices *ciuitatis formam retinuisse.* Plinio Malaca *cum fluuio fœderatorum: &* Sigam *oppidum ex aduerso* Malacæ *in Hispania sita, statuit: neque recte in vulgatis adspiratur: cum in vetustis libris adspiratione careat.* Ptolemæo itidem μαλάκα: *&* Stephano μαλάκη. *Auctor Commentarij Alexandrini.* Ipse omnibus rebus celeriter correptis, Malacam contendit. Malacæ *portus Festus Auienus meminit in Maritimis.*

Plinij editi libri.

Et rursus inde si petat quisquam pede
Tarteſiorum litus exsuperet viam
Vix luce quarta. Si quis ad nostrum mare

Ma-

Malacæq; portum semitam tetenderit,
In quinque Soles est iter

Et idem, flumen *eiusdem nominis cum vrbe, memorat.*

Hos propter mox iugum Barbetium est
Malacaq; flumen, vrbe cum cognomine.

Siuel MP. XXI] *Præferunt manuscripta exemplaria, & libri Hier. Pauli & Longoliani. Plinio in vetustis exemplaribus* Siuel, Malaca; *ideo nihil ex hac scriptura mutandum existimauerim: tametsi Ptolemæi libris* Σιβελ *legitur.*

Calpe Carteiam MP. X] *Blandinianum* Carpe carceiam MP. X. *In Neapolitano* Carpe Caritiam MP. X. *Hier. Pauli* Carpe Carciæ MP. X. *Longoli.* Carpe Carcenia MP. X. *Sed satis indicant* Calpe Carteiam *legendum esse: vt significet, non recta iter ex* Siuel Carteiam *deduci, sed paululum ad* Calpem, *montem in totius orbis descriptione insignem, deflecti.* Carteia *enim ad fretum, Oceanum versus, sita est, vrbs memorabilis, & Græcis, & latinis auctoribus. Liuius libro xxviij.* ad Carteiam classe accessit. Vrbs ea in ora Oceani sita est, vbi primum è faucibus angustis pãditur mare. *Plinius* Fretum, *inquit,* ex Atlantico mari, Carteia, Tartessos à Græcis dicta, mons Calpe. *Ptolemæo item adiunguntur* χαρτηία καλπὴ ὄρος. καὶ πόλη τῆς ἐντος θαλάσσης. *Cicero libro epistolarum ad Atticum xij.* sed quid est, quæso? Philotimus ne, Carteiæ Pompeium teneri: *Et libro xv.* Pompeium Carteiæ receptum scribis. *Auctor Commentarij Hispanienſis* Carteiam à Corduba abesse MP. CLXX. *perhibet.*

Carteia.

Portum

Portum Albũ MP. VI] Promuntorij Albi Africæ, *ad fretum Pli. meminit, sed* Portus Albi Hiſpaniæ *ad eũ traiectũ, non video mentionẽ fieri.*

Mellariam MP. XII.] *Strabo in freto*, Mellariam, *optima habere ſalſamenta perhibet, & ab ea* Belonam *vrbem, & fluuium conlocat.* Pomponius *Mela*: Atque vnde nos ſumus cingente freto (*ita enim legit Hermolaus Barbarus, caſtigatione minime friuola, vt* Pintianus *noſter prodit*) Melaria & Belo, & Bæſippo. Plinius, Quindecim M P. in longitudinem, quas diximus, fauces Oceani patent: V. M. in latitudinem à vico Mellaria Hiſpaniæ, ad promuntorium Africæ Album, auctore Turanio Graccula iuxta genito. *Et poſtea vetuſtis exemplaribus omnibus*; Oppidum Belon, Mellaria *non* oppida, *paulo enim antea vici nomen* Mellariæ *attribuerat.* Mellariæ oppidi *in interiore* Turdulorum *regione, poſtea fit ab Antonino mentio.* Ptolemæo βαίλωνος ποτ' ἐκβολαι. βαιλὼν πόλις, *& in* Baſtulorum, *cognomento* Pœnorum *maritimis, corrupte,* μενγαλία, *pro* μελλαρία. *Mela loc.*

Belonem Claudiam MP VI.] *In Blandiniano* Belone Claudia MP. VI. *Neapolitanum & Longolianum.* Bellone Claudia MP. VI. *Hier.* Pauli Belonæ Claudiæ MP. VI. *cuius cognomenti mentionem non reperi factam. Vide Stephanum in voce* βῆλος, *de etymo eius vrbis, &* Mellariæ, *quæ ab eo adpellatur* μελλάρια.

Bæſipponem MP. XII] Pomponius, Melariam

riam Belonem, & Bæſipponem vſque ad Iunonis promuntorium oram freti occupare *docet.* Plinio, Portus Beſippo, *& ab eodem* Plinio *&* Ptolemæo, Bæſippo *inter vrbes* Turdetanorum, *&* Turdulorum, *qui interius* Luſitaniam *verſus pertinent, recenſetur.*

Mergablum MP VI] *In Blandiniano, & Longoliano* Mergablo MP. VI: *ſed in hoc* Mercallo *corrigitur: & in Neapolitano, & libris Hier.* Paulli Mercallo MP VI. *legitur.*

Ad Herculem MP. XII] Pomponius Mela, *vnus omnium optime* Gades, *&* Herculis templum *deſcribit:* Gades, *inquit*, fretum attingit, eoque anguſto ſpatio, & veluti à flumine à continenti abſciſſa, qua terris propior eſt, pæne rectam ripam agit: qua Oceanum ſpectat, duobus promuntorijs euecta in altum mediũ latus abducit: & fert in altero cornu eiuſdem nominis vrbem opulentam, in altero templũ Aegyptij Herculis, conditoribus religione, vetuſtate illuſtre Tyrij conſtituere. Cur ſanctum ſit, oſſa eius ibi ſita efficiunt. Annorum quîs manet ab Iliaca tempeſtate principia sũt opes tempus aluit. *Longitudinem inſulæ deſignari ex* Polybio *docet* Plinius, *totidem* MP. *quæ ab* Hercule Gades *hoc tribuuntur Itinerario: Suetonius in Cæſare,* Quæſtori, *inquit*, vlterior Hiſpania obuenit: vbi cum mandato P. R. iure dicundo conuentus circumiret, Gadiſque veniſſet, animaduerſa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit. *Sed & ipſe Cæſar Commentario II. belli ciuilis*, Naues longas

longas x. Gaditanis vt facerent, imperauit: complures præterea Hispali faciendas curauit. pecuniam omnem, omniaque ornamenta, ex fano Herculis, in oppidum Gades contulit. *Id* fanum *ab vrbe* XII. MP. *constitutum fuisse, vti in hoc itinere adsignantur, Strabo auctor est: quo ex loco maxime continenti adiungebatur Insula, ad stadij latitudinem, medio interiacente pelago semota. Templum enim ab vrbe* XII. MP. *abesse memorari, vt quantum certaminum, tantum & milliariorum numerum conficerent. Maius enim ferme tanto templum fuisse, quanta insulæ erat longitudo.*

Gadis MP. XII.] Bæticæ *longitudinem, vti Cæsar, quod supra monuimus, à saltu* Castulonensi *ad* Anam *determinat.* Plinius *à* Castulonis *oppidi fine* Gades *perducit, & vt summo consensu vetusta produnt exemplaria,* MP. CCL. *adsignat, non, quemadmodum in vulgatis legitur,* CCCCLXXV. *Strabo* Gades *à* Calpe DCCL. *stadijs abesse perhibet: aut, vt alij prodidere,* DCCC. Plinius *oppidum fuisse ciuium Romanorum quod appellaretur* Augusta vrbs Iulia Gaditana *abeo latere quo Hispaniam spectat, passibus fere* C. *Alteram insulam fuisse longam* III. MP. *in qua prius oppidum* Gadium *fuerit, idem memorat Plinius, & vocatam ab Ephoro &* Philistide, Erythiã *à Timæo & Sileno,* Aphrodisiam *ab indigenis* Iunonis: *& maiorẽ Timæũ,* Cotinussam *apud eos vocatam prodidisse; Romanos* Tartesson *appellasse, Pœnos* Gadir; *ita* Punica lingua sepem *significãte.*

Hinc

Hinc cecinit Festus Avienus de ora maritima:

Hic Gadir vrbs est, dicta Tarteſſus prius
Hic sunt columnæ pertinacis Herculis

Et alio loco:

Gadir hic est oppidum.
Nam Punicorum lingua conseptum locum
Gadir vocabat, ipsa Terteſſus prius
Cognominata est, multa & opulens ciuitas
Aeuo vetusto. Nunc egena, nunc breuis,
Nunc destituta, nunc ruinarum agger est.
Nos hoc locorum, prater Herculaneam
Solemnitatem, vidimus miri nihil:
At vis in illis tanta, vel tantum decus
Aetate prisca, sub fide rerum fuit,
Rex vt superbus, omniumq; præpotens,
Quos gens habebat forte tum Mauruſia,
Octauiano principi acceptiſsimus,
Et litterarum semper in studio Iuba
Interfluoq; separatus æquore
Inluſtriorem semet vrbis istius
Duumuiratu crederet.

Portum Gaditanum MP.XIIII.] Portus Gaditani *à Pomponio sit mentio:* Turduli, *inquit*, & Baſtuli habitant. In proximo ſinu portus eſt, quem Gaditanum, & lucus, quem Oleaſtrum appellant.

Aſtam MP.XVI.] *Manuſcripta exemplaria & vulgati libri, hanc dictionem adſpirant. Liuius libro xxviij* Aſtæ *meminit. Strabo* Aſtam, *& Ne*briſſam, *ad* Aeſtuaria Bætis *conlocat. Mela Pomponius.* Tum caſtellum Chollar in litore (*ita enim in vetuſto legitur exemplari non* Ebora) &

De Melæ lectione diſputatum.

pro-

procul à litore, Asta colonia : *& forte pro* Chollar Colobona *sit legendum. Plinius*: inter Aestuaria Bætis oppidum, Nebrissa cognomine, Veneria, & Colobona coloniæ, Asta, quæ Regia dicitur. *Ptolemæo in Turdetanis*. ἡ κατὰ ἀστὰρ ἰσχυρὶς Bætis *fluminis, & postea oppidum* ἀστα. *In Commentario Hispaniensi* Astæ *fit mentio, & A. Babij. C. Flauij, & A. Trebellij equitum Romanorum* Astensium, *qui argento prope tecti equites, ad Cæsarem transfugerunt*. De Aestuarijs Astensium, *plura apud Strabonem.*

Vgiam MP.XXVII] *In Blandiniano, & Longoliano* Vgia MP.XXVII. *& in Neapolitano* MP. XXVI *Hier. Pauli.* Vgię MP.XXVI *Ptolemæo inter* Nebrissam, *&* Astam, οὔγια.

Oripponem MP.XXIIII] *In Blandiniano* Orippo MP.XXIIII: *& Hier. Pauli ac Longoliani libri. In Neapolitano* Orippo MP.XXVI. *Exstat apud me nummus, vetustissimæ notæ, cuius altera parte effigies humani capitis visitur, sine nomine, ante os vua adposita: & in auersa parte* Apis *bos genibus flexis, quasi adorans cauda sursum detorta, versus crescentis Lunæ ortum: & infra* Orippo: *cuius hieroglyphicæ imaginis ratio apud Plinium, libro viij. pluribus explicatur. Ammianus libro xxij.* Apin Lunæ *dedicatum, qui diuersis notarum figuris exprimeretur.*

Basilipponem MP.XXI] *In Blandiniano, & Hier. Pauli, & Longolij libris* Basilippo MP.XIIII. *Suspicor* Bæsipponem *oppidum esse, quod Plinius* Gaditano *conuentui attribuit: & Ptolemæo in* Turdetanis *recensetur* βαΐππων. Pag. 93.

Curulam MP.XXIIII] *In Blandiniano, & Hier. Pauli, & Longoli. libris* Carula MP.XXiiij. *In Neap.* Carula MP.XXj. Karulæ *oppidi fit mētio in Concilio Eliberritano : cui Lamponianus de Karula præsbyter subscribit, sed cū in manuscriptis Plinij exemplaribus vno consensu legatur* Carbula, *non* Carbulo, *suspicari cogor forte legendum esse* Carula.

Plinij lectio.

Ilipam MP.XVIII] *In Blandiniano, Hier. Pauli, & Long. libris* Ilipa MP XViij. *In Neapol.* Hippa MP.XXiiij. *In locis ad* Ilipam *pertinentibus maximam vim argenti esse Strabo admonet. Plinius* Hispalensi *conuentui attribuit* Ilipam, *cognomine* Italicam. *Ptolemæo in mediterraneis* Turdulorum, *ἰλλίπυλα μεγάλη, & in* Turdetanis *ἰλλίπυλα, nam quæ in eisdem* Turdetanis *ab eodem iuxta Hispalim λαμπρὰ μεγάλη cognominatur, oppidi nomen esse videtur: quod in Commentario Alexandrino corruptum legimus:* Interim L. Tituriu[s] qui eo tempore Tr.mil.legionis vernaculę fu[it] erat, nunciat fama legionem xxx. quam Q. Cassius legatus simul ducebat, cum ad oppidum Leptim castra haberet &c. *vt apud oppidum* Læpem *sit legendum. In libris recens excusis* Ilurgim *oppidum adponunt de suo.*

Commentarij Alexandrini locus.

Ostipponem MP.XIIII] *Plinius* Astigitano *conuentui* Ostipponē *oppidū liberū attribuit.*

Barbam MP. XX.] *In concilio Eliberritano* Barbæ *oppidi fit mentio: interfuisse enim legitur* Ianuarius Barbe *presbyter.*

Antiquariam MP.XXIIII] *Huius oppidi nomen apud Geographos non reperitur, & ex monu-*

menti

mentis, quæ apud Antiquariam, cognomento verem, reperiuntur; singiliam cognominatam fuisse, ex fluuij nomine, adparet.

Angellas MP. XXIIJ.] habent manuscripta exemplaria & excusi libri Hier. Pauli & Longol.

Ipagrum MP. XX] in manuscriptis, & excusis Ipagro MP. XX. In concilio Eliberritano Ipagrensis Episcopi fit mentio, vel vt in vett. lib. Epagrensis, nam editi Concil. libri Bigarrensis. Mentio & in legibus Vuisigothicis.

Vliam MP. X.] Manuscripta Vlia MP X. præferunt. Apud Strabonem lib. iij. non recte ἰϐλία, pro οὐλία legitur: & Comm. Alexandrino, Celeriqué itinere Vllam contendit, & paulo post, Namq; Vlla in edito monte posita est. Et quam proxime potest Vllam, castra castris confert, & Hispanensi item Commentario, Vllam pro Vliam Vulgati Plinij libri, contra vetustorum exemplariū fidem Vlia præferunt: cum eius nominis in alijs, quæ contulimus, nulla vestigia reperiantur. Ptolemæo in mediterraneis Turdulorum οὐλία. Apud Dionē itidem, Vlla pro Vlia, libro xliij. legitur, Visuntur in oppido Montemaiore elegantissima vetustorum lapidum monumenta, quæ satis indicant, eo loco Vliæ ruinas contineri. Exstat apud me vetustissimæ notæ nummus, in quo turpissima viri effigies cusa est, supra Lunæ crescentis astrum, & ante os spica sine inscriptione. Ex auersa vero parte olearum ramusculi expressi sunt, cum hac inscriptione Vlia.

Strabo emendatus & Comm. Alexandrini & Hispan. auctor.

Obuculam MP. XLII] In Blandiniano A-

buccula MP.XLII. *& in Neapolitano* Abuccula MP.XLIII. *Hier. Pauli* Abiculæ MP.XLIII. *& in Longoliano* Abuccula MP XLII. *&* XLIII. *corrigitur. Plinij exemplaria in hoc nomine deprauata videntur. Ptolemæo* ἐβδχολα. *Apud auctorem* Cō*mentarij Alexandrini* Obuculæ *fit mentio.*

Ad Aras MP XV.] *Habent Blandinianum, & Longolianum exemplar: sed in hoc* XII. *corrigitur. Neap & Hier. Pauli libri* MP.XII. *vide infra in voce* Celti: *hac ipsa pagina.*

Cordubam MP.XXIIII] *Habent Blandinianum, & Longolianum. In Neapolitano & libris Hieron Pauli deest hac mansio.*

Ab Hispali Italicam MP. VI] *Habet Blandinianum exemplar. In Neapolitano & libris Hier. Pauli* MP.Xj. *& in Longoliano* MP.XVj. *&* Xj. *corrigitur. In vetusto exemplari historiæ* Lucæ, Tydensis Episcopi, *in limitatione quæ circumfertur diœcesium Hispaniarum prouinciarum, hæc leguntur:* Inueni in Chronicis, quod Italica est Hispalis antiqua, vnde populata fuit hæc Hispalis, quæ nunc est. *Iam vero, vtiridiculare esset, adserere* Hispalim, *ex ruinis* Italicensibus *conditam; ita certo affirmare possum eum pagum, qui vetus Hispalis cognominatur, Italicam esse, Imperatorum* Traiani, *&* Hadriani *patriam: quæ in limitatione agrorum à Ferdinando rege, qui eam à Mauris expugnauit, facta, nomen* Talcæ *retinet. Pe. Crinitus* Silium Italicum *ab* Italica *vrbe, vnde cognomen reportauerit, genus deduxisse temere credidit: nam* Italicensis *cognominari debuisset: quod ab auctore Commentarij Alexandrini docemur.*

Lucas Tudensis.

Italica, vbi.

Silius Italicus, an Hispanus.

mur. Ibi T. Vasius, & L. Mergilio simili confidentia Flaccum, municipem suum adiuuant: erant enim omnes Italicenses Apud Gellium D. Hadrianus in oratione, quam de Italicensibus, vnde ipse ortus fuit, in senatu habuit, peritissime disseruit: mirariq; se ostendit, quod & ipsi Italicenses, & quadam itē alia municipia antiqua, in quibus Vticenses numerat, cum suis moribus, legibusque vti possent, in ius coloniarum mutari gestiuerint. Qui Commentario II. belli ciuilis ex eo, Cum itinere conuerso sese in Italiam venturum promisisset: Italicam reposuerunt, recte coniectura vsi sunt; sed video postea in libris nuper excusis, Ilipam Italicam correctum, satis audacter ex Plinij verbis, Menoba Ilipa, cognomine Italica. *Cæsar bello ciuili.*

Ab Hispali Emeritam MP. CLXII.] *In quam lectionem manuscripta exemplaria, & vulgati libri consentiunt: cum clxv. forte legendum esset: quam summam numeri mansionum conficiunt: accidit que plerunque vt ex nota* V. II *fiat, & ex* II. V.

Carmonem MP. XXII] Cæsar Comm. II. belli ciuilis, Carmonenses longe firmissimam totius prouincia ciuitatem adpellat, Auctor Commentarij Alexandrini: Ibi eum diem, vt quid ageretur perspiceret moratus, Carmonem contendit. Libet eiusdem auctoris deprauatum locum corrigere. Ita enim legendum apud eum est: Lepidus eodem tempore, Marcelluscque, Cordubam cum suis; Cassius proficiscitur Carmonem. Sub idem tempus, Trebonius procos. ad prouinciam detinendam venit. Interuersa enim *Emendatus auctor Comm. Alexandrini.*

verba sunt. Nam cum legeretur, vti supra, eodem commentario Carbonem *pro* Carmonem, *& statim prouinciæ mentio fieret,* Narbonem *reposuerunt: De vlteriore enim Hispaniæ prouincia agitur: non de* Gallia *prouincia.* PAULO *enim post ita subdit;* ne se Trebonio, & Lepido, & Marcello committeret *& in commentario Hispanienſi, Trebonij procos. fit mentio,* Duæ, *inquit,* fuerunt vernaculæ, quæ à Trebonio transfugerant. Carmo, *vt ex superioribus adparet, Cassij partes prosequebatur. Apud* PTOLEMÆUM *in* TURDETANIS, *in vulgatis libris duplici errore,* χαρμονία *legitur, pro* χάρμου. *Est apud me vetustissimæ notæ nummus, qui altera parte viri effigiem præfert, pessime calatam, & in auersa inter duas spicas* Carmo: *quod fertilissimum eius oppidi agrum denotat.*

Plinij locus.

Celti MP. XXVII.] *In Plinij manuscripto exemplari Toletano* oppida Hispalensis conuentus Celtiarana, Caniama acua Ilipa cognomine illa Italica. *alterum ex Cæsaraugustanis exemplaribus vetustis.* Oppida Hispalensis conuentus Celtiaria exatim Vacamaria Acira Ilipa cognomine Ilpa Italica. *In altero vero peruetusto,* Oppida Hispalensis conuentus Celtiara Vacaniana æria Ilipa cognomine Ilpa Italica, *& in alio manuscripto,* Celtiara exatim vaccamaria æria Illipa cognomine Ilpa Italica. *Ex horum exemplarium collatione suspicor legendum esse* Celti, Aræ: *vt hoc Antonini oppidum sit, & ea mansio, quæ supra* ad Aras *ab eodem Antonino vocatur.* PRÆTEREA *illud conijci videtur,* Ilipam *non fuisse cognomento* Italicam *sed* Ilpam, *aut aliud*

quip-

quippiam simile, & Italicam *diuersum esse oppidum ab* Ilipa.

Regianam MP XLIIII.] *In libris Hieronymi* Pauli Regianæ MP.XXIIII. *& in reliquis* Regiana MP. XLIIII. *In Plinij vetustis exemplaribus*, Gaditani conuentus ciuium Romanorum Regina, Latinorum Regia. Ptolemæo *in* Turdetanis ῥηγίνα.

Emeritam MP.XXVII.] *Dion. libro liij. perhibet, Augustum, bello Cantabrico confecto, emeritos milites exauctorauisse, & vrbem in* Lusitania *condere iussisse, quæ* Augusta Emerita *cognominaretur.* Hygenus *Augusti libertus, quem &* Hyginum *vocant, auctor est,* D. *Augustum in* Beturiæ Emerita, *iugera quadringena dedisse. Exstant complures nummi, cum eius vrbis nomine, in quibus vetustissimæ notæ effigies Augusti, cum corona radiata visitur, & hac inscriptione,* DIVVS AVGVSTVS PATER, *& auersa parte, supra vrbis portam cui geminæ sunt turres additæ in portæ lateribus* AVGVSTA EMERITA. *Hyginus.*

Mellaria MP.LII.] Plinius, Altera, *inquit,* Beturia, quam dicimus Turdulorum, & conuentus Cordubensis habet oppida non ignobilia Arsam Mellariam.

Artigi MP.XXXVI.] *In Blandiniano* Artigi MP. XXXIII. *& in Neapolitano* Artigi MP.XXXVI. *In libris Hieronymi* Pauli *desunt huius itineris mansiones. In Longoliano* Artigi MP. XXXIII; *& XXXVI corrigitur: sed cum numero* MP. XXXVI *recte summa conficiatur, eam lectionē præstulimus.* Pto. *in mediterraneis* Turdulorū ἀρτιγὶς

Plinij locus.

nec dubitarem in Plinio legere, in Celticis Beturiæ, *pro* Lastigi, Artigi; *Ptolemæi & Antonini fretus auctoritate.*

Metellinum MP.XXXII] *Manuscripta* Metellinum MP.XXXII. *& in Longol.* Metellinum MP.xxxij. *&* xxxiiij. *corrigitur. Plinius*, coloniæ, Augusta Emerita Anæ fluuio adpositæ, Metallinensis, Pacensis, Norbensis: *ita enim in manuscriptis, & vulgatis legitur, vt in alterutro sit mendum.*

Pag. 94.

Iter ab Olisippone Emeritam MP.CLXI] *Blandinianum exemplar*, ab Olisyppone Emeritam MP. CLXI. *Neapolitanum* ab Olisippone Emeritam MP. CLXXVII. *In Longoliano* MP.CLXI *&* CLXXVII. *corrigitur. In M. Varronis vetusto exemplari libro II. rerum rusticarum, Bessarionis Cardinalis Nicæni*, In fœtura res incredibilis est in Hispania, sed est vera, quod in Lusitania ad Oceanum in ea regione, vbi est oppidum Olisipo, monte Tagro, quædam è vento certo tempore concipiunt equæ. *In altero eiusdem auctoris exemplari* vbi est oppidum Olisippo, ... monte Tagro *legitur. At apud Columellam libro vij.* Cum sit, *inquit*, notissimum etiam in Sacro monte Hispaniæ, qui procurrit in occidentem iuxta Oceanum, frequenter equas, sine coitu ventum pertulisse, fœtumque educasse. *Mirum tamen est* Olisiponis *à Columella, Hispano auctore, mentionem factam non esse, cuius Varro meminerit, & aduertendum, an apud Varronem legendum sit* monte Sacro *pro* Tagro,

Varronis locus & Columellæ examinatus.

gro, *cuius montis nullam reperimus mentionem, & Columella ſatis indicat*, Sacrum promuntorium *intelligi, cum eum montem procurrere in occidentem iuxta Oceanum perhibet: cui adſtipulari videtur Plinius.* Ab Ana *inquit*, ad Sacrum Luſitani: oppida memorabilia à Tago in ora Oliſipo equarum è Fauonio vento conceptu nobile, *Et alio loco*, Conſtat in Luſitania, circa Oliſiponem oppidum, & Tagum amnem equas Fauonio flante obuerſas animalem concipere ſpiritum, idque partum fieri, & gigni perniciſſimum. *In Toletano, & duobus alijs vetuſtis Plinij exemplaribus:* Oppida memorabilia à Tago in ora Oliſippo, equarum è Fauonio vento conceptu nobile. *In alio aque vetuſto*, Oliſipo legitur *quemadmodum vetuſta exemplaria ſcribi oportere teſtantur, & ab* Andrea Reſendio, *inſignis litteraturæ viro, & egregio vetuſtatis aſſertore, ac vindice eſt reſtitutum, Comm. in Vincentij vitam carm. à ſe conſcriptam, vicina Tago flumini opulentiſſima cæteris oppida eſſe Strabo libro iij. auctor eſt: & Auguſti ætate, vt* Luſitanorum *pars maxima* Gallaici *vocitarentur, effectum eſſe. Ptolemæo perperam duabus dictionibus* ἥλιος ἱππῶν.

Equabonam MP. XII] *Blandinianum exemplar* Equabona, *In Neapolitano* Aqua bona MP. XVI. *Longolianum* Equa bona MP. XII: *& XVI. corrigitur.*

Catobrigam MP. XII.] *In Blandiniano Neapolitano, & Longoliano* Catobrica MP. xij.

cuius oppidi mentionem nullam reperi. Ptolemæo in Vettonibus κοτιγοβρίγα

Cæciliana MP. VIII] *In Blandiniano* Cil ciliana MP. VIII. *& in Longoliano, &* Ciliana: *corrigit Neapolitanum* Ciliana MP. VIII. *Plinius*, Norbæ Cæsareæ contributa esse Castr Iulia, & Castra Cæcilia *commemorat. & Ptolemæo post* Norbam Cæsaream λιχνίανα & χιλία μέλλινομ : *qua de re nihil constituere au sim.*

Malcecam MP. XVI.] *In Blandiniano* Mal ceca MP. XVI. *& in Neapolitano* Malecec MP. XXVI. *In Longoliano* Malceca MP. XVI *&* Malececca MP. XXVI. *corrigitur.*

Salaciam MP. XII.] *Pomponio*, in Sacr promuntorio Latobriga, & in Magno Ebo ra; *& statim subdit* : sinus interiunt, & est i proximo Salacia, in altero Olisipo, & Tag ostium. *Plinius post* Olisiponem *à Tago* Sala ciam *recenset*, *cognominatam* vrbem Impera toriam. *Ptolemæo ab occasu iuxta Oceanum* Turdetanis Lusitaniæ *prouinciæ* σαλαχία *forte nomen vrbi inditum sit à* Salacia, *quam ge tes Oceani sororem, & terræ filiam esse confinx runt.*

Salacia.

Eboram MP. XLIIII.] *Plinius inter opp da veteris* Latij Eboram *memorat*, *quod item* beralitas Iulia *cognominaretur* : *& Ptolem in regione, quæ proprie* Lusitania *dicebat* ἔβορα. *Vetusti tamen lapides exstant, qui* Eb ram *præferunt, inter quos ex Andreæ Rese dij monumentis, ille satis cognitus, xij. ab vr*

lapi

lapide, via Salacienſi, *quæ ſtatim ab Antonino proponitur; cum hac inſcriptione.*

IMP.CAES.
MAXI
MIANO
PIO FELI
CI AVG.EBO
RA.M.P.
XII.

Diponem MP.XII] *In Blandiniano* Dipone MP.xij. *In Neapolitano, & Longol.* Dippone MP. XII *A Plinio recenſetur, municipium ciuium Romanorum,* felicitate Iulia *cognominatum, alterum nempe ab eo, quod in ora deſcriptum ab eo eſt: & mihi veriſimile ſit, id oppidum hac manſione deſignari, vt mendum in alterutro horum auctorum ſit.*

Euandrianam MP. XVII.] *Ptolemæo in regione populorum, qui* Luſitani *cognominantur* εὐαγγσα ἠμέριτα. εὐανδρία.

Oſſonobam MP.XVI.] *In Blandiniano* Oſſobona MP.XVI. *In Neapolitano à* Salacia Bona MP.XVI. *In Longoliano* Oſſobona. *In Plinij manuſcriptis exemplaribus, & vulgatis libris,* Oppida Oſſonoba, Balſa, Myrtilis: *& Ptolemæo item adiunguntur.* βάλσα ὀσσόναβα, *poſt* Anæ *fluminis oſtia, in regione* Turdetanorum.

Aritium Prætorium MP.XXXVIII.] *Ptolemæo in regione eorum populorum, qui* Luſitani *proprie cognominabantur* ἀρίτιον.

Abelterim MP.XXVIII.] *In Blandiniano* Abel.

Abelteri MP. XXVIII. *& Neapolitano* Abelterio MP. XXVIII. *In Longoliano* Abelteri MP. XXVIII. *&* Abelitrio *corrigitur: cuius mansionis, & reliquarum huius itineris ad* Emeritam *nullam reperio mentionem.*

Matusaronem MP. XXIIII.] *In manuscriptis & Longoliano,* Matusaro MP. XXIIII. *sed in hoc* Manisaro *corrigitur.*

Plagiariam MP. XII.] *In Blandiniano* Plagiari MP. XII *& sequenti itinere* Plagiaria. *In Neapolitano* Plagiam MP. VIIII. *& sequenti itinere itidem præfertur* Plagiaria. *Longolianum* Plagiari MP. XII. *&* VIIII. *corrigitur: & in eodem mox* Plagiaria *legitur.*

Hierabrigam MP. XXX.] *In Blandiniano, Neapolitano & Longoliano* Gerabrica MP. XXX. *& sequenti itinere* Ierabrica *eadem præferunt: & Hieronymi Pauli libri* Lerabrica. *Arbitror hoc oppidum designari à* Plinio, *corrupta voce,* Axabritensium, *& legendum* Hierabrigensium: *atque idem esse, quod* Ptolemæo Scalabi *adiungatur; quēadmodum hoc ipso* Itinerario: *&* ἀράβριγα *vocatur. Vetusta Plinij exemplaria* Taxabricenses *præferunt.*

Scalabin MP. XXXII.] *In Blandiniano & Longoliano* Scallabin MP. XXXII. *& in Neapolitano* Scalabin MP. XXXII. *Plinius quintam* Scalabin *coloniam* Lusitaniæ *prouinciæ recenset, quæ* Præsidium Iulium *vocaretur: & in Ptolemæo erratum arbitror in nomine* σκαλαβίσκος, *pro* σκάλαβις. κολ. *quæ nota* coloniam *esse designaret.*

Ptolemæi loci.

Tubucci MP. XXXII.] *habent Blandinia-*

num

sum exemplar & Neapolitanum Tabucci. *In Lon goliano* Tubuci. *Ptolemæo post* Arabrigam & Scalabim, *interuersis litteris, neque enim dubito quin idem oppidum sit,* τάχυβις *pro* τάβυχις.

Mundobrigam MP. XXX.] *In Blandiniano, & Longol.* Mundobrica MP. XXX. *& in Neapolitano* Montobrica MP. XXX. *Auctor Commentarij Alexandrini*, Nec multo post cum in Lusitania Medobrigam oppidum, montemqũe Herminium expugnasset, quo Medobrigenses confugerant: ibique Imperator esset, appellatus, iterum sestertijs c. milites donauit. *Plinio inter* Lusitaniæ *prouincia populos, in vetustis exemplaribus*, Medubrigenses, qui Plumbarij. *Ptolemæo inter* Celticos Lusitaniæ *prouincia* μεσίβεργα. *Florianus Ocampius, mihi sæpe confirmauit, in descriptione* Pontis Alcantarensis, *inter populos, qui stipe conlata opus* Pontis *perfecerunt, & Imperatori* Traiano *dicauerunt* Meidubrigenses *recenseri.* *Florianus Ocampius.*

Bracaram Augustam MP. CCXLIIII.] *In manuscriptis, & Longoliano* Bragaram Augustam. *Hieronymi* Pauli *libri* Bracharam Augustam. *Id oppidum* Gallaicorũ, *cognomento* Bracarum *citerioris erat prouinciæ: vt Plinius inter septem eius conuentus* Bracarum *commemorat & Bracarum oppidum,* Augustam *memorat. Ptolemæo inter* Gallaicos Bracaros *primaria constituitur* βράχαρ ἄυγυσα: *qui populi inter* Dorium, & Minium *amnes, continentur, regionis citerioris prouinciæ.* *Pag. 95.*

Sellium MP. XXXII] *In Blandiniano* Cel-

lium

lium M P.XXXII. *& item in Longoliano: sed* Cel-
lum *corrigitur. In Neapol & Hier. Pauli exem-*
plaribus, Sellium M P XXXII. *Ptolemæo inter vr-*
bes regionis quæ proprie Lusitania *cognominatur*
eiusdem prouinciæ σέλιον.

Conembricam M P. XXXIIII.] *Manuscripta*
& Longol. exemplar Conembrica *Hier. P. libri*
Cœmbricæ. *Vetusta Pl. exemplaria* Cinumbrii-
gam *edunt.*

Aeminium M P. X.] *Manuscripta & Long.* E-
minio M P. X *Hier. P. libri,* Eminii X. *In vetusti*
Pl. exemplarib. Oppidum & flumen Eumeniũ
atq; idem Aeminiũ *ab* Minio *distinguit.* Ab Mi-
nio, *inquit,* quem supra diximus, CC M P. *vt au-*
ctor est Varro, abest Aeminius, quem alibi
quidã intelligũt, & Limæã vocant, obliuioni
antiquis dictus, & multum fabulosus. *Ptole-*
mæo in eadem regione Lusitanorum, cuius popu-
Lusitaniæ *prouinciæ nomen sunt sortiti,* ἀμίνιον.

Talabricam M XL.] *Plinio eiusdem* Lusita-
niæ *prouinciæ* oppidum Talabrica: *cui oppidum*
& flumen Eumenium *adiungit. Ptolemæo in ea-*
dem Lusitanorum regione ταλάβριγα.

Langobrigam M P. XVIII.] *Manuscripta, C*
vulgati Hier. P. & Longol. libri Langobrica M P
XVIII. *Pomponio Melæ,* & cui obliuionis nome
est, Limia. Flexus ipse Lambriacam vrbẽ am-
plexus *&c. vt forte* Langobrigam *sit legendum*
Vetustum exemplar Libriacam *habet.*

In Mela
cõiectura.

Callem M P XIII.] *Eadẽ* Calem M P. XIII. *pra-*
ferunt: ego, quemadmodũ in aliquot supra manssi-
nib. Callem *reponendum censeo, vt pastoriciã sa-*
tuum Callem *designet.* Sal

Salaciam MP. XX.] *In Bland.* Salacia MP. XX. *& in Neapol. & Longoliano* Salatia MP.XX. *In libris Hier. Pauli* Salanæ MP XX. *Hoc oppidum citerioris est prouinciæ diuersum à* Salacia Lusitaniæ *oppido, cuius supra mentio facta est.*

Caladunum MP.XXVI.] *In Bland. & Long.* Caladuno MP.XXVI *& in Neapol. & libris Hier. Pauli* Caladuno MP.XVI. *Ptolemæo in* Bracaris, *iuxta* Bracaram Augustam καλαδύνον.

Ad Aquas MP.XVIIJ.] *Hæ aquæ non designantur vllo cognomento, quemadmodū aliæ earū regionū à Ptol.* Cilinorum Quintiæ, Læ, & Quacernorum. *De* Celenijs *sequenti itinere fit mentio.*

Pinetū MP.XX.] *In Blan.* Penitū MP.XX. *Neap. exemplar, & Hier. P.* Pinetum MP.XX. *& item Long. Ptol. in* Gallaicis Bracaris *inter* Caladunum *&* Compluticam, πίνητος, *pro* πίνητον.

Compleuticam MP.XXVIIII] *In manuscriptis* Compleutica MP.XXVIIIJ. *Libri Hier. Pauli* Compleuticæ MP.XXV: *& Longol.* Compleutica MP.XXXIIIJ. *&* XXIX. *corrigitur.*

Veniatiam MP.XXV.] *In Bland. & Neapol.* Veniatia MP. XXV. *Libri Hier. Pauli* Venianæ MP.XXV. *& Long.* Veniatia MP XXV. *cuius mansionis nullam reperio fieri mentionem.*

Petauonium MP.XXVIII.] *manuscripta, & libri vulgati Hieron. Pauli & Longolij præferunt. Ptolemæo in regione* σεπτιράτιων πεταυόνιον. *In Notitia Scoti Prouinciarum, In prouincia Hispaniæ* Callecia. *Tribunus cohortis ij. Flauiæ Pacatianæ* Pætaonio *recensetur: & in exemplari Cœnobij* Aulæ Dei *vetusto* Petonio *legitur.*

Argen-

Argentiolum MP.XV.] *In Neapolitano* Argentiolium MP. XV. *& in reliquis* Argentiolum *Ptolemæo inter vrbes* Asturiæ ἀργεντέολαι.

Asturicam MP.XIIII.] *Plinius, vti is qui res Hispanienses penitus calluerat, quod Cæsaris res in Hispania procurasset, in Asturum regione* Asturicam, vrbem magnificam, *egregio testimonio conlocat.*

MP.CCVII.] *Neapolitanum* CCVI. *Blandi & vulgati* CCVII.

Aquas Celenias Stad. CLXV.] *In Blandiano* Aquis Celenis stad. CLXV. *& item in Longoliano. In Neapolitano insigni deprauatione* Aquii Colonis stadia MP.LXXX *libri Hieronymi Pauli* Aquis Celenis CXLV. stad. Cilenorum *Plinius meminit post* Celticos *cognomine* Præsa *& a* Cilenis *conuentum* Bracarum *statuit. Ptolemæo in regione* χιλινῶν, *Caporis finitima,* Aquas Calidas *conlocat: vt hæc sint, quæ ab Antonino* Celenia *nuncupantur.*

Vicum Spacorum Stad. CXCV.] *In Blandiniano* Vico Spacorum stadia CXCV. *In Neapolitano* Vico Spacorum stadia MP.XXII. *Hieronymi Pauli libri* Vico Spacorum stad. CXCV *& in Long.* Vico Sparcorum stadia CXCV.

Grandimirum Sta. CLXXX] *In Blandiniano* Grandimiro stadia CLXXX. *In Neapolitano* Grandimuro stadia MP.XVIII. *Hier. Pauli libri* Grandimuro stad. LXXX. *Longoliano* Grãdimiro stadia CLXXX: *&* Grandimuro LXX *x. corrigitur. Ptolemæo in* Gallaicis Lucensibu γλαμδόμηχον. Pag. 96.

Trigu

Trigundum MP.XXII] *in Blandiniano, & excusis Hier. Pauli & Longol.* Trigundo MP.XXII. *& in Neapolitano* Triginido MP.XVIII.

Brigantium MP.XXX.] *Habent Blandinianum & excusi, qui à nobis conferuntur, & in Neapolitano* Brigantium MP.XXII. *Ptolemæo* Gallaicorum Lucensium *in magno portu* φλαξιομ βριγαντιομ: *cuius oppidi à Plinio non fit mentio, fortasse quod* Domitiani *imperio deducta fuerit* colonia: *à quo gentis* Flauiæ *cognomentum sumpserit: tametsi* Flauiobrigæ coloniæ *in* Vardulis *meminerit, quam Ptolemæus* Autrigonibus *attribuit: quæ à* Vespasiano patre, aut Tito filio *deduci potuit*. *Orosius*, Secundus, *inquit*, angulus Circium intendit vbi Brigantia Galleciæ ciuitas altissimum Pharum & inter pauca memorandi operis ad speculam Britanniæ erigit. *Mela* Turrim Augusti *titulo memorabilem memorat*. *Scotus auctor Notitiæ prouinciarum*, Brigantiam *itidem cognominat: nam in prouincia* Gallecia *recensetur Tribunus cohortis Celtiberæ* Brigantiæ *& tunc* Iuliobriga.

Caranicum MP XVIII] *In Blandiniano, & libris Hier. Pauli & Longoliano* Caranico MP. XVIII. *In Neapolitano* Caranice MP.XII.

Lucum Augusti MP.XIII] *In Blandiniano* Luco Augusti MP. XIIII. *Neapolitanum* Lugo Augusta MP.XX. *& libri Hier. Pauli* Luco Augusti MP.XVij. *Longolianum* MP. Xiiij. *&* XVII. *corrigit. Plinius conuentum* Lucensem *à flumine* Naui Iubione *constituit, vt manifeste* Lucus Augusti *conuentui profuerit. Ptolemæo du-*

plex Lucus Augusti *in regione* Cæpororum *iuxta* Iriam Flauiam, *& in Asturia*, Lucus Asturum. *In eadem Notitia Tribunus cohortis* Lucensis LUCO.

Timalinum MP. XXII.] *Manuscripta & Hier. Pauli libri* Timalino MP. XXII. *Longolianum* MP XXII. *&* XXIIII. *corrigit. Ptol. in regione* σιυρῶν *quæ* Asturiæ *fines attingit*, τιμαλαμίνη, *vt forte idē oppidū ab Antonino designetur.*

Pontem Neuiæ MP XII] *Manuscripta* Põte Neuię MP. XII. *& Hier. Pauli libri* Põte noniæ, *& desunt mansionis numeri. Longolani* Ponte Neuiæ MP. XII. *&* Nouiæ *corrigitur. Melæ* Pomponio Næbis. *Ptolemæus in* Gallaicis Bracaris νάβιος *fluminis ostia conlocat.*

Vttarim MP. XX.] *In Blandiniano hoc itinere* Vttari MP. XX. *& alio item* Vttaris. *Neapol.* Vtari MP. XX. *& postea* Vttaris: *& in excusis eodem ferme modo.*

Bergidum MP. XVI.] *In Bland.* Bergido *& postea* Belgido MP. XVI. *& Neap.* Borzido, *& post*, Belgido; *& Hieron. Pauli libris* Borgido, *& post* Bergido *Longol.* Bergido MP. XVI. *&* Borzido *corrigit, & post* Belgido *præfert. Ptolemæus in* Asturia *interuersis litteris*, βήρδιγον φλαβιον *sed in exemplari Georgij Vallæ Placentini*, βήργιδος φλαβιομ.

Iter de Estri Pacem Iuliam MP. CCLXII II.] *præfert Bland. & postea* ab Esuri, *non* ab Estri, *alio itinere profert. In Neap.* Item de Esuri Pace Iulia MP. CCLXVII. *In libris Hier. Pauli.* Item de Asturica Pace Iuliam MP. CCLVII

I

In Long. Iter de Eſtri Pace Iulia MP. CLXIIII. & Eſupi *pro* Eſtri *corrigit, &* CLXVII *& infra,* ab Eſuri. *Cũ totũ hoc iter in* Luſitania *prouincia cõſtituatur, & Mela auctor ſit,* Luſitaniã, qua prominet, bis in ſe recepto mari, in tria promũtoria diſpergi, & Anæ proximum, quia lata ſede procurrẽs paulatim ſe, ac ſua latera faſtigat, cuneũ dici, & in eo eſſe Myrtilim, Balſam, & Oſſonobã, *& hoc itinere prima mãſio* Balſę *ſit, oppidi eius* Eſtris. *aut* Eſuris *nullã neq; alibi, neq; hoc itinerario mentionem factam, mirum eſt: vt locus mihi dignus ſit viſus, qui aſteriſco ſignetur.*

Balſam MP. XXIIII.] *Præter Melã,* Plinius *itẽ tria eadẽ oppida adiungit, ita enim ſubdit:* promũtorium Sacrũ, & alterũ cuneus. oppida Oſſonoba, Balſa, Myrtilis *Ptolem. poſt Anæ fluminis oſtia in* Turdetanis, Balsã Oſſonobę *itẽ adnectit.*

Arannim MP. LX.] *In manuſcriptis & excuſis* Aranni MP. LX. *ac dubius ſum, an id oppidum deſignetur, quod in regione eorum populorum, qui proprie* Luſitani *cognominantur, à Ptolemæo* ἀραννὶς *appellatur.*

Rarapiam MP. XXXII.] *habet Blandinianũ auferendi caſu. In Neap.* Rapta MP. XXXV. *Hie. Pauli libri* Raptæ MP. XXXV. *& Longoliani* Rapia MP. XXXII. *&* XXXV *corrigitur.*

Arucci MP. XXII.] *habet Blandi. exemplar. Nea.* Aruca MP. XXV. *Hier. Pauli lib.* Arucę MP. XXV. *& Long.* Arruci MP. XXII *Ptol. extra Luſitaniam, in* Celtis Bæticæ *prouinciæ,* ἀρῦκι *vt ab hoc oppido longo terrarum ſpatio diſtet.*

Pacem Iuliam MP. XXX] Plinius Pacẽſis co-

loniæ *meminit* : *&* Pacensis conuentus Lusitaniæ *qui à* Pace Iulia *nomen accepit*. *Ptolemæo iuxta Sacrum promuntorium, in mediterraneis* Turdetanorum Lusitaniæ *prouincia*, πᾶξ ἰυλία. ἰυλία μυρτιλίς. *Nunc* Begiæ *oppido, eius vestigia obuersari perhibent.*

MP. CCXII] *Habet Blandinianum. Neapolitanum & libri Hier. Pauli.* CCXV. *in Longolianis libris* MP. CCXII. *&* CCXV. *corrigitur.*

Salanianam MP. XXI] *Habet Blandinianum auferendi casu. Neapolitanum* Salamana MP. XII *& Hier. Pauli* Salmane MP. XI. *In Longoliani* Salauiana MP XXI. *&* XI *corrigitur.*

Aquas Origines MP. XXVIII.] *In Blandi* Aquis Originis MP. XXVIII. *& Longoliano, see* XVIII. *corrigitur &* Ogirinis. *In Neapol.* Aqui Ogirinis MP. XVIII *& in libro Hier. Pauli* Aquis Originis MP. XVIII. *Hæ Aquæ à regione cognomentum sumpsisse videntur, vt proximæ quæ eis adiunguntur*, Querquennæ, *&* Originum, *qui Cantabris misti erant, à Plinio fit mentio*

Aquas Querquennas MP. XIIII.] *In Blandiniano & Longoliano.* Aquis Querquennis MP. XIIII *In Neapolitano* Aquis Quennis MP. XIIII. *& in libris Hier. Pauli* Aquis quernis xiiij *Plinius inter ciuitates, quæ conuentui* Bracarum *attribuebantur, in vetustis exemplaribus* Querquenni, *aut* Querquerni *recensentur. Ptolemæo in* Quacernorum *regione* ὕδατα χαλκήρινα.

Geminas MP. XIII.] *habet Blandinianum. In reliquis* MP. XVI.

Præsidium MP. VIII] *Habet Blandinianum auferendi*

auferendi casu, & Longolianum. In Neapolitano, Præsidio MP.XVIIIJ & in libris Hier. Pauli. Præsidio XVIIJ.

Nemetobrigam MP. XIII] Manuscripta, & vulgati Hier. P. & Longol. libri Nemotobrica MP.XIIJ. Ptolemæo post Asturicam Augustam in Tiburorum regione νεμετόβριγα.

Forum MP.XVIIII.] Ptolemæo statim à Nemetobriga φόρος ἐτβρίων. Pag.97.

Interamnium Flauium MP.XX.] Ptolemæo inter Asturiæ vrbes ἰντερἀμνιον, & ἰντερἀμνιον φλαβιον

Limiam MP.XVIIIJ.] Neap.XXIX. & reliqua MP. XVIIIJ. Strabo Lethem amnē à plerisq; Limæam nuncupatam perhibet Pomponius, Minius, & cui obliuionis cognomen est, Limia. Plinius vt supra mentio facta est, Aeminium fluuium Limæā vocatam perhibet, obliuionis antiquis dictū, multumq; fabulosū. Ptolemæus in Gallaicis Bracaris conlocat ostia λιμίου, vt hæc mansio ad Limiam fluuium sit, non oppidum.

Tudem MP.XXIIIJ.] In manuscriptis & Longolianis libris Tude MP.XXIIIJ In Hier. Pauli libris Tude MP.XXIX. Silius lib. iij, in Catalogo vrbium Hispaniæ.

Et quos nunc Grauios, violato nomine Graium
Oeneæ misere domus, Aetolaq; Tydæ.

Inde Plinius, Heleni Grauij Castellum Tyde, Græcorum Sobolis omnia. Ptolemæi vulgatis non recte γρβιαμτδαν pro γραυιοντδη.

Burbidam MP. XVI.] In Blandiniano Burbida sine numeris mansionis, & ideo asteriscis signa-

uimus. In Neapol. Burbada MP XVI. *libri Hier. Pauli* Burbade XVI. *& Longol.* Burbida MP. XXVI. *&* Burbula XVI. *corrigitur.*

Turoquam MP. XVI.] *In Blandiniano, & Neapolitano* Turoqua MP. XVI. *libri Hier. Pauli* Turoque XVI. *& in Longoliano* Turoca MP. XIII.

Asseroniam MP. XXIII.] *In Blandiniano* Asseronia MP. XXIII. *& in Neapolitano & Long.* Asseconia MP. XXIII. *libri Hier. Pauli* Asseconia MP. XXII.

Breuim MP. XII.] *Manuscripta, & excusi libri* Breuis MP XII.

Iter ab Esuri per comp.] *Manuscripta exemplaria, & Longolianilibri, vt supra monuimus,* ab Esuri *praferunt: & Hier. Pauli libri,* ab Asturica.

MP. CCCXIII.] *Habet Blandinianum & Longolianum, sed* CCCXIIII. *corrigit. Neapolitanum & Hier. Pauli libri* CCCXIIII.

Præsidium MP. XXIII.] *In Blandiniano, & Longol* Præsidio MP. XXIII. *& in hoc* XXXIII. *corrigitur. Neapolitanum* MP. XXXIIII. *& Hier. Pauli libri* MP. XXXIII.

Ad Rubras MP. XXVII.] *In Blandiniano* MP. XVII. *& in Longoliano. Neapolitanum & libri Hier. Pauli* MP. XXVII. *qui numeri proximè summæ conueniunt.*

Pag. 98. Plinij locus.

Onobam MP. XXVIII.] *Plinio à flumine* Ana *litore Oceani, in vetustis etiam exemplaribus, oppidum* Ossonoba, Asturia *cognominatum: quo loco forte* Onoba *legendum esset eo cogno-*

cognomine, aut Lnſturiæ, *vt vulgati libri præferunt, ſiue* Liſturiæ, *ex Ptolemæo: vt ab* Onoba *cognomento* Martialium, *item Bætica prouincia, diſtinguat. Ptolemæo itidem in mediterraneis* Turdulorum *Bætica prouincia* ὀνόβα: *& poſt* Anæ *fluminis oſtium in* Turdetanis, *eiuſdem Bætica,* ὀνόβα λιστηρία: *ſed hæc Antonini mediterranea videtur eſſe, quæ à Ptolemæo* Ilipulæ magnæ *adiungitur: & in ea regione* Turdulorum Tucci *recenſentur.* Onobam *Strabo cum* Aſta, & Nebriſſa *coniungit, vt ea ſit, cui à Plinio cognomen* Martialium *tribuitur.*

Montem Ariorum MP. XLVI] *In Blandiniano* Montem Ariorum MP. XLVI. *In Neapolitano* Monte Mariolo MP. XLVI. *& item in libris Hier. Pauli. Longoliani libri* Monte Mariorum, *&* Mariolo *corrigitur. Plinio poſt* Oſſonobam Liſturiam, Hareni montes, *in Toletano exemplari, & Cæſaraugustano: in alio vero* Arenei. *Ptolemæo* Bæticæ *mons celebris fama* μαριανός.

Contributam MP. XXIIII.] *Plinio in* Celticis Bæticæ *prouincia* Contributa Iulia: *& Ptolemæo in* Turdetanis.

Perceianam MP. XX.] *In Blandiniano, & Longoliano* Perceiana MP. XX. *In Neapolitano* Perteiana MP. XX. *& in libris Hier. Pauli* Perteiane.

Caſtra Cæcilia MP. XX.] *In Blandiniano* Caſtris Celicis MP. XX. *atque itidem in Neapolitano, & Longoliano. In libris Hieronymi Pauli* Caſtris Celeſtris XX. *Plinius*

Emeritensibus *contributa fuisse* Castra Iulia, & Castra Cæcilia *perhibet.*

Rusticianam MP.XXij.] *Ptolemæo in regione proprie* Lusitania *dicta,* ῥουσικάνα.

Capparam MP.XXij.] *Manuscripta, & Longolianum exemplar* Capara MP. XXII. *Hier. P. libri* Capare XXII. *Ptolemæo in veteribus* κάπαρα. *Exstare ferebat Florianus Ocampius vetustum lapidem in hac via, quam vulgo* Argenteam *vocant, cum hac inscriptione.*

IMP.CAES.VESPASIAN.
AVG.PONT.MAX.TR.P.II.
IMP.VII. COS.III.DESIG.IIII.
PP.VIAM A.CAPPARA.VRBE.
AD.EMERITAM.VSQ.AVG.
IMPENSA SVA.RESTITVIT.
LXIII.

Cæcilionem MP.XXII] *In Blandiniano, & Longoliano* Cecilioni MP.XXII. *& in hoc* Cecilionico *corrigitur. In Neapolitano, & libris Hier. Pauli,* Cecilionico. *Ptolemæo, vti supra monuimus, in regione proprie* Lusitania *dicta, in vulgatis* κεκιλία μέλλινορ: *& in exemplari Georgij Vallæ Placentini* καικιλία γεμέλινορ. *& vetustus interpres* Cecilia Gemillina *vertit: vt forte in hoc Itinerario* Cæciliam Gem. *scribendum esset: & ex duabus dictionibus* Cecilioni *ductum.*

Senticem MP.XII.] *in Blandiniano* sentice MP. XII. *& in Neapolitano* sentice MP.XV. *& in libris Hier. Pauli. Longoliani* sentice: MP. XII: *&* XV. *corrigitur. Ptolemæo in* vaccæis, σεν-

σέντικη. *Cum tamen hoc iter per* vettones *ducat* salmanticam *vsq;, non video qua ratione* Vaccæorum *oppidum interijci posſit: nisi mansionum cauſa flexuoſum iter ducatur: &* sentica *in confinijs* Vaccæorum *conſtituta fuerit: quam Florianus Ocampius non verebatur affirmare, oppidum eſſe* Zamoram *patriam ſuam.* *Sentice, vulgo Zamora.*

salmanticam MP. XXIIII] *In manuſcriptis, & Longoliano* salmatice MP.XXiiij. *& in Hiero.* P*auli libris, ex emendatione, vti ego arbitror,* salmantice MP.XXIIII.I *ulius Frontinus de limitibus agrorum,* sicut in Luſitania, *inquit,* salmaticenſibus. P*tolemæo in* Vettonum *regione* Luſitaniæ *prouinciæ* σαλμάντικα. *Tamen exſtat vetuſtus lapis in Eccleſia Sancti* Pelagij, *ipſius vrbis Salmanticæ, quam vidimus, cum hac inſcriptione.* *Salmantica.*

D.M.S.
L.IVLIO CAPITONI
SALMANTIC.
ANN.LXX
IVLIA RVSTICILLA
SOROR
PIENTISSIMA
F.C.
H.S.E.S.T.T.L.

sibariam MP.XXI.] *Habent Blandinianum exemplar, & Longoliani excuſsi. In Neapolitano* sibarim MP.XXI: *Libri Hier. Pauli* sibarum *præferunt.*

Ocellum duri MP. XXI.] *In Blandiniano & Longoliano* Ocelo duri. *Neapolitanum* Oce-

Iodori MP XXI. *& in libris Hier.* Pauli Ocelo
Durij MP XXI. *Plinio in vulgatis* Ocelenſes,
qui & Lancienſes *attinent; & in quibuſdam ex-*
emplaribus Occlenſes Lancienſes *legitur.* Ptole-
mæo in Vettonibus ὄκελλον *pro* ὄκελλος *ita enim*
Ocellus Durij *amnis appellari videtur: quemad-*
modum à doctiſſimo poeta Sirmium Inſularum
Catullus. Ocellus *&* Cicero, *villulas ſuas*, Ocellos Italiæ
adpellat: Feruntq; *eius veſtigia ad* Durij *ripas con-*
ſpici iuxta Fermoſei.

Albucellam MP. XXII.] *In Blandiniano*
& Neapolitano, Albucela MP. XXII *libri Hiero-*
nymi Pauli, Albucele MP. XXII. *Longoliani libri*
Albucellam MP. XXII. *Ptolemæo in* Vaccæis
ἀλβοκέλλα. *vt hoc loco ſatis deſignari videantur*
fines citeriores, & vlteriores Hiſpaniæ: quandò
Ocellus, Vettonibus *populis* Luſitaniæ *prouin-*
cia, & Albucella, *citerioris prouinciæ Vaccæis ſimul*
attributi.

Amallobrigam MP. XXVII.] *In Blandi-*
niano, & Longoliano Amallobrica MP. XX-
VII: *& in hoc* XXII. *corrigitur. In Neapoli-*
tano Amalobrica MP. XXij. *& libris Hiero-*
nymi Pauli Amalobricæ MP. XXij. *cuius manſio-*
nis nullam reperi fieri mentionem.

Segouiam MP. XXVIII.] *Manuſcripta ex-*
emplaria, & libri vulgati, Secouia MP. XXVIIIIj
facili permutatione litteræ G. in C. Habeo vetu-
ſtiſſimum nummum æreum, qui ex altera parte
Caput *decora facie iuuenis præfert, cum his lit-*
teris, à ſiniſtra C. & dextra I: & auerſa parte virt
effi

effigies cum hasta, celeri impetu equo velociter current, & *infra* Segouia *à* Plinio & Ptolemæo *in* Areuacis Segouiæ *fit mentio.*

Miacum MP. XX(III] *præferunt Blandinianum exemplar, & libri Longoliani. In Neapolitano, & libris Hieronymi* Pauli. MP. XXVIII..

Bilbilim MP. XXiiij.] *In vetustis exemplaribus à* Bilbilitanis Aquis Bilbilim *hic milliarium numerus adponitur: nec quemquam moueat, quod multo maius spatium horum milliariorum sit, quam itineris, quod ab* Aquis Bilbitanis, *quibus eadem significatione Mauri* Alhamæ *nomen indidere,* Huermedam *vicum ducitur, in quo* Bilbilitanæ *ruinæ visuntur; neque enim verisimile adparet, vt iter vulgari hac nostra via duceretur, qua montium fauces crepidinesque adeo arctantur, vt pene expeditis equo vehentibus aditus non sit. Ac mihi persuasum est sinistrorsum ab* aquis Bilbilitanis *iter deflexisse: qua veredi liberius commearent. Strabo libro iij.* Celtiberorum *præcipuas vrbes* Segobrigam (*ita enim legendum, non* Segobrida) & Bilbilim *in primis recenset, inter quas Sertorius, & Metellus prælio memorabili conflixerint: quod itidem ab Appiano memoriæ proditum est: cuius auctoritate, & Plinij, qui* Segobrigenses *in capite* Celtiberiæ *constituit; & Ptolemæi, qui* Segobrigam *inter* Celtiberiæ *vrbes recenset, satis superque Floriani Ocam-*

Pag. 99.

Strabo emendatus.

pij error conuincitur, qui Segorbium oppidum in Aedetanis situm nominis adfinitate, Segobrigam esse adseuerarit: cuius situs, etsi adhuc mihi incognitus est, pro certo tamen adfirmare possem, ab Albarracino vrbe secundum Tagi ripas, vix XX MP. abesse. Bilbili vero, Augustæ cognomentum à Cęsare Augusto inditum sicuti & insignibus alijs vrbibus, cum Hispaniarum prouincia bello Cantabrico adijt, existimo; quod innumeris veterum numismatum inscriptionibus adparet, & Martialis eius oppidi ciuis carmen testatur, quod obiter corrigemus fœde deprauatum: id enim eiusmodi est:

Martialis corrigitur

Municipes Augusta mihi quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidus quos Salo cingit aquis.

Pro acri namque, vox agri legitur, & lemma epigrammatis ad Bilbilitanos agros inditum est, quasi Municipes agri dici ore latino posset, pro municipales, cum ab eodem auctore municipalis vrbs vocetur, & municipalium rubigo dentium: iam vero quam ineptus sensus eliceretur, si à Poeta Agrico monte creati dicerentur, qui adeo asperrimis crepidinibus est circumcisus & confragosus, vt Paulinus ad Ausonium scribens Bilbilim acutis scopulis pendentem recte prodiderit. Ne cui nouum & longè petitum videatur, quod Martialis acrem montem vocarit, cum à summo Poeta acer equus dictus sit, eum aduertere velim ab eiusdem ætatis poeta, Papinio Statio, id nomen vsurpatum fuisse, cum in Catalogo vrbium Bœotiæ,

—— Et Hyampolim acri
Subnixam scopulo cecinit.

Quod ab Homero ιλιαδ. β. ὑάμπολιν. ἀμφινέμοντο

to editur: *vers. 521.*

Titulciam MP. XXIIII] *Ptolemæo in* Carpetanis, τιτθλχια, *non* τιτθάκια: *nam vetus interpres* Titultiam *vertit. Error natus ex similitudine literarum initialium.* Λ *&* Α. *Ptolemæi locus.*

Arriacam MP. XXII.] *Ptolemæo esse arbitror in eadem* Carpetanorum *regione, iuxta* Cõplutum, χάραχχα.

Nertobrigam MP. XXI.] *In Blandiniano* Nitobrica MP. XXI. *& sequenti itinere* Nertobrica. *In Neapolitano item* Nitobrica MP XI *& sequenti itinere* Nestobrica MP. XXII. *lib. Hie. Pauli* Nitobrica XI *& infra* Nertobrica XXI. *Ptolemæo in* Celtiberis, νερτόβριγα βίλβις.

Segontiam MP. XIIII.] *In Blandiniano & Neapolitano* Secontia MP XVIIII *& sequenti itinere* MP. XIIII *quem numerum præferendum arbitramur, mansionum habita ratione, quod* Nertobrigam, Riclam *hodie appellatam esse, existimemus In libris Hieronymi Pauli* Segontiæ XIX *Longolianilibri,* Secontia MP. XXVIII *&* XVIIII. *corrigitur. Plinius plures huius nominis vrbes fuisse adserit, & cum hoc itinere duæ recensentur, primam* Areuacam *vrbem esse arbitror, de qua Plinius in* Areuaris: Areuacis, *inquit,* nomen dedit fluuius Areua. Horum sex populi, Segontia,& Vxama: quæ nomina crebro alijs in locis vsurpantur, præterea Segouia, & Noua Augusta, Termes ipsaque Clunia, Celtiberiæ finis. *Eadem vrbes à Ptolemæo in* Areuacis *recensentur, tametsi* Segontia *nomen cum cognomento corruptum videtur, legitur enim* σεγοριάλακτα.

Exstat

Exstat in ea Areuacum *regione vrbs, quæ* segontiæ *nomen retinet, in qua* segontinæ *Ecclesiæ sedes præsidet, sed à vetere* segontia *eo translatam nomen accepisse arbitror, & vetustam eò loco sitam fuisse, quo nunc* Medina Zelim *cognomine visitur: in qua vetustatis vestigia adparent, & in* segontina *vrbe nulla. Huc accedit, quod in vetusto exemplari* Etymologiarum Isidori, *libro xv. cum Hispaniæ vrbes recensentur, &* saguntì *fit ab eo mentio, in ipsa narrationis serie hæc verba adiecta leguntur.* saguntum ipsa est Mitina Zilim iuxta segonciam. *Huius vero* segontiæ XVI. MP. *à* Cæsaraugusta *hoc itinere constitutæ, neminem Geographum auctorem mentionem fecisse video: nam in Bætica Plinius eius nominis vrbem conlocat, & quæ à Ptolemæo* Peramicæ *cognomento* segoncia, *in* Vardulis *recensetur, ea longo regionum tractu ab hac* segontia *dissita est. Eam tamen ego esse arbitror, quæ à Liuio memoratur, in* Celtiberis *libro xxxiij hoc modo.* Deinde, *inquit,* audito segontiæ Celtiberûm omnes sarcinas impedimentaque relicta, eo pergit ducere ad oppugnandum. Posteaquam nulla mouentur re, persoluto stipendio non suis modo, sed etiam Prætorianis militibus, relictoque omni exercitu in castris Prætorianis, ipse cum VII. cohortibus ad Hiberum est regressus. Ea tam exigua manu oppida aliquot cepit. Defecere ad eum sedetani, Ausetani, suessetani. *Cum ad* Hiberum *regressum*

greſſum dixit, ex Celtiberum *regione exceſsiſſe indicat: nam* Celtiberos *nulla* Hiberum *parte attingere ſatis conſtat: & hæc* segontia *in confinio* Celtiberûm, *&* sedetanorum, *ſeu* Aedetanorum (*ijdem enim populi ſunt*) *ſita eſt Vt mihi videantur* Ruedæ *oppido ad Salonis ripas, huius* segontiæ *veſtigia contineri: atque ad eum vſque locum* Celtiberûm *regionem pertinuiſſe.*

MP. CCCXLVIIII.] *Legitur in Blandiniano. In Neapolitano, & libris Hieronymi Pauli* CCCXLVIII. *Longolianilibri* CCCXLVIII. *&* CCCXLVIIII. *corrigunt.*

Lacipeam MP.XX.] *In Blandiniano, & Longoliano* Lacipea MP. XX. *Neapolitanum* Lacipea MP. XV. *& Hieronymi Pauli libri* Lacipee MP.XX.

Leucianam MP. XXIIII] *Manuſcripta, & vulgati libri* Leuciana MP. XXIIII. *quæ ea eſſe adparet, quæ Ptolemæo iuxta* Auguſtam Emeritam, *in regione* Luſitanorum *Ptolemæi lectio.* λιχιννίαναvocatur: *in qua voce mendum ineſſe arbitror: nam vetus interpres* Lucinniana *vertit: vt merito vetus Itinerarij lectio ſit retinenda.*

Auguſtobriga MP. XII.] *Manuſcripta, & Longoliani libri* Auguſtobrica MP. XII. *præferunt. Hieronymi Pauli* Auguſtobricæ MP. XXII *Plinio in* Luſitania *Prouincia* Auguſtobrigenſes, *quæ vrbs in* Vettonibus *eiuſdem pro-*

prouincia à Ptolemæo recenſetur.

MP.CCCCXCVII] *habet Blandinianum exemplar. In Neapolitano & Hier. Pauli libris* CCCCL-XXVI. *& in Longolianis,* CCCCXCVII *&* CCCCLXX-XVI. *corrigitur.*

BETUNIAM MP.XX] *in Blandiniano, & Longolianis libris* Betunia MP.XX. *Neapolitanum* Botimia MP.XX. *& in libris Hier.* Botunia MP.XX. *Ptolemæo* Βεδδύνια, *à qua* Beduneſios *populos deducit.*

Pag.100. BRIGECUM MP.XX.] *In Blandiniano* Bricicc MP.XX. *& ſequenti itinere* Brigeco: *in Neapolitano* Britico MP.XX. *& paulò poſt item* Brigeco *quod in vulgatis accidit libris: vt dubium non ſit quin* Brigecum *ſit legendum, nam Ptolemæo poſt legionem vij. ſtatim ſubditur,* Βριγαιχίνων Βριγαίχιον.

INTERCATIAM MP. XX.] *Manuſcripta exemplaria, & Longolianilibri,* Intercatia MP.XX. *In Hier Pauli libris* Intercatiæ MP.XXII. *Plinius in* XVIII. Vaccæorum *ciuitatibus* Intercatienſes *commemorat. Ptolemæo duplex* Intercatia. *prima*

Intercatia ORnacorum *populorum, quam iuxta* Beduniam *& Brigæium conlocat, & hanc eſſe proculdubio adparet; & altera Vaccæorum. Strabo auctor eſt cum Polybius* Vaccæorum, *&* Celtiberorum *vrbes recenſeat, cum alijs ciuitatibus* segiſamam, *&* Intercatiam *collegiſſe. De hac* Vaccæorum *vrbe mentio fieri videtur in Epitoma Liuiana libri lxvii* Vaccæos Cantabros, & alias adhuc incognitas nationes in Hiſpania ſubegit. Ibi P. Cornelius Africanus ſcipio Aemilianus L. Paul

F. Afri

F. Africani nepos, sed adoptiuus, prouocatorem Barbarum Tr. mil. occidit: & in expugnatione Intercatiæ vrbis maius etiã periculum adijt. *Ita enim in manuscriptis legitur: & imperitia librariorum ex* Intercatiæ, Intercaptæ vrbis *deduxerunt. Inde Plinianum illud l. b* xxxvii. Est apud auctores, & Intercatiensem illum, cuius patrem Scipio Aemilianus ex prouocatione interfecerat, pugnæ eius effigie signasse, vulgato stylo, plerumq; incommodum valere aliquid: non enim hoc fuisse actorum eum, si Scipio à patre eius interemptus esset. *Insignis leuitas & insciti aliciuis Ferdinandi Pintiani discipuli eum in errorem induxit, cum in Annotationibus in Plinij tertium librum, monet* Intercatenses, *non* Intercatienses *scribendum; ex monumento vt ipse ait antiquissimo, quod vsq; in hodiernum die legitur* Cluniæ. *In eo n. monumento, quod nos vidimus, eiusmodi est inscriptio, quæ minime animaduersa fuit, in radice turris Ecclesiæ* D. Mariæ *cognomento* de Rebilla, *extra* Cruniam *oppidum*

Ferdinandi Pintiani lapsus.

ATTVAEBOV
+ AE.BOV.F.
INTERCAT⊏NSI
AN.XXXII.
AIVSATOVVS
VXO.S.F.C.

Telam MP.XXII] *In hanc lectionem & manuscripta exemplaria, & vulgati Hieronymi Pauli, & Longoliani libri consentiunt. Eam vrbem su-*

ſpicor deſignari, quæ à Ptolemæo in Vaccæis πέλλα *cognominatur, plerumq; enim vſu venit, vt* T. *pro* Π *&* Ptol. deprauatus. *econuerſò permutentur. quod in eodem accidit Ptolemæo, nam in regione* Carpetanorũ ἐτέλεσα *legitur, pro* ἐγέλεσα. *Adde quod & vetus Ptolemæi Interpres,* Pellam *vertit, non* Gellam.

Pintiam MP. XXIIII] *In Bland.* Pintiam MP. XXIIII. *& Hier. Pauli, & Longoliani libri. In Neapolitano* Pinteam MP. XXIIII. *Hæc* Vaccæorum Pintia *eſt Ptolemæo, quam ex itinere hoc quod* Cantabriam *attingere poſitum eſt, diuerſa regione contineri, quam* Valliſoleti *oppidum neceſſario videtur, & dextrorſus* Vallem oleti, *per aliquot milliaria derelinqui. Multo enim plura milliaria* Valle oleti, Raudã (*ea enim* Aranda *ad* Durij *ripas eſt*) *interſunt, quã hoc itinere propoſita videntur* Pintia, Raudam: *tametſi numeri manſionis* Raudæ *intermiſſi ſunt. Altera* Pintia Ptol. Pintia an Valliſoletum. *in* Gallaicis Lucenſibus *conſtituta eſt, atq; hæc mihi potius videtur oppido* Pennafieli *conuenire*

Raubam**] *In Bland. exemplari, & Longol. libris* Rauda cluniam MP. XXVI. *legitur. In Neapol.* Rauda dumia MP. XXVI. *& in Hier. P. libri* Rauda Cluniæ MP. XVI. *& manifeſtè adpare inſcitia librariorũ, ex duab manſionibus, vnam con flatam* Raudæ *enim Ptol. in* Vaccæis *meminit quæ nunc* Aranda *cognominatur, quam* Raudam *vocatam* Regum Legionenſiũ *tempore, conſta re video: nam in vetuſto exemplari rerum à* Legionenſib. Regibus *geſtarum, ſine auctoris nomine hæc legimus in rebus geſtis à* Rammiro *Rege* Legionenſi, *qui* Cæſarauguſtam *à Sarracenis expugnauit,* Tunc temporis populauit Rode

ricus Comes Amaiam. Didacus etiam Comes populauit Burgis per iussionem Regis. Populauit etiam Munio Muniæ Raudam, & Gondisaluus tollit Exomã, & Gundisaluus Ferdinandi Axeam, Duniam & S. Stephanum. *Ea vero* Dunia *corruptè scribitur, pro* Clunia. *Neq; verisimile erat*, Cluniam, *celeberrimã, ac primariã Hispaniarũ vrbẽ, & cui tot ciuitatũ conuentus attributus fuit, hoc Itin. fuisse prætermissam: cum reliquæ omnes vrbes, cui conuentus fuere attributi, hoc itinerario recensentur, & obeantur.* Iuridici *enim* conuentus *vniuersæ* Hispaniæ citerioris vij *à Plinio cõmemorantur*, Tarraconensis, Carthaginiensis, Cæsarauguſtanus, Clunienſis, Asturicensis, Lucensis, & Bracarẽsis. Vlterior *itidẽ prouincia in totidẽ conuentus diuiditur. Nam quattuor* Bęticæ *fuere attributi*, Gaditanus, Cordubẽsis, Astigitanus, & Hispalẽsis, *& Lusitaniæ iij.* Emeritẽsis, Pacẽsis, & Scalabitanus: *neq; vllaharũ ciuitatũ hoc Itin. prætermissa, tametsi Antonini Pij Augusti imperio earũ Prouinciarũ veterẽ formã mutatã fuisse videamus.* Cluniæ *Suet. & Plutar. in* Galbæ *vita meminere. Dion li. xxxviij. auctor est* Metellũ Nepotẽ Cluniã *oppugnantẽ à* Vaccæi[illegible] *deuictũ, & vrbis fuisse potitos. Nũmi extãt innumeri, cũ eius vrbis inscriptione, & iiij. nominib. quæ quotãnis vrbis administrationi admouebãtur quã ego à* Germanis, *aut primis* Gothorũ *incursionib. vna cũ* Numãtia, *&* Augustobriga, Areuacum *vrbibus. deletam fuisse existimo*

Nam affines sunt in scriptura d, & cl.

Vxamam M P. XXIIII] *In Blandinano* Vasanã M P. XXIIII. *& in Neap.* Vasaniã M P. XXXiiij. *Hier. P. libri* Vasaniã M P. XXXiiij. *Longol. libri*

Vasanam M P. XXIII. & Vesauiam *corrigitur. Ex ipso itinere satis constat* Vxamam *legendum, quæ in* Areuacis *à Plinio, & Ptolemæo constituitur: cuius hodie vestigia exstant, & parietinæ ad* Castellum Castri *cognomento, quod* Osmæ *imminet: & cum plures eiusdem nominis* Vxamæ *fuerint, vt Plinius testatur, à Ptolemæo cognomentum huic adijcitur*, οὔξαμα ἀργέλλης. Vxamam *à Cn.* Pompeio *fuisse euersam, Orosius auctor est.*

Volucem M P. XXV] *In Bland.* Voluce M P. XXV. *& Neap.* Voluce M P. XV. *Hier. P. libri,* Volunæ M P. XV. *& in Longol.* Voluce M P. XXV. & XV. *corrigitur: mihi haud dubiè id oppidũ est, quod Ptolemæo in* Areuacis οὐέλγκα *scribitur: & itidem ex milliarijs dimensionibus, quæ* Vxama Numantiam *numerantur.* Canatannaciorem *oppidum esse adfirmare possumus.*

Numantiam M P. XXV] *Manuscripta exemplaria, & vulgati libri, in hunc numerum rectè consentiunt. Plinius* Numantinos, Pelendonibus Celtiberorum *populis attribuit: in quorum regione* Durius, *amnis ex maximus Hispaniæ, ortus iuxta collem, in quo sita erat delabitur: & in eo nullæ eius cadaueris reliquiæ visuntur. Ptolemæus* Numantiam Areuacis *attribuit. Strabo* Numãtiam *à* Cæsaraugusta *abesse ad stadia dccc. perhibet; quorum ratio, cum numeris harum mansionũ conferenda non est, quod viæ hæ per diuerticula quædam mansionum ducerentur, quod sæpè admonuimus.*

Augustobrigam M P. XXIII.] *In Blandiniano* Augustobriga M P. XXIII. *In Neapolitano* Augu-

Augustobrica MP.XXIIII. *& in Hier. Pauli libris,* Augustobricæ MP.XXIIII. *Longoliani libri* Augustobrica MP.XXIII, *sed* XXIIII. *corrigitur. Blandiniani lectio meritò præferenda est, quod eo numero, rectè itineris summa* MP.CCCI. *conficiatur. Hæc autem* Augustobriga *est, quæ à Ptolemæo in* Pelendonibus *constituitur: cuius ruinæ in oppido* Muro VIII. MP. *supra vrbem* Agredam *visuntur, in via hac consulari, in qua lapides vidimus, anno M. D.xlvij. nomen vrbis eius suis milliarijs præferentes: qui indicant initia milliarium ab* Augustobriga *duci* Numantiam *versus, quamuis iter ab Antonino ab Asturica* Cæsaraugustam *ducatur. Ad* II. *Milliaria, à vico qui* Murus *appellatur,* Numantiam *versus, in media via erecto lapide, hæc legitur inscriptio:*

.....CAESAR....
....TRAIANVS....
PONT.MA
TR.POT.PP.
CIT.AB
M.P.II.

In Ecclesia vici, quẽ Pozo *vocant, ante fores Ecclesiæ, deiectus lapis visitur, cum hac inscriptione:*

..CAESAR
CLV.....
PONTIFE.....
P.XXX.....
...A AVGVSTOBRIGA
M.VIIII

Supra vicum Pozo *cognominatum, Numantiam versus, in media via erectus lapis cum hac inscriptione:*

IMP.CAESAR NER
VA TRAIANVS
AVG.GER.PONT MAX.
TRIB.POT.PP.COS.IIII.
FECIT AB AVGVSTOB.
M. P. X.

Turiaſonem MP.XVII]*In Blandiniano, &*
Hie. Faulilibris Turiaſſone MP. XVII. *& in Nea*
Turiaſone MP.XVII. *Longoliani libri* Turiaſſo
ne MP.XIIII *&* XVII *corrigitur. Vrbs celebri*
nomen retinens, quam Plinius Vaſconum *region*
attribuere videtur. Oſcenſes regionis Vaſcita
niæ (*ita enim legendum, non* Veſcitaniæ) Turia
ſonenſes, Latinorum veterum Caſcantenſes
Caſcantum *enim, vt ſupra monuimus ad* Vaſco
nes *item pertinet. A Ptolemæo verò* Turiaſo *in*
Celtiberum *regione conſtituitur. Reperiuntur cō*
plures nummi ænei, qui nomen Turiaſonis *præfe*
runt ſed hi magis inſignes. In quodam viſitur capi
tis fœminæ effigies, cum hac inſcriptione SILBIS
vt numinis alicuius nomen eſſe videatur: in auerſi
parte viri equitantis imago, protenta dextera, habi
tu, qui in ſtatuis, vt Quintilianus inquit, pacificato
ris *eſſe ſolet, & infra equi pedes* TVRIASO. *in*
alio Auguſti *facies, cum hac inſcriptione,* IMP
AVGVSTVS P.P. *& in auerſa parte, in medi*
area coronæ ciuicæ *hæ literæ, quæ municipium*
fuiſſe docent, MVN. *& infra eas litteras* TVRII
ASO.

Caraui MP.XVIII]*præfert Blan. exemplar*
in Nea

In Neapolitano Carauia M P.XVIII.*& in Hieron. Pauli libris* Carauiæ XVIII. *Longoliani* Caraui M P.XVIII*&* Carauia *corrigitur: cuius mansionis vestigia nulla reperio.*

Cæsarauguſtam M P. XXXVII] *In Blandiniano & Longoliano auferendi casu* M P.XXXVII. *& in Neapolitano* M P.XXVIII. *In Hier. Pauli libris* Cæsarauguſtæ XXXVII.

Balsionem M P XX] *In Blandiniano* Balsione M P.XX.*& infra* Belliſone *& in Neapolitano* Balsione M P.XX *& infra* Belliſono *In Hieronymi Pauli libris hoc iter non habetur,& infra* Belliſono *præfert. Longoliani item libri* Balsione M P.XX.*præferunt,& infra* Belliſono,*sed* Balsionis *nomen proximè mihi videtur accedere ad nomē oppidi* Βλάσωνος *quod primum iuxta* Turiasonē *in* Celtiberis *à Ptolemæo constituitur, vt dubium non sit,quin idem videatur.*

Allobonem M P. XX] *In manuscriptis* Allobone M P.XX *In Lon.* Allone. *Si milliaria numeres,qua* Allobone Cæsarauguſtam *numerātur, nulli dubium erit, quin id oppidum sit, quod* Alagonem *dicimus:cuius Ecclesia, cum Archidiacono* Cæsarauguſtano *attributa sit , in vetustis eius dignitatis monumētis reperitur nuncupari,* Alauonē sis Archidiaconus *pro* Alobonēsis.*familiari errore mutantur B in V & cōtra. Præterea idem oppidū esse arbitror, quod vltimū in* Vasconū *regione in vulgatis libris,à Ptole* Ἀλαυῶν *nuncupatur: etsi ex nomine coniectura capienda sit,vt mihi persuasum est, operæ pretium erit nouisse,* Vasconū *fines ad eum vsque locum protendi : cum* Cæsaraugu-

sta Aedetanorum *regionis primaria sit, qui* mare internum *attingunt: quemadmodum &* Vascones Oceano *alluuntur.*

Contosoliam MP. XII.] *manuscripta exemplaria & vulgati libri* Contosolia MP. XII. *cuius mansionis nullam reperi mentionem fieri.*

Mirobrigam MP. XXXVI.] *In Blandiniana* Mirobrica MP XXXVI. *in Neapolitano* Mirobrica MP. XVI. *In Hieronymi Pauli libris* Mirtobricæ MP. XXVI *& in Longolianis* Mirobrica MP XXXV. *&* XXVI. *corrigitur.* Plinius Mirobrigam *conuentus* Cordubensis *recenset, & alterum ad Oceanum* Lusitaniæ, *& in eadem* Lusitania Mirobrigenses, *qui* Celtici *cognominantur.* Ptolemæus *item in* Celticis Lusitaniæ μιρόβριγα *recensetur, & altera in* Oretanis, *quam ego hoc itinere adpositam crederem.*

Sisaponem MP. XIII.] *manuscripta exemplaria & libri vulgati* Sisalone MP XIII. Plinio *in* Celticis Beturiæ *regionis* Alpesa Seppone, *in vetustis exemplaribus : &* Sisapona *corrigitur à quibusdam, non sine eiusdem auctoris exposita ratione. libro enim xxxiij.* Sisaponensem *regionem* Bæticæ *attribuit, cum de* Minio *agitur. Referam integrum locum, quòd* Ciceroni Philippica *secunda magnam lucem adhibeat: Ita enim inquit* Sed neutro ex loco inuehitur ad nos, nec fere aliunde quam ex Hispania: celeberrimum ex Sisaponensi regione in Bætica miniario metallo vectigalibus P.R. nullius rei diligentiori custodia. Non licet id ibi perficere, ex eo quique Romam perfertur, vena signata, ad dena millia

Ciceronis locus explicatus.

lia fere pondo annua. Romæ autem lauatur, in vendendo pretio ſtatuta lege, ne modum excederet LXX.M libras. Sed adulteratur multis modis, vnde præda ſocietati *Et paulo inferius*, Siſaponenſibus autem miniarijs luæ venæ hareno ſine argento excoquitur. *Eam ſocietatis prædam obijcit Cicero M. Antonio cum inquit:* Quid erat in terris vbi in tuo pedem poneres, præter vnum Milenum, quem tu cum ſocijs, tamquam Siſaponem, tenebas. *De hu* Siſaponenſium miniarijs *locutum fuiſſe Vitruuium adparet*: Quæ autem, *inquit libro vij.* in Epheſiorum metallis fuerunt officinæ, nunc traiectæ ſunt ideo Romam, quod id genus venæ poſtea eſt inuentum Hiſpaniæ regionibus, quibus metallis glebæ portantur & per publicanos Romæ curantur. Eæ autem officinæ ſunt inter ædem Floræ, & Quirini. *Strabo in locis ad* Ilipam *ſpectantibus maximam vim eſſe argenti nec non ad* Siſaponem *refert: & vtrumque his temporibus manifeſtè adparuit, argentarijs ditiſſimus ad* Guallalcanalem *effoſſis, & argenti viui effoſſionibus ex* Siſaponenſibus *ſecturis, quibus* Almadeni *hodie nomen inditum eſt, ſocietati* Fuggerorũ *addictus, ex quarum locatione ingẽtes ſummæ comparantur: quod argentum viuum innumeris rebus ad vſum ſit expeditum; nam neque argentum, neque æs, ſine eo poteſt rectè inaurari.* Ptolemæo non in Bætica, *ſed in* Oretanorum *regione citerioris prouinciæ, σισαπὼν conſtituitur: quorum fines* Boticam *attingunt: vt mirum non ſit à Plinio* Siſaponenſem *regionem, in* Bætica *conlocari.*

Larcurim MP.XX] *Manuscripta, & libri vulgati quorum conlatione vtimur* Carcuuium MP. XX. *præferunt: & ego* Larcurim *legendum arbitror, & apud Ptolemæum in* Oretanis λαρχυρίς; προλαχυρίς *In vetusti inscriptione lapidis* Malagone *in eadem* Oretanorum *regione legi* P CORN. LARCVRITANVM: *vt hunc Antonini locũ corrigere non dubitem: nam hodie nomen retinet, &* Alarcos *vocatur. Ptolemæo in Carpetanorum regione recensetur* ἱλαρχυρίς

Antonini locus

Laminium MP.XXX] *In* Carpetanis *nobile quondam oppidum* Laminiũ *à Ptolemæo cõlocatur vnde Plinio* Laminitani *populi citerioris prouinciæ cum* Egelestanis *& Ilercitanis recẽsentur & libro 36* Cotes Laminitanæ *ex Hispania citeriore vetustis etiam exemplaribus refragantibus, in quib* Flaminitanæ *legitur.* Laminiobrensis *Episcopus in subscriptionibus Episcoporum Hispaniarum prouinciarum fit mentio.*

Pag.101.

Plinij locus.

Alces MP.XL] *Præferunt manuscripta exemplaria, & vulgati libri, neque quidquam, quod ad hanc mansionem pertineat, reperio.*

Vicũ Cuminariũ MP.XXIIII] Vico Cominario MP.XXIIII. *præferunt eadem exemplaria, & vulgati lib.* Cuminariũ vicũ *legendũ existimant, quod extare adserant oppidulũ in huius vici vestigijs, in cuius agro* cuminũ *latissime proueniat*

MP.XCV] *Præferunt eadem exemplaria, & vulgati libri: in quib. cum constantes mansionum numeri congruant, summam tamen superant*

Consabrum MP.XXVIII] *In manuscriptis exemp* Consabro MP.XXVIII. *Hier. Paul. libri* Consabrũ MP.XXVIII. *&* Lõ. Conlobro *præfe*

runt Plin. Consaburenses *cum* Bastitanis *&* Dionensibus *recenset. Permanent nominis vestigia, iuxta eius oppidi ruinas.* Consuegra *enim nūcupatur.*

Caput fluminis Anæ MP.VII] *edūt eadem exemplaria, & vulgati lib. quæ milliaria satis indicant* Laminitanæ vrbis *solum. Plin. non minus mirabili eloquentia,* Anæ fluminis *ortum, & cursum quam ipse admirandus est, exposuit,* Siquidem, *inquit,* Bæticæ latere Septētrionali prætenditur Lusitania, amne Ana discreta. Ortus hic Laminitano agro citerioris Hispaniæ, & modo se in stagna fundens, modo in angustias resorbens, aut in totum cuniculis cōdens, & sæpius nasci gaudens, in Atlanticum Oceanū effundi tur. *Cui tantum hoc itin. tributum est, vt &* caput *amnis, & eius cursus indicentur.*

Libisosam MP.XIIII] *in Bl.* Liboſosia MP.XIIII. *& in Ne.* Libisosia MP.XIIII. *& in Hier. Pauli libru* Libisonæ MP.XIIII. *& in Lon.* Liboſia MP.xiiij *Pl. in. vetustis etiam exemplarib inter populos, qui* Carthaginē *conuenerāt* Libisosona *cognomine* Foro augustana *cōmemoratur. Ptole. in* Oretanis *proxime ad veri nominis scripturā accedit* λιβισόχα *pro* λιβισόCα, *quemadmodum vir magni ingenij, & insignis eruditionis, Frias Alborno zius scribendū ex vetusto monumento admonuit: hodieq; eius ruinas extare in oppiduli agro quod* Lebazuza *cognominatur.* Alborno zius.

Saltici MP.XV] *Habet Bland. exemplar & Nea.* Saltici MP.XII *Hier Pauli libri* Saltici MP.XVI. *& Longolíani* Saltici MP.XV *&* XVI.

corri-

corrigitur. Idem videtur oppidum esse, quod à Ptolemæo in Oretanis *iuxta* Libisolam σάλικα nūcupatur; *vt in alterutro mendum irrepserit.*

Ad Puteal MP. XXXII.] *In Blandiniano exemplari, & Longolianis libris* Ad putea MP. XXXII. *In Neapolitano* A putea MP. XVI. *& in Hieronymi Pauli libris,* A puteæ MP. XXXII. *quare* ad Puteal *substitui.*

Valepongam MP. XL.] *in Blandiniano, & Longoliano* Valeponga MP. XL. *& in Neapolitano* Valebiniga MP. XXXII. *Hieron. Pauli libris.* Valle longe XL.

Caras MP. XX.] *In Blandiniano, & Longolianis libris, & Hier. Pauli* Carę MP. XX. *& in Neapol.* Care MP. XVI.

Sermonem MP. VIIII.] *In Blandiniano* Sermonę MP. VIIII. *& in Neapolitano* Sermone MP. XX. *Hieronymi Pauli libri,* Serinone MP. XXIX. *& Longoliani* Sermonem MP. XIIII. *&* XVIIII *corrigitur. Ego suspicor huius mansionis nomen corruptum fuisse,* & Ad molem *legendum esse: exstat enim* Moles *hoc itinere, vetusti, & magnifici operis supra* Cęsaraugustam, *ad* XVIII. MP. *quæ oppido nomen dedit, ad* Orbę *amnis ripas, cuius substructionibus, & munitione, ac mole vastissimorum lapidum, fons incredibili magnitudine* riuo dare nomen idoneus, *vt est apud poetam, ab* Orba *amne disiungitur, ne eius inundationibus obrui possit, cuius fontis aqua* Cęsaraugustanum *agrum rigant.*

Cęsaraugustam MP. XVIIII.] *In Blandiniano* MP. XXXVIII. *& Neapolitano* MP. XVIIII *Hieron.*

Pau-

Pauli libri MP.XXVIII. *& Longoliani* MP.XXXVIII. *& XVIII. corrigitur: mihi præferenda visa est Neapolitani exemplaris lectio, tametsi cum summa numeris non congruit.*

Palantiam MP.XIIII] *Plinius* in Vaccæorum ciuitatibus Palantinos *recenset: ita enim in vetustis exemplarib. legitur, nõ* Pallantinis. *Ptolemæo item in* Vaccæis, Palantia. *Iulius Frontinus de limitib. agrorum*: Sicut in Lusitania Salmanticẽsib. aut in Hispania citeriore Palatinis: *pro* Palantinis *Ab ea vrbe* Palantini campi *Orosio dicti, tametsi in vetusto codice* Palentini *legitur, qui item* Gothici *nuncupati, quæ nunc* regio Camporum *dicta. Apud Strabonem corruptè legitur* Aruactorum *oppidum esse, pro* Vaccæorum. τῶν δ' ἀρευακτῶν ἐστι καὶ στγιδα πόλις. καὶ παλλαντία: *nam statim ab eodem auctore* Vaccæorũ *fit mentio.*

Plinij lectio, & Iulij Frõtini, restituta.

Strabo emendatus

Viminacium MP.XXXI.] *In manuscriptis, & vulgatis* Viminatio MP.XXXI. *Ptolemæo item in* Vaccæis οὐιμινάκιον.

Lacobrigam MP.XV.] *In manuscriptis, & vulgatis* Lacobrica MP.X. *& infra in eisdem* MP.XV. *Plinio in* Vaccæorum *ciuitatibus* XVIII. *nominantur*. Intercatienses, Palantini, Lacobrigenses, Caucenses; *& Ptolemæo item in* Vaccæorum *regione* λακοβρίγα.

Pag. 102.

Deobrigam MP.XV] *In Blandiniano* Dessobrica MP.XV. *& infra* Deobrica. *In Neapolitano* Desobrica MP.XV. *& infra* Deobrica. *In libris Hier. Pauli* Dertobricæ MP.XV. *& infra itidem refertur* Deobrica. *Ptolemæo in* Autrigonibus δεοβρίγα.

De Antonini loco disputatũ.

δεοβρίγα. *Sed illud aduertendum, hanc mansionem in alienum locum emigrasse, si* Ptolemæo *fides habenda est; cui maximam esse tribuendam nemo inficias ierit.* Nam *cum* Deobriga *hoc itinere* Lacobrigæ *succedat,* Vaccæorum *oppido: &* Deobricula *quæ postea* Segisamonem *consequitur, à* Ptolemæo Murbogis *tribuatur, qui* Turmodigi Plinio *nominantur, & sub* Vaccæis *&* Cantabris *ad Occidentem pertinent, & vltra eos item ad Occidentem vergant* Autrigones, *in quorum regione à* Ptolemæo Deobriga *constituitur, manifeste consequens est,* Deobrigam *extra suum locum in alienum esse substitutam. Adde quod ex eodem Antonino, id verum esse liquido admonemur Nam in itinere, quod infra proponitur, ex* Hispanijs in Aquitaniam, ab Asturica Burdigalam, *non* Deobriculam *modo* Deobriga *consequitur, sed* Tritium *&* Virouescam, *quæ* Autrigonum *itidem vrbs est: quare ego contenderim* Deobrigã *hoc itinere ab hoc loco amoliendam, & post* Virouescam *substituendam necessariò: quamobrem asteriscũ id signauimus.*

Segisamonem MP.XV] *Manuscripta, & vulgati libri* Legisamone *hoc loco, & infra alio itinere præferunt.* Plinius *in* Turmodigis, *qui ab oriente* Vaccæos *attingunt* Segisamonenses, *&* Segisamauilienses *connumerat.* Segisama *verò* Iulia *à* Ptolemæo *in* Vaccæis *conlocatur: & in* Marbogis, *quos eosdem esse agnoscimus, qui* Turmodigi Plinio; *corrupte* σετισαχομ *pro* σεγισάμον *legitur,* Γ, *in* Τ *conuersa, &* μ. *in* κ, *quod vt ita euenerit credam, efficit, quod* Deobrigulæ *eodem pacto coniungitur, atque hoc Itinerario* Segisamõ

Ptolemæi locus restitutus.

Deobriculæ: *Et vetuſtus interpres* Egiſamũ, *aut* Aegiſamum *vertit, vt nulli dubiũ eſſe poſsit, quin* στγισάμον *ſit legendum, alioqui* Segiſãmonis *à* Ptolemæo *facta mentio non erit, cuius &* Plinius, *& Antoninus meminerint*, Deobricula *verò in* Murbogis, *à* Ptolemæo δεοβρυγδλα *nominatur, & in vetuſto exemplari Blandiniano* Deobricula MP. XV. *In Neapolitano* Deobrica MP. XXI: *& in libris Hier.* Pauli Deobricæ MP. XXI. *Lon. lib.* Deobricula MP. XV. *&* Deobrica *corrigitur.*

TRITIŨ MP. XXI.] *Supra monuimus duplex fuiſſe* Tritium, Metali *cognomine, quod in* Beronibus *cum* Varia *à* Ptolemæo *conlocatur, & item ab Antonino: alterius* Tuborici *cognomine,* Plinius, *vt memorauimus, in* Autrigonis *cum* Virouesca *adiuncti, meminit, quæ oppida item adiunguntur hoc itinere: &* à Ptolemæo βεργεστκα *pro* δυιρο- *Ptolemæi*
δεσα Autrigonis *attribuitur, &* Tritium Tuboricum, Vardulis: *quod mirum videri nõ debet, quod earum regionum continentes termini ſunt; ab interprete antiquo Geographiæ* Ptolemæi, Virdubeſca *vertitur. In vetuſtis exemplaribus Antonini, & libris vulgatis hoc loco,* Virouenna *præfertur, cum infrà in eúdem* Virouesca *legatur, ab hac mã ſione, vti ſupra admonuimus,* Deobrigam *libenter adnectere, quod aſteriſcis miniaciis deſignauimus.* *locus.*

Atiliana MP. XXX.] *Vetuſta exemplaria, & libri vulgati* Atiliana MP. XXX. *præferunt: ac mihi venit in mentem oppidum deſignari, cuius iuxta* Sadauam *exſtare viſuntur monumenta præ-* *Atiliagẽſi.*
clara, ac magnifica ſepulcrorũ Atiliæ *gentis: ipſæ enim familiæ ſuæ quaſi ornamenta, & monumenta ſeruare conſueuerũt, & ad vsũ, vt Cic. inquit, ſi quis*

eiusdem generis occidisset, & ad memoriam laudum domesticarum, & ad nobilitatem suam illustrandam. Sepulcrorum præterea Sanctitas, vti idem docet Cicero, in p/o solo est: & sepulcra fieri sanctiora vetustate. Exstat enim grandis moles, extructa quadrato lapide & opere magnifico, atque hexastylo, maxime digno, quod hac pagina depingeretur: in quo hæ inscriptiones insculptæ sunt.

C. ATILIO L.F. QVIRINA GENIALI
ATILIA FESTA AVO.

L. ATILIO C. F. QVIRINA FESTO
ATILIA FESTA PATRI OPTIMO.

ATILIA L.F. FESTA. ET SIBI
SE VIVA FECIT.

Vt mirum non sit ad hæc monumenta oppidum constructum, aut mansionem fuisse & Atiliana monumenta esse nuncupata

Barbariana MP. XXXII] *Habent Blandinianum exemplar & Longolianus libri. In Neapolitano* MP.XXXI. *libri Hier. Pauli* Barbarianæ MP.XXXI.

Graccurrim MP. XXXII] *In Blandiniano exemplari* Craccaris MP.XXXII *& Neap.* Craculis MP.XXXII. *Hier. Pauli libri* Craculis XXXII. *& Longolianus* Craccuris MP.XXXij *&* Croaculis *corrigitur. Plinius latinorum veterum* Cascantenses, Ergauicenses, & Graccuritanos, Cæsarauguſtanum *conuentum adire perhibet. Ptolemæo in* Vasconum *regione* γρακχουρις. A Tiberio Graccho, *Gracchorum parente Hispaniensi lingua nomen compositum fuisse ex Epitome*

Liuiæ

Liuiana xli. adparet. Ti. *inquit,* Sempronius Gracchus pro consule Celtiberos victos in deditionem accepit: monumentumque operum suorum Graccurrim oppidum in Hispania constituit. Graccurrim *verò scribi debere complures ærei nummi testãtur, & ex pluribus, qui à me amicis vetustatis amatoribus condonati sunt, vnus remansit, cũ hac inscriptione:* TI. CAESAR DIVI AVG. F AVGVSTVS. *& in auersa parte* tauri *effigies visitur, quæ municipijs addi solet, & inter tauri cornua* Deltoton *hac figura*



Quæ figura mitræ est, qua victimæ mactandæ ornabantur. Festus in Infulæ *& Virgil. Georg. li. iii. de hostia: Lanea dum niuea circundatur infula vitta. &c. & infra tauri pedes,* GRACCVRRIS. *Strabo perhibet, Polybium prodere* CCC *Celtiberorum vrbes à* Ti Graccho *esse subuersas, quod ritu comico in Ti. Gracchi gratiam dictum intelligi vult ab auctore, qui* turres, vrbes *adpellarit, vt in triũphalib põpis fieri consueuisset Merito ergo in ipso cõspectu* Celtiberiæ, *&* Turriasonis, *celeberrimæ vrbis eius regionis, ea monumenta extra* Celtiberiam *constituta sunt in* Vasconum *regione, ad ipsa regionum confinia, quam vrbem Festus Pompeius primo* Graccurrim Hiberæ regionis vrbem denominatam *docet* Ilurci.

Gallicum MP. XV]*præferunt & vetusta exẽplaria, & vulgati libri.* Ad Gallicum flumen *eã mansionem fuisse eo loco, quo nunc oppidum* Zuera *constitutum est, ipsa res & milliarium summæ admonent: in cuius oppidi agro, vetustorum pauimentorum vestigia visuntur. Is fluuius nomen retinuit, flu-* Gallicus

qui Gallego *nominatur, cui iure merito vetustas* Gallici *cognomentum tribuit, quod summo transcensu Pyrenæo supra oppidum, cui* Salientis *nomen inditum est, in terra ipsa* Gallia *oritur.*

Bortinam MP.XVIII] *In Blandiniano* Bortinæ MP.XVIII *& in Neapolitano* Bostinæ MP.XVIII *& in libris Hieronym. Pauli* Bostine XVIII. *Longolíani* Bortinæ MP.XVIII. *Ptolemæo in* Ilergetibus *iuxta* Oscam *vrbem, quemadmodum hoc continetur Itinerario,* βϑρίνα *quæ nunc ad* Almudeuar *oppidum, sua ostentat vestigia, & viæ erutæ substructiones visuntur, magno errore doctissimi cuiusdam viri, qui* Barbastri *residens, anno* MDXLVII. *cum Philippus principum maximus, & tum Iuuentutis princeps, Conuentibus horum regnorum* Montione *præsideret* Burtinam, Barbastrum *esse, sibi persuaserat.*

Caum MP.XVIIII] *præfert Blandinianum exemplar. In Neapol.* Caum MP.XXIX. *& in Hier. Pauli libris* Caum MP.XXVIIII. *atque in Longolianis,* Caum MP.XVIII. *&* Caum MP.XXVIII *corrigitur: cuius mansionis nulla in reliquis auctoribus vestigia reperi, nec* Mendiculeiæ, *quæ eam consequitur.*

Ilerdam MP.XXII] *præfert Blandinianum exemplar auferendi casu. In Neapolitano* MP.XXVI. *& in libris Hieronymi Pauli* Ilerdæ MP.XXVI.

Tarraconem MP.XVII] *In Blandiniano* MP.XVII. *& in Neapolitano & Hiero. Pauli libris* Tarracone MP.XVIII. *& in Longolianus* MP.XVII. *&* XVIII. *corrigitur: cum haud dubiè*

MPX-

MP.XVII *sit legendum, quando præcedens mansio indicat, ad eam* Tarracone XVII MP. *intereſſe.*

Forum Gallorum MP.XXX] *Cum hoc iter recta* Cæſarauguſta Beneharnum *ducatur, itinere ad dextram* Olcam *verſus relicto; manifeſtè adparet, oppidum nunc* Gurream *nuncupatum ad* Gallici *fluminis ripas,* Forum *fuiſſe* Gallorum.

Ebellinum MP XXII] *Eadem coniectura mihi perſuadeo* Ebellinum *oppidum*, Aierbij *nunc nuncupati oppidi ſolo fuiſſe conſtitutum, ac mirum videtur hoc itinere* Iaccæ vrbis, *vt adparet vetuſta, nullam fieri mentionem, cum recta ea regione hoc iter ad* Pyrenæi ſaltum *ducatur: & Plinius* Iacetanorum Vaſconum *regione meminerit: ita enim legendum non* Lacetanos: *quorum regio magna populorum frequentia inſignis, ad Pyrenæi radices verſus Orientem ſolem, longo terrarum ſpatio continetur, &* Ilergetes *magnum terrarum tractum inter* Vaſcones, *quibus* Iacca vrbs *continebatur, &* Lacetanos *occupent: Ptolemæo etenim in* Vaſconum *regione* Ιαχκὰ *conlocatur.*

Summum Pyrenæum MP.XXIIII] Ad D. Chriſtinæ *in vetuſtis rerum Aragonenſium monumentis hoc itinere,* Pyrenæi ſaltus, Summus portus *nuncupatur.*

Forum ligneum MP.V] *Blandiniano, & Hier. Pauli & Longol. libris,* Foro ligneo MP.V. *& in Neapolitano* Foro ligneo MP.XX.

Aſpallucam MPVII] *In Blandiniano, & libris Longolianis,* Aſpalluca MP VII. *& in Neapolitano* Aſpa Luca MP. VII. *& in libris Hier.*

Pauli Aſpaluca VII. *Extant veſtigia nominis huius manſionis trans Pyrenæum in* Aquitaniæ *oppido quod incolæ & noſtri* Aſpam *vocãt, à quo ipſa Py*renęorum *iuga in ea regione* Aſpæ ſaltus, ac mõtes *nuncupantur. Rodericus Antiſtes Toletanus* de rebus geſtis in Hiſpania, Aſpæ & Secolæ *meminit libro quarto capite decimo.*

Iluronem MP.XII] *in Blandiniano, & Longolianis libris* Ilurone MP.XII. *Hieronymi Pauli* Iluronæ XII *& in Neapolitano exemplari* Nurone MP.xij. *Huius itidem oppidi nominis veſtigia manſere, oppido, quod* Oloronem *nominamus.*

Beneharnum MP.XII *in manuſcriptis exemplaribus, & in Longolianis libris, nomẽ huius oppidi adſpiratur: & ea regio* Beneharni *nomen magnarum terrarum tractu retinet, qui Principibus* Beneharnenſibus *ſubijciebatur: oppidi vero nomen apud auctores, hoc excepto loco, nullum exſtare video, niſi apud Gregorium Turonenſem. Libro enim ix. apud eum auctorem ita legitur.* De ciuitatibus vero hoc eſt Burdegala, Lemouica, Cadurco, Benarno & Begorra, quas Gaileſuindam germana dominæ Brunihildis tam in dote, quam in morgonegiba. hoc eſt matutinali dono in Franciam venientem, certum eſt adquiſiſſe. &c.

Beneharnum.

Pag. 103. Vindeleiam MP. XII] *in manuſcriptis* Vindeleia *& in Hieronymi Pauli libru* Vindeleiæ MP.XII. *& in Longolianis* Vindelegia MP.XII *Ptolemæo in* Autrigonibus *vna cum* Deobriga οὐενδέλεια.

Beleiam MP.XV] *Manuſcripta exemplaria*

&

& vulgati libri Longoliani Beleia MP.XV *praferunt: in libris Hier. Pauli* Beleæ MP.XV *Ptolemæo in* Caristis *qui finitimi* Autrigonibus *sunt* οὐελία Suissatium MPVII] *In manuscriptis* Suissatio MP.VII. *& in libris Hieronymi Pauli* Suisatio VII *& in Longolianis* Suissatio MP.XIII. *&* Duissatio VII. *corrigitur. Mihi dubium non est quin id oppidum sit, quod Ptolemæo in eisdem* Caristis *vna cum oppido* Velia *constituitur* σύεσσιον Tullonium MP.XII.] *In Blandiniano* Tullonio MP.VII *& in Neapolita.* Tullonio MP VI *atque itidem in libris Hiero. Pauli. Longoliani* Tullonio MPVII *&* VI. *corrigitur. A Ptol. in* Vardulis *quemadmodum hoc ipso Itinerario adiunguntur* τυλλόνιον *&* ἄλβα. Tullonium *enim vertit antiquus interpres, non* Tulonium.

Aracælim MP.XXI] *In Bl.* Aracæli MPXXI *& in Nea.* Arocoli MPXXI *Hiero. Paul lib.* Aracoli MPXXI *& Lon.* Araceli MP.XXI *&* Aracoli *corrigitur. Plinius* Arocelitanos stipendiarios Cæsarauguſtano conuentui *attribuit. Forte ea regione sistebatur, qua nunc in* Nauarræ *regno oppidum* Araciel, *inter* Coreliam, *&* Pharum.

Alantonem MP.XVI] *In manuscriptis & vulgatis* Alantone MPXVI *cuius mansionis vestigia nulla reperi, cum* Pompelon *tam prope eam consequatur, quam Strabo itidem, atque Plinius ac Ptolemæus, in regione* Vasconum *conlocat: ac veluti* Pompeiopolim *dictam perhibet. Plinius* Pompeium Magnum trophæis suis, quæ statuebat in Pyrenæo, DCCCLXXVI oppida ab Alpi-

bus ad fines Hiſpaniæ vlterioris in ditionem
à ſe redacta, teſtatum fuiſſe *perhibet: quæ verb*
iterum ab eodem auctore libro vij. repetuntur.

Turiſſam MP.XXII] *In manuſcriptis* Turiſ
ſa MP.XXI (.*& in Hi. Pauli libris* Turiſiæ MP
XXII *Long.* Turiſſa MP.XXV. *&* XXII. *corri*
gitur. Pli. in vulgatis, Iturienſes *recenſentur, cum*
vetuſta exemplaria Lurienſes *præferant, &* eo
Ilumberitani *conſequantur: Ptolemæo primari*
regionis Vaſcitaniæ *ἐπιφάνεια conſtituitur.*

Imum Pyrenæum MP. V] *Manuſcripta ex*
emplaria, & libri peruulgati, Imo Pyrenæo M
V. *præferunt: quæ manſio iuſti oppidi nomen ſuſtine*
iſſe videtur. Concilio Toletano viij. cum Donus I
piſcopus Imopyrenæus *ſubſcripſiſſe in eo traditur*
Nunc oppidum eſſe D. Ioannis *nomine clarum vi*
detur. pedis portus *cognomento.*

Aquas Tarbellicas MP. XXXVIIII] I
Bland. aquis Terrebellicis MP.XXXVIII. &
Neapolitano Aquis Terrebellicis MP XVIII
Libri Hier. Pauli Aquis Terrebellicis XIX. e
Longolitani Aquis Terebelicis MP.XXXVIII. e
XVIII. *corrigitur. Strabo* Tarbellos, Narboner
ſem *ſinum incolere perhibet, & eorum* aurari
celebrat. Plinius in Aquitania Tarbellos, qua
tuor ſignanorum *cognomine, recenſet. Idem au*
ctor de Aquis Tarbellicis, *libro xxxi.* Emican
inquit, benigne, paſſimque in plurimis terr
alibi frigidæ, alibi calidæ, alibi iunctæ, ſicuti
Tarbellis, Aquitanica gente, & in Pyrenæ
montibus, tenui interuallo diſcernente. Ta
bellos *Ptolemæus ad* Pyrenæum *uſq; pertine*
mem

memorat, & eorum ab eo, vrbs Aquarum Augustarum *nomine celebratur.*

Moſconnum MP. XVI] *præferunt Blandinianum exemplar, & libri Longoliani. In Neapolitano* Moſtomium MP. XVI. *& in libris Hier. Pauli,* Moſconum XVI.

Boios MP. VII] *Habet Blandinianum exemplar. Neapolitanum* Boſos MP. XII. *Hier. Pauli libri,* Boſos MP. VII. *& Longoliani* Boios MP. VII. *&* Boſos *corrigitur.*

Aquas Conuenarum MP. VIII] *in Blandi-* Pag. 104.
niano, & Neapolitano Aquis Conuenarum MP. VIII. *In libris Longolianis* MP. VIII. *&* XVIII. *corrigitur. Strabo harum* aquarum, *&* Lugduni Conuenarum *vrbis mentionem fecit, &* Oneſiorum aquas calidas *vocat.*

Lugudunum MP. XVI] *præferunt manuſcripta exemplaria, quæ lectio mihi placet, vt id oppidum à* Lugduno Lugdunenſis Galliæ, *quæ à Ptolemæo ἐπίσημος μητρόπολις nuncupatur, diſtinguamus. Eius, vt ſupra monuimus, &* Conuenarum *regionis, &* Lugduni *oppidi Strabo memimit. Plinius,* in oppidum contributos Conuenas *memorat: & Ptolemæus oppidum regionis nomine vitiato, in fine enim* Aquitaniæ *prouinciæ: ita legitur* συναπτόντες δὲ τῇ πυρήνῃ κοκοσοῖ καὶ πόλις λουγδοῦνον, *aut* κοτοῦνοι

De Aquitania in Gallias] Aquitaniæ prouinciæ *nomen extra* Gallias *cenſeri, Ruſi Feſti Breuiario & ab auctore Notitiæ prouinciarum Romani imperij admonemur. A Ruſo*

Feſto, xviij. prouinciæ, cum Aquitaniæ & Britannię prouinciis numerantur, & in Notitia xvij. Viennenſes, Narbonenſes, Belgicæ & Lugdunenſes Galliæ *nuncupabantur & præter eas* Aquitania prima, *&* Aquitania ſecunda *cognominabantur.*

MP.CCLXXIIII] *In Blandiniano* MP.LXXIIII. *& in Neapolitano* MP.CCLXIIII *Longolianum exemplar, quod ferme Blandiniani veſtigiis inſiſtere videtur,* MP.LXXIIII. *&* CCLXIIII *corrigitur: quam ſummam manſionum numeri ſuperant.*

Blauutum MP.XVIIII] *In Bl.* Blauuto MP.XVIIII. *& in Nea.* Blauto MP.XVIIIj. *Longol. libri* Blaunto MP.XVIIIj.

Nouioregum MP.XII] *præferunt manuſcripta exemplaria, & libr. Long. quam lectionem minime reijciendam arbitror, tametſi id oppidum deſignari arbitror, quod Ptolemæo in Biturigibus, qui* Vibiſci *cognominabantur,* νοβιόμαγος *nominatur vna cum* Burdigala.

Mediolanum Santonum M.P.XV] *Strab.* Mediolanum Santonum *vrbẽ ad Oceanum vergentem inter* Aquitanas *maxima ex parte arenoſam, & agro tenui ex ex milio alimoniam captari auctor eſt. Ptolemæus itidem* Santonum *vrbem* μεδιολάνιον *recenſet.*

Aunedonnacum MP.XVI] *In Blandiniano* Aunedunnacam MP.XVI *& in Neapolitano* Aundonacum MP.XVI. *In Longol. libris* Anedonnacum MP.XVI.

Limonum MP.XXI] *In Bland. & libris Long.*

Long. Lomonum MP.XXI. *& in Neapolitano* Lomounum MP.XXI. *Huius oppidi nomen in Commentario Gallico A. Hirtij ter detortum, ac deprauatum apparet: quod à nemine animaduersum fuisse ad hanc diem, quod sciam, ope manuscriptorū exemplarium, mirum videri debet. Ita enim legendum est:* C. Caninius legatus, cum magnam multitudinem hostium in fines Pictonum litteris nuntijsque Duracij cognouisset, qui perpetua amicitia manserat Romanorum, quod pars quædam ciuitatis eius defecisset, ad oppidum Limonum contendit. *Et paulo post*, quo cum aduentaret, atque ex captiuis certius cognosceret, multis hominum millibus à Dumnaco duce Andium Duracium clausum, Limonum oppugnari *&c. Et paulo inferius* Rursus ad obsidendum Limonum redit. *Quibus in locis in vulgatis libris, pro ea voce* Limonum, Lemouicum *legitur: cum vetusta exemplaria & vetusti libri Florentiæ excusi* Lemonum, *&* Lunonem, *aut* Limonem *præferunt. Meminit eius oppidi Ptolemæus, nam ab eo in* Pictonibus, λιμωνομ *conlocatur: &* Pictauium *esse à posteris dictum, Christophorus Longolius est auctor, & doctissimus, & omnium quos priora sæcula ante mille, &* CC. *annos tulerunt, eloquentissimus. Oratione enim priore suarum defensionum, ita inquit.* Tenebar tum quidem adhuc, earum quæ dicendi, disputandique rationem traderent, disciplinarum studio: verum arbitratus me nullum nō exilem, ex earum cognitione fructum esse percepturum, nisi iuris etiam vestri pruden-

A. Hirtij Comment. Gallici restituti.

Christoph. Long. Belgæ laus.

tia animum excolerem contuli me Liminum Pictonum, Aquitaniæ vrbem, neq; ſtudioſæ iuuentutis multitudine incelebrem, neque Pontificij ciuiliſque iuris interpretum doctrina inter eas quidem gentes ignobilem. *Et alibi eâdem, & poſteriore* perduellionis *Oratione* Limini *fit ab eo mentio.*

Pag.105. Deccidas MP. XXII.] *In Blandiniano* Deccidæ MP. XXII. *& in Neapolitano,* Decude MP. XXII. *Longoliani libri,* Decide MPXXII *&* Decude *corrigitur.*

Vſſubium MP. XX] *Habet Blandinianum exemplar, & libri Longoliani. In Neapolitano exemplari* Vſubium MP. XX. *legitur.*

Traiectum MP. XXI] *In Blandiniano* Trauectus MP. XXI. *legitur. Neapolitanum & libri Longoliani,* Traiectus MP. XXI. Traiectus *hic* Ligeris *amnis videtur.*

Veſunnam MP. XVIII] *In Blandiniano, & libris Longolianis,* Veſunna MP. XVIII. *& in Neapolitano,* Veſunnam MP. XVIII. *Ptolemæo* Petrocoriorum *vrbs* οὐέσουνα.

Auguſtoritum MP. XXVIII] *Legitur in Blandiniano, & vetuſta manu* Auguſtoretum *corrigitur. In Neapolitano* Auguſtorium MP. XXI. *& ſtatim* Auguſtoritum MP. XXVIII. Finium *manſione prætermiſſa: & Longoliani libri* Fines Auguſtoricum MP. XXI. & Auguſtoretum MP. XXVIII. *præferunt, Ptolemæo vna cum* Limono *in* Pictonibus αὐγουϛόριτον.

MP.

MP.LXV] *Præferunt manuscripta exemplaria, & libri Longolliani, nec vllius mansionum numeri cum summa conueniunt.*

Lacturam MPXV] *In Blandiniano & libris Longolianis* Lactura MP.XV.: *& in Neapol.* Iactura MP.XV.

Climberrum MP. XV] *præfert Blandinianũ exemplar. In Neapolitano* Climbrum MP.XV. *Longoliani libri*, Climberrum MP.XV. *&* Climbrum *corrigitur.*

Belsinum MP.XV.] *In Blandiniano* Belsino MP.XV. *& in Neapolitano* Belsino MP.X. *Longoliani libri* Belsino MP. XV. *&* X. *corrigitur.*

Iter Britanniarum.] Britannia *nondum in formam Prouinciæ redacta, cum ipsi* Albion *nomen fuisset, Insulæ omnes versus Septentrionem* Britanniæ *vocabantur, vti Plinius commemorat.* Britanniæ. *Eo more apud Valerium Catullum in Cæsarem:*

Hunc Galliæ timent, timent Britanniæ.

At Britannia *Insula subacta, in ea Prouinciæ tres à Rufo Festo numerantur*, Maxima Cæsariensis, Britannia prima *&* Britannia secunda, *quas* Britanniarum *nomine hoc Antonini loco intelligi, dubium mihi est: tametsi verisimile sit, eo iam tempore in aliquot prouincias fuisse diuisam. Posteriore verò tempore auctor* Notitiæ Prouinciarum *quinque prouincias* Britanniæ *numerat*: Maximam Cæsariensem, Valentinam, Britanniam primã, Britanniã secũdã, *&* Flauiã Cæsariensem. *Pli. ratione miliarium longi-*

longitudinis, & latitudinis, Britanniam *dimetitur, & non Prouinciarum: & Ptolemæus laterum eius insulæ dimensiones colligit.*

A Gessoriaco de Gallijs Ritupas.] *In Blādiniano.* A Gessoriam de Gallijs Ritupis *In Neapolitano* à Gessoriaco de Gallis Ritupis: *& in Long libro*, à Gessoria de Gallijs Ritupis *Ptol. in* Atrebatijs ῥοῦτουπιὰ Rutupiarum portus Britanniæ *Ammianus, libro xx. meminit* Adulta, *inquit*, hieme dux ante dictus Bononiam venit: quæsitisque nauigijs. & omni impositio milite obseruato flatu secundo ventorum, ad Rutupias, sitas, ex aduerso defertur, petitq; Londinum. *Auctor Notitiæ Prouinciarum, sub dispositione v. s Comitis litoris Saxonici, per* Britanniam *præpositum Leg. II. Augustæ* Rutupis *recenset In Itinerario maritimo, in Regio exemplari, quod integrum extat, & mihi instar est complurium, & in Blandiniano* portus Ritupius *vocatur: vt non dubitem* Ritupas *scribere, non* Rutupas

Stadia ñ CCCCL.] *Manuscripta exemplaria, & vulgati libri* Stadia numero CCCCL. *Cæsar Commentario IV.* ipse cum omnibus copijs in Morinos proficiscitur, quòd inde erat breuissimus in Britanniam traiectus. *Plinius de Britannia*, Hec, *inquit*, abest à Gessoriaco, Morinonum gentis litore proximo traiectu L. M. *Ex quib. verbis, & hac Antonini itinerarij stadiorum ratione, visus est mihi Beda, initio historiæ Ecclesiasticæ sententiam concinnasse: cuius verba adponam, quòd huius itinerarij auctoritas ab eo aperte laudari videatur.* Habet, *inquit*, à meridie Gal-

liam

liam Belgicam, cuius proximum litus transmeantibus aperit ciuitas, quæ dicitur Ruthubi portus, qui portus à gente Anglorum nunc corruptè, Reptaceſtir vocata, interpoſito mari à Geſſoriaco Morinorum gentis litore, proximo traiectu milliarium quinquaginta, ſiue, vt quidam ſcripſere, ſtadiorum quadrigentorum quinquaginta. *Strabo libro IV. Cæſarem perhibet, cum ad* Itium *nauali vſus eſſet, & initis tenebris claſſem aſcendiſſet, poſtridie hora circiter quarta ſtadia CCC ac XX. emenſum applicuiſſe. In Itinerario ad portum* Ritupium CCCCL. ſtadia *aſſignantur.*

A Limite id eſt à Vallo.] *Cum Spartianus in Hadriani vita auctor ſit, murum Hadrianum in* Britannia *per* LXXX. MP. *primum duxiſſe, qui Romanos à Barbaris diuideret, &* Valli *nomine magna munitionum moles à* Septimio Seuero *longius productum fuiſſe; dubium erit quis* limes *hoc Itinerario deſignetur? Ac mihi magis ſit veriſimile* Seueri Vallum *intelligi: quod ſi ita eſſe donemus, auctor huius Itinerarij ætate Imperatoris* Antonini Baſſiani Seueri. F. *opus hoc compoſuiſſe tradetur: & Imperatoris huius* Antonini *titulus erit, non* Antonini Pij. *Nam adeo ſingillatim hoc Itinerario* à Vallo *itinera ducuntur, & ex aliis vrbibus ad* Vallum, *vt ver ſimile non ſit* Valli Hadriani *fieri mentionem, ſed* Seueri: *atque eam ob cauſam auctor huius Itinerarij* Antonini Auguſti Seueri F. *nomine opus edidiſſe videtur. Iulius tamen Capitolinus* Antoninum Pium *auctor eſt* Britannos *per Lollium Vrbicum vicisſe, alio muro ceſpi-*

spatio sublimotis barbaris, ducto. De Vallo Xiphilinus, ex Dione, hæc prodit in Seuero, *Britannorū mores describens:* Οἰκοῦσι δὲ μαιάται πρὸς αὐτῷ τῷ διαλείχματι, ὃ τὴν νῆσον δυχᾶ τέμνει. *Eum itidem murum à* Seuero *erectum atque constructum fuisse, idem Spartianus auctor est.* Britanniã, *inquit*, quod maximum eius imperij decus est, muro per transuersam Insulam ducto, vtrinque ad finem Oceani muniuit, vnde & Britãnici nomen accepit. *Aurelius Victor in Epitomâ historiæ Augustæ, & Eutropius libro viij. in Seuero,* Vallum per XXXII. MP. à mari ad mare deduxisse. *vt Spartianus auctores sunt, si numeri mendo non carent. Nam Eusebius in libello Temporum ita prodit:* Seuerus in Britannos transfert bellum: vbi, vt receptas prouincias ab incursione barbarica faceret securiores, vallum per CXXXII. MP. à mari ad mare duxit. *Orosius, vt Casodorũ omittam, hæc prodidit* Seuerus victor in Britanniam, defectu pene omnium sociorum trahitur: vbi magnis grauibusq; prælijs sæpè gestis receptam partem Insulæ à ceteris indomitis gentibus, vallo distinguendam putauit. Itaq; magnam fossam, firmissimumq; vallum, crebris insuper turribus munitum per CXXXII. MP. à mari ad mare duxit: ibique apud oppidum Eboracum morbo obijt. *In Notitia Prouinciarum Tribuni cohortium per lineam* Valli *recensentur. Eo Vallo* Picti, *& regiones reliquæ; quibus* Scotiæ *regnum continetur.*

A Bremenio Corstopilum MP. XX.] *habent Blandinianum exemplar, & libri Longoliani.*

In

In Neapolitano Abremerio Conſtropitum xx Bremenium *oppidum in* Valli limite *deligi, tamquam certum locum, ex quo uer hoc ducitur.* Corſtopilum *vſque, ratio ipſa docet. Ptolemæo in* Otadenis, *qui ad Meridiem vergunt* βρεμένιον. Corſtopili *verò oppidi, ſiue manſionis primæ, neq; apud veteres auctores, aut recentiores, vllam mentionem reperi.*

Vindomoram MP.VIIII.] *manuſcripta exemplaria, & libri Longolianiin hanc conueniũt, auferendi caſu lectionem, cuius manſionis nullam reperi mentionem.*

Vinouiam MP.XVIIII] *In Blandiniano, & reliquis* Vinouia MP.XVIIII. *Ptolemæo inter ciuitates* Brigantum οὐιννόβιον.

Cataractonem MP.XXII.] *In Blandiniano* Cataractoni MP.XXII. *atque eodem pacto in libris Longolianis. In Neapolitano* Cataractorij MP.XXII. *Ptolemæo itidem in* Brigantibus *iuxta* Vinnouium *conlocatur,* καταράκτονιον. *Beda in fine libri ii. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ,* Cataractę *meminit: &* Cataractonis vici *libro iij. capite xiiij.* Pag. 166.

Iſurium MP.XXIIII] *præferunt manuſcripta exemplaria & Longolianilibri: & infra ſequẽti itinere* Iſuriam. *Ptolemæo in eiſdem* Brigantibus ἰσούριον.

Eboracum Leg. Victrix MP.XVII.] *In Blandiniano* MP.XIIII. *& in ſequenti itinere,* MP.XVII. *qui numerus rectè huius itineris manſionum ſummam conficit. In Neapolitano* MP.XVII. *& in libris Longolianis* XIII. &

& XII. corrigitur, & sequenti itinere MP. XVII. *ab* Isurio Eboracum *adponuntur. Ptolemæo in* Brigantum *regione,* ἐβοράκον, *& illi itidem adiungitur* λεγιὼν Ζ. νικηφόριος.

Deruentonem MP. VII] *In Notitia Prouinciarum sub dispositione Ducis Britanniarum Præfectus numeri* Deruentiensis Deruentione.

Delgouitiam MP. XIII] *In Blandiniano exemplari, & libris Longolianis,* Delgouitia MP. XIII. *& in Neapolitano* Delgnitia MP. XIII *cuius mansionis &* Prætorij, *quo hoc iter deducitur, nullam reperi fieri mentionem*

A Blatobulgio castra exploratorum MP. XII.] *habet Blandinianum exemplar. In Neapolitano* MP. X. *& in libris Longolianis* MP XV. *& X. corrigitur. Rursus mansione certa ad* Valli *limitem constituta, hoc est, à* Blatobulgio Ritupas *vsque portum, iter hoc proponitur vt prima mansio à* Blatobulgio castris Exploratorum *conlocetur: quarum mansionum fieri mentionem ab alijs auctoribus non video.*

Luguuallum MP. XII] *In Blandiniano, & Longol. libris* Luguuallo MP. XII. *& in Neapol.* Lugufallo MP. XII *quæ nomina alibi extare nõ video.*

Voredam MP. XIIII] *In Bland.* Voreda MP. xiiij. *atque item in alijs.*

Brouonacim MP. XIII] *In manuscriptis & libris Longolianis* Brouonacis MP. XIII *In Notitia prouinciarum sub eodem duce Britanniarũ Præfectus numeri defensorum* Brauoniaco. *qui locus ad hanc mansionem pertinere videtur.*

Ver-

Verterim MP.XIII] *In Blandiniano* Verteris MP.XIII. *& in Neapolitano* Verteris MP.XX. *Longoliani libri* Verteris MP. XIII. *&* XX. *corrigitur. Sub dispositione eiusdem Ducis Britanniar. Praefectus numeri Directorum* Verteris: *ita enim in vetusto exemplari meo legitur, non* veterum, *quemadmodum in vulgatis praefertur.* *Locus Notitiae restitutus.*

Lauatrim MP. XIIII] *In manuscriptis exemplaribus, & Longolianis libris* Lauatris MP.XIIII. *In eadem Notitia Praefectus numeri exploratorum* Lauatres.

Cataractonem MP. XIII] *In Blandiniano* Cataractone MP.XIII: *& in Neapolitano* MP.XVI. *In Longolianis libris,* MP.XIII. *&* XVI. *corrigitur: & infra in Blandiniano* Cataractone Lauatrim MP.XVIII. *tribuuntur.*

Camulodunum MP. XX] Camboduno *praeferunt manuscripti, & Longoliani libri.* Camboduni *in* Britanniarum *regionibus, neq; à Ptolemaeo, neq; ab auctore Notitiae fit mentio. Ptolemaeo in* Brigantibus καμβλόδυνον, *& in* Trinouantibus, καμβδόλανον. Trinouantium Camuloduni. *Tacitus meminit, libro xiiij. & recens* Coloniam *deductam fuisse.*

Mamucium MP. XVIII] *In Blandiniano* Mamucio MP.XVIII *& in Neapolitano* Mamutio MP. XVIII. *& in libris Longolianis* Manutio MP.XVIII.

Condate MP.XVIII] *Praeferunt manuscripta exemplaria, & libri Longoliani: mansionis nomen à nullo, quod sciam, auctorum proditum. Fortasse colonia Gallorum, quae à* Condate, Redonũ *oppido, sit deducta.*

Deuam LEG.XX.victrix MP.XX.] *Ex Blandiniano adposuimus: præfert enim* Deua leg xx.vici MP.XX. *In Neapolitano* Deua legi xxiij.ci. MP.XX. *& in Longolianis libris* Deua Leug.xx. vici MP.XX. *Ptolemæo in* Texalorum *regione*, δηβαvα, *& in* Cornauijs, δηέναvα καὶ λεγιὼμ x νικηφόριος. *vt eadem sit, quæ hoc itinere constituitur, & in alterutro nomine error sit librariorum: Sed cum in nomine* Deua *exemplaria manuscripta Antonini cum vulgatis conueniant, non id reiecimus.*

Bouium MP.X.] *Manuscripta, & Longolani libri* Bouio MP.X.

Mediolanum MP.XX.] *Ptolemæus in* Ordouicibus Mediolanum *vrbem conlocat.*

Rutunium MP. XII] *In Blandiniano exemplari, & libris Longolianis* Rutunio MP. xij. *& in Neapolitano* Rutimio MP.xij.

Viroconium MP.XI] *In manuscriptis* Vrioconio MP.XI. *& in Longol.* Vriconio MP.XI. *infra* Viroconio, *quam lectionem prætulimus, quod à Ptolemæo in* Cornauijs *iuxta* Leg. XX. victricem, οὐιροκόνιομ *statuatur.*

Vxaconam MP.XI] *In Blandiniano* Vxacona MP. XI. *& in Neapolitano* Vioccona MP. XI. *& in libris Longolianis* Vfocona: *& nulli numeri ei mansioni adjiciuntur.*

Pennocrucium MP.XII] *In Blandiniano* Pennocrucio MP.XII. *& in Neapolitano* Penno crutio MP.XII. *Longoliani libri* Peunocrutio *præferunt.*

Etocetum MP. XII] *In Blandiniano* Eto-

reto MP.XII. *& in Longolianis libris.* IN *Neapolitano* Eroceto MP.XII.

Manduesſedum MP.VII] *In Blandiniano* MP.XVI. *In Neapolitano,* MP.XVI. *In Longolianis* MP.VI. *&* XVI. *corrigitur.* Pag.107.

Bennauennam MP. XVII.] *In Blandiniano auferendi caſu* Bennauenna MP. XVII. *& in Neapolitano,* Benauenta MP. XVII. *In libris Longolianis* Bennauenna MP.XVII. *&* Benneuenta *corrigitur.*

Lactodorum MP.XII] *In Blandiniano,* Lactodoro MP.xij. *& in libris Longolianis. In exemplari Neapol.* Lactodrodo MP.xij.

Magiouintum MP. XVII.] *In Blandiniano* Magiouinto MP.XVII. *& in Neapolitano* Maginto MP.XVII. *libri Longolianivtramq; lectionem proponunt.*

Verolamium MP.XII] *In Blandiniano* Verolamio MP.XII. *& in Neapolitano* Velolamio MP.XII. *Longolianilibri Blandinianam lectionem adponunt,&* Velouanio *corrigunt. Ptolemæo in* Catyeuchlanis, *οὐρολάνιορ. Bedæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticælibro primo cap.vij.paſſum fuiſſe Beatum Albinum die x. Kal. Iul. iuxta ciuitatem* Verolamium *perhibet.*

Sulloniacim MP. VIIII] *In Blandiniano* Sulloniacis MP.viiij *& in Longolianis libris. At in exemplari Neapolitano* MP.X.

Londinium MP.XII]*In Blandiniano* Londinio MP.Xij. *& in Neapolitano* Longidinio MP. XII. *& in Longolianis* Londonio MP. XII. *In Taciti manuſcripto exemplari libro* Londinii.

XIIII. *& in Aldinis libris: At Suetonius* Mira constantia medios inter hostes Londinium perrexit *à Ptolemæo in* Cantijs λονδίνιον, *cognomento quidem Coloniæ non insigne, sed copia negotiatorum, & commeatuum maxime celebre. Ammianus libro xx. ad* Rutupias, sitas ex aduerso defertur petitque Londinum. *Et libro xxvij.* tendensque ad Lundonium vetus oppidum, quod Augustam posteritas adpellauit. *Et libro xxviij* ab Augusta profectus, quam veteres adpellauere Lundinium. *Ea enim nominis scripturæ diuersitas, in vno eius historiæ volumine vulgato reperitur.*

Nouiomagum MP. X.] *Ptolemæo in Regnis* Cantijs *finitimis* νοιόμαγος.

Durobriuim MP. VIIII] *In Blandiniano* Duroprouis MP. VIIII. *& proximis duobus itineribus* Durobrius, *&* Durobriuis *præfert idem exemplar. In exemplari Neapolitano* Durobrouis MP. viiij. *& paulo post,* Dubobrius *& in Lõgolianis libris* Duropronis MP. viiij. *& sequentibus itineribus* Dubobrius, *&* Durobriuis.

Durouernum MP. XII] *In Blandiniano* Durouerno MP. xij. *& sequentibus itineribus* Duraruenno. *In Neapolitano* Duroruerno MP. xij. *& infra* Durarueno. *In Longolianis libris* Durouerno MP. xij. *& infra* Duraruenno. *Id oppidum esse videtur, quod in* Cantijs *medium inter* Londinium, *&* Rutupias, *à Ptolemæo* δαρόβερνον *nominatur: nam vetustus interpres* Daruernum *vertit. Beda libro Ecclesiasticæ Historiæ ij. cap. iij. Ciuitatem* Dorouerni *nominat, & à* Cantio

tio *distare* MP. *ferme* xxiiij. *ad Occidentem.* Cantuariam *esse in* Cantio *arbitrantur, qui res gestas earum Prouinciarum inuestigauere.*

Ad Portum Dubris MP.XIIII] *Huius oppidi in Notitia Prouinciarum fit mentio: nam sub dispositione Comitis litoris Saxonici, Præpositus militum Tungritanorum* Dubris, *recensetur.*

Ad portum Lemanis MP.XVI] *In eadem Notitia sub præposito Comitis eiusdem Præpositus numeri Turnacensium* Lemannis, *& in vetusto item exemplari.*

Luguuallum ad Vallum.] *A* Londinio *hoc iter* Luguuallum *duci,* Vallum *versus indicatur: supra enim à* Vallo Luguuallum *diuerticulo* Castrorum exploratorum xxiiij. MP. *designantur.*

Coloniam MP.XXIIII] *Ptolemæo in* Damnijs, κολανία, *quæ haud scio, an huic mansioni sit attribuenda.*

Camboricum MP.XXXV.] *In Blandiniano,* Pag.108. *& Neapolitano* Camborico MP.XXXV. *In Longolianis libris* Camboritum MP.XXXV.

Lindum MP.XXVI] *Ptolemæo in* Damnijs, λίνδορ *& alterum in* Coritauis.

Segelocim MP.XIIII] *In Blandiniano* Segeloci MP.xiiij *& in Neapolitano* Segiloci MP.xiiij *Longoliani* Segeloci MP xiiij. *&* xxiiij. *corrigitur: & infra in eisdem* Agelocum *nominat.*

Danum MP.XXI] *Apud Ptolemæum in* Durotrigibus, δάνιορ, *fortè pro* δάνορ: *nam auctor Notitiæ Prouinciarum huic mansionis nomini adsentit. legitur enim sub Duce Britanniarum Præfe-*

ctus Equitum Crispianorum Dano.

Legeolium MP. XVI] *In Blandiniano* Legeolio MP.XVI. *& in Neapolitano* Legeolio MP.XV. *In Longoliano* Legeolio MP.XVI, *&* XXV. *corrigitur, & infra in eisdem* Lagerium *cognominatur.*

Isubrigantum MP. XVII] *In Blandiniano* Isubrigantum MP.XVII. *& in Neapolitano* Isubrigantium MP. XVI. *Longolianí libri Blandiniani lectionem praferunt, &* XXVI. *corrigitur.*

Verolamum MP. XXI.] *In Blandiniano* Verolami MP.XXI. *& postea* Virolamo: *& item in libris Longolianis. In Neapolitano* Verolami, *&* Verolamo.

Isannauatia MP. XII] *praferunt Blandinianum exemplar, & Longolianí libri. In Neapolitano* Isanauantia MP.XII.

Tripontium MP. XII] *Ptolemæo in* Selgouis, τριμόντιον. *quod haud scio, an ad hanc pertineat mansionem.*

Verometum MP.XIII] *In manuscriptis, & Longolianis libris* Verometo MP. XIII. *& infra in eisdem* Vernemeto.

Margidunum MP. XIII] Margiduni *infra fit mentio, &* Muridani.

Crocolanum MP. VII.] *In manuscriptis, & Longolianis* Crococalani, *& infra* Crococalano: *& à* Lindo *ad eam mansionem* XIIII. MP. *adjiciuntur.*

Pag. 109. Ventam Belgarum MP.X.] *In hoc Itinerario trium huius nominis oppidorum fit mentio, &*

item

item apud Ptolemæum duplicis Ventæ, *cui de hac in* Belgis, *qui* Dobunis *sunt finitimi*, οὐέντα.

Iter à Regno Londinium.] Regni *oppidi mentionem fieri non reperi. At regionis* Regnorum, *qui* Atrebatibus *&* Cantijs *finitimi erant, Ptolemæus meminit: quorum vrbs erat* Nouiomagus, *cuius supra fit hoc Itinerario mentio: quam vrbem hoc itinere intelligi arbitror.*

Calleuam Atrebatum MP.XXII] *In manuscriptis, & Longolianis,* Galleua, *& infra eodem consensu* Calleua. De Atrebatibus, Britannicis *populis fit à Ptolemæo mentio: & corruptè in recentioribus Græcis libris, & in Latinum versis, eorum vrbs nominatur* ναλχδα, *pro* καλεδα: *nam à vetusto interprete* Caleua *vertitur non* Nalcua.

Iter ab Eboraco Londinium] *In Blandiniano,* Iter ab Vburaco: *& in Neapol.* ab Eburaco. *Longoliani Blandinianam lectionem præferunt, &* Eburaco *corrigunt.*

Margidunum MP.XIIII] *In Blandiniano deest hæc mansio, quæ ideo asteriscis signatur. supra* Margiduni *fit mentio. In Neapolitano* Margitudis MP.XIIII. *& item in libris Longolianis.*

Bannauantum MP.XVIIII] *In Blandini.* Bannauanto MP.XVIIII. *& in Neapol.* Bennauento MP.XVIIIj. *& item in libris Longolianis.*

Iter à Venta Icenorum] *Manuscripta & Lõgoliani libri* Icinorum. *Supra* Ventę Belgarum *mentio facta est, cuius & Ptolemæus meminit; altera* Icenorum *hoc Itinerario nominatur,*

Ptolemæi locus expendendus.

& à Ptolemæo secunda Venta Simenorum *vrbs constituitur, qui forte ἰκενοι sunt, non σιμενοι: cum satis constet præpotentem* Icenorum *nationem fuisse. Tacitus libro xij.* quod primi Iceni abnuere valida gens, nec prælijs concussa, quia societatem nostram volentes accesserant. *Et paulo post:* Ceterum clade Icenorum compositi, qui bellum inter & pacem dubitabant. *Nec credibile fuerit, cùm eius gētis à Tacito, & Antonino mētio sit facta, à Ptolemæo fuisse prætermissam, qui tā singillatim regionum, vrbium, oppidorum, fluminum, portuum, æstuariorum, ac promuntoriorum* Britanniæ *mentionem fecerit.*

Sitomagum MP. XXXII] *In Blandiniano* Sitomago MP. XXXII. *& in Neapolitano* Sitomago MP. XXXII. *Longolianilibri Blandiniani lectionem præferunt, &* Sitimago *corrigitur.*

Cambretouium MP. XXII] *In Blandiniano* Cambretouio MP. XXII. *& in Neapolitano* Compretouio MP. XXII. *In libris Longolianis* Cambretonio MP XXII.

Pag. 110. Iter à Clanouenta] *Habet Blandinianum, & & in Neapolitano* a Clamouenta. *In Longolianis libris Blandiniani lectio præfertur, &* Clamouenta *corrigitur. In Notitia Prouinciarum sub dispositione Ducis* Britanniarum, *Tribunus Cohortis primæ Morinorum* Glami banta *recensetur, in vulgatis, & in vetusto exemplari,* Glamubanta: *ac fortè* Clanouenta *legendum erat.*

Galauam MP. XVIII] *In manuscriptis, & Longolianis libris,* Galaua *legitur, cum* Calleuæ

supra

supra, & sequentibus itineribus, exemplarium consensu fit mentio.

Alonem MP.XII] *Manuscripta, & Longolianilibri* Alone MP.XII. *Fortè id oppidum est, cuius auctor Notitiæ Prouinciarum meminit: nam Trib.cohortis iij.Neruiorum* Alione *recensetur.*

Gallacum MP. XVIIII] *præferunt manuscripta: & libri Longoliani* Gallacum MP.XVIIII. *Ptolemæo inter vrbes* Brigantum κάλατορ *fortè ad hanc mansionem pertinet.*

Bremetonacim MP.XXVII] *In Blandiniano,* Bremetonaci MP.XXVII. *& in Neapolitano* Bremetonti MP. XXVII. *In Longolianis* Bremetonaci MP.XXVII *&* XXIIII. *corrigitur. In Notitia Prouinciarum sub Duce* Britannicarum *cuneus armaturarum* Bremetenraco *recensetur, vt haud sciam, an ad hanc pertineat mansionem.*

Coccium MP.XX.] Coccio *præferunt manuscripta exemplaria, & libri Longoliani* Goccio.

Iter à Seguncio Deuam] *In Blandiniano* à Seguncio. *In Neapolitano* à Seguntro. *In libris Longolianis* Segontio: *cuius oppidi mentionem nullam reperio. Cæsari belli Gallici Commentario v. ex* Britanniæ *ciuitatibus memorantur* Segontiaci.

Iter à Muridono Viroconium.] *Supra* Margiduni *fit mentio bis, quæ mansio haud scio an ad hanc pertineat: & vbiq;* Muridonum *sit legendum: nam à Ptolemæo post* Trinobantes *in* Demetis μαρίδυνον: *& infra hoc Itinerario ma-*

nuscripta & vulgati libri Moridano *præferunt.*

Brage MP. XI] *In Blandiniano* Brage MP. XI. *& infra* Brige: *in Neapolitano vtroq; itinere* Brige. *In Long.* Brage *& sequenti itinere* Brige. *Ptol. in* Coritauorũ *Regione* ῥάγε, *vt haud sciam an hanc mansionem respiciat. Beda lib. iij. Ecclesiasticæ Historiæ,* in loco, qui dicitur Brige. *Et paulo post,* Maxime in Brige, & in Cale, & in Andilegum monasterio.

Vindogladiam MP.XII] *In manuscriptis exemplarib. & in Lõgolianis libris* Vindogladia MP.XII. *& infra in eisdem* Vindocladia.

Durnouaria MP.VIII.] *præferunt manuscripta, & Longolianilibri, & infra* Durnonouaria.

Iscadum Nuniorum MP.XV.] *Habet Blandinianum exemplar, & in Neapolitano* Scadum Inminorum MP. XV. *In Longolianis* Scadum Inunciorum MP.XV. & Mumiorum *corrigitur: & vltimo itinere Blandiniani & alij libri* Iscadum Nuniorum: *quam lectionem præferendam esse arbitror.* ἰσχαλὶς *vrbis, in* Belgis *apud Ptolemæum fit mentio.*

Iscam Leg. II. Aug. MP.XXVII] *In Blandiniano* Iscæleia Augusti MP.XXVII. *& in Neapolitano* Iscalegi Augusti MP. XXVIII. *& in Longolianis libris* Iscelegie Augusti MP.XXVII *& prædictione* Augusti, legi *corrigit,* & XXVIII. MP. Legionem II. Augustam *eo loco constitutam indicat, quod & à Ptolemæo definitur, tametsi tanquam duo sint oppida, numeri longitudinis, & latitudinis vtriq; inepte attribuantur.* ἴσκα. λεγιὼν δευτέρα Σεβαστή. *Præterea* Legio II. Augusta

in

in Britannijs *ab auctore Notitiæ Prouinciarum recenſetur, ſub Comite litoris Saxonici per* Britanniam *hoc modo: Præpoſitus* Legionis II. Auguſtæ Rutupis.

Magnim MP. XXII] *In Bland. & reliquis* Magnis MP. XXII. *Sub Duce* Britanniarum *in Notitia Prouinciarum, Præfectus numeri Pacenſum* Magnis *recenſetur, tametſi in manuſcripto, & vulgatis* Magis *legitur: nam infra in eis per lineam* Valli, *Tribunus cohortis* II. *Dalmatarum* Magnis *legitur.*

Viroconium MP. XXVII] Viroconio *habent Blandinianum exempl. & Longoliani libri, &* Neap. Viricomio *ſupra pag.* CVI. Viroconium *adſcribi debere aduertimus, ex hac manſione, & Ptolemæi Geographia.* Pag. III.

Ventam Silurum MP. VIIII] *Trium* Vẽtarum *hoc Itinerario mentionem fieri admonuimus: &* Belgarum, *&* Icinorum *ſupra mentio facta eſt, atque hac tertia* Silurum *regioni attribuitur. Tacito libro xij in vetuſto exemplari,* Silurarum gens non atrocitate, non clementia mutabatur, quin bellum exerceret. *Et in Agricolæ vita, Silures ex Hiberis veteribus colonos in Britanniam traieciſſe conijcit.* Silurum, *inquit,* colorati vultus, & torti plerumq; crines, & poſiti contra Hiſpaniam, Hiberos veteres traieciſſe, easque ſedes occupauiſſe, fidem faciunt. *Et in eodem libro:* Suſtinuit quoque molem Iulius Frontinus; vir magnus, quantum licebat: validamque, & pugnacem Silurum gen- Siluret.

gentem armis subegit. Ptolemæus vltimos, versus occasum populos Demetas statuit: ac post eos magis ad exortum, Σίλυρες.

IN ITINERARIVM MARITIMVM.

Pag. 113. Imperatoris Antonini Aug.] *Huius Itinerarij Maritimi titulus ex vetustissimo cod Regiæ Bibliothecæ Diui Laurentij descriptus est. Nam in Blandiniano ita legitur:* Itinerarium Maritimũ. Quæ loca tangere debeas cum nauigare cœperis ex prouincia Achaia per Lisiam ad Africam vsque: *Et in Longolianis libris eodem pacto, &* per Siciliam *corrigit. In Neapolitano eadem præfertur lectio: nisi quod* per Siciliam *legitur, non* per Siliam.

Vt nauigans quæ litora tenens nosse debeat] *id est, à cursu desistens, quæ litora nosse debeat. Lentulus Ciceroni, epistolarum libro xij.* Nouissimè Corycum se contulit, & clauso portu se tenere cœpit. *Vsitatæ & quotidianæ, atq; solemnes, vt ita explicem, nauigationes hoc Itinerario Maritimo tantum proponuntur; haud aliter, atq; regiæ, & consulares, ac militares via Terrestri Itinerario. Scientia enim, & vsus nauticarum rerum maxime constat, vt vada, portus insulasq; noris, & situs litorum & oppidorum, vt aditum facilem habeas, quod vasto, & aperto mari, raris portubus, summa sit difficultas nauigandi: vt pro loci natura, ac vi tempestatum aptiores, & accommodatiores appulsus deligantur. Ob eam rem litora, stationes, ac portus ita gubernatores notos habere oportet, ac*

Tenere littus.

duces,

duces, loca ipsa quibus castrametanda sunt.

Aut quæ ambire.] *Hoc est circumire. Festus Pompeius.*

Quæ loca tangere debeas] *hoc est, cum ad terram perueneris, vt tuto eam attingas, & tutius capere possis. Vulgo verba nautica ab optimis auctoribus vsurpata antiquitus, retinentur.* Tangere *enim* terram: *&*, Capere terram, *aut* portum *dicitur. Cæsar Commentario iv. belli Gallici*, Ipse hora circiter diei iv. cum primis nauibus Britanniam attigit: *& Commentario iij. belli ciuilis*: Impositis, vt supra demonstratum est, legionibus VII. postridie terram attigit Græcorum. *Id est enim cum nauis ad terram adpellitur: nam* Capere terram *est, vt è naui egredi possis. Cæsar Commentario iv.* Sed ex his onerariæ duæ eosdem quos reliquæ, portus capere non potuerunt: *Et paulo infra* delatæ sunt. *Et Commentario v.* Tum rursus æstus commutationem secutus, remis contendit, vt eam partem Insulæ caperet, qua optimum esse egressum superiore æstate cognouerat.

Attingere terram.

Capere terram.

Africam vsque I.E.] *in regio exemplari* Africam vsque I.O: *quas notas pro* I. E. *arbitror esse adpositas, vt significent*, id est, *quæ in reliquis manuscriptis, aut vulgatis non habentur.*

Naupactum vsque Prouinciæ Achaiæ] *tametsi Plinius inter oppida* Aetoliæ *in* Corinthiaco *sinu* Naupactum *recenset*; *Ptolemæus eam regionem* Achaiæ *attribuit.*

A Naupacto Oxeas] *præferunt manuscripta exemplaria, & libri Longoliani: & infra inter* Insulas

sulas *recensetur* Propaxos, Paxos, Oxia. Oxiarum *Insularum fit à Strabone mentio lib. viij. quas*, Thoas *ab Homero cognominatas perhibet*, Θοὰς; δὲ εἰρηκε τὰς ὀξείας. *Interpres, etiam nouus, G. Xylander parum adposite proprium earum Insularum nomen in Latinum sermonem conuertit, & acutas cognominat. Plinio in vulgatis*, Taphias, Oxiæ, Prinoessa, *cum in vetustis exemp. summo consensu*, Saphiasis, Arnoxia, Prinessa *legatur.*

Strabo male cõuersus

Prouinciæ Epiri veteris] *Fortè* veterem Epirum *vocat regiones eas, quæ sub* Epiri *nomine Pyrrhi Epirotarum regis continebantur.*

Sasonis Insulam.] *In Regio* Sassonis, *& in Blandiniano* Sessiones, *& in Neapolitano* Sessionis, *& Longolianus lib.* Sessiones, *&* Sessionis *praferunt. Strabo libro vi. à* Brundisio *ad* Sasonem *Insulam* CCCC. *stadia interesse, & mediam inter* Epirum *&* Brundisium *interiacere adserit. Plinius in fine libri iij. perhibet* Sasonis *Insulam ab* Orico M. M P. *piratica statione notam esse. Ptolemæo in* Ionio *pelago inter Insulas, quæ Macedoniæ adiacent,* σάσων *& Lucanus lib. v. vers. 650.*

Non humilem Sasona vadis. &c. Et Silius lib. VII. vers. 475.

Hadriaci fugite infaustas Sassonis harenas.

Et IX. lib. vers. 468.

Expauit sonitus tremefacto litore Sasson. Hodie nomen retinet.

In dextro interius stad. D.] *præfert Regium exemplar: cum reliqua manuscripta, & Longolianus libri* stad. C. *adscribunt.*

Traiectus Hydruntum] *Strabo auctor est*

eos

eos, qui rectum nauigando cursum tenere nequeant, à Sasone *ad* Hydruntem *leuorsum iter facere.*

Leucas Prou.S.S.] *Cum stationem hanc* Leucarum Calabriæ *prouinciæ supra scriptæ attribuat, mihi omnino incognita est; nisi ad* Leucam *forte legendum sit, &* Leucopetram *promuntorium intelligat:* Leucadis Insulæ *ante* Epirum *sitæ, apud Suidam sit mentio; quæ ad hanc stationem nihil attinet. Nam quod à Strabone perhibetur libr. vi. ex* Leucis *ad* Hydruntem *paruam vrbem, stadia cl. distare, oppidum* Leucas Epiri, *& promuntorium* Leucates *ad* Traiectum *intelligi arbitror: & hanc stationem litore* Calabriæ, Crotonem *versus, designari, quod stationibus ipsis indicatur.*

A Leucis Crotonem prou. stadia Dccc.] *præfert Regium exemplar, & in reliquis stadia* Dcccc.

Naus Prou. stad. c.] *Manuscripta exemplaria, & Longoliani libri in hanc consentiunt lectionem: cuius statio mihi penitus recondita est, & inaudita.*

A Naus Stilida] *& hæc itidem* Stilidis *statio mihi incognita est, cum longo tractu Orientem versus à* Columella Rhegia *distet: Cedrenus in eius maris tractu insulæ mentionem facit* Columnæ *cognomento, quæ ad hanc stationem minimè pertinere videtur, pagina ccccl xxix.*

Ab Stilida Zephyrium Stad. cccc.] *habet Regium exemplar. In Blandiniano & in libris Long. stad.* ccccxx. *& in Neap.* cccxx. *Strabo,* Zephyrium *Locrensis agri promuntoriū, portū*

habere nauigantibus ab occasu, ventis commodum, & ob eam causam nomen fuisse sortitum perhibet.

Stadia CCCCXC.] *habet Regium exemplar: cum reliqua, & Longoliani libri* CCCCXX. *praeferant.*

Pag. 113. Tauromenium Ciu.Prou.S.S.Stad.CCII.] *habet Regium exemplar: & in Bland. & in Neapol. & libris Long.* Stad.CCL.

A Pachyno Agrigentum.] *Haec statio in Regio tantum exemplari legitur, quae in omnibus, quae viderim, manuscriptis exemplaribus, & vulgatis libris deest: atque ideo diuersis eam litteris distinximus.*

Stad.DCCL.] *In statione ab* Agrigento Lilybæum, *in Regio exemplari* DCCL. *stadia adsignantur: & in manuscriptis reliquis, & Longolianis* CCL. *neq; à Regij exemplaris lectione deflectendum ratio visa est.*

Quæ appellatur Maritima.] *Mirum videri debet, iam hoc tempore* Insulæ *huius vetustum nomen fuisse commutatum, quæ continentia* Lilybæo *promuntorio, &* Drepanitano *portu proxima, in conspectu ipso est, & nunc* Maretamo *adpellatur.*

Traiectus in Africam, id est stad.DCCC.] *habet Regium exemplar, & reliqua, stadia* DCCCC.

Si Aegimurum Insulam.] *In Re.* Si Egimurum, *& in Blandiniano* si & Gumurum, *& in Neapolitano* Si & Gurumum: *vt Liuium, & reliquos Historiarum auctores omittam.* Aegimuri insulæ, *Strabo, Plinius, & Ptolemæus mentionem fecere. Ea iuxta continentem Africæ sita est. Ptol-*

me-

mæo & Stephano ἀγίμορος..

Simiſſuam CIV.] *In manuſcriptis exemplis* Miſſuam *legitur: & in Longolianis* Si Miſſanam, *cuius ſtationis, &* Carporum *mentionem nullam factam reperi.*

In promuntorium Mercuri St. DCC.] *Liuius libro xxix.* Iam terram cernebant Haudita multo poſt gubernator Scipioni ait, non plus V. M. P. Africam abeſſe: Mercurij promuntorium ſe cernere.

Si Adrumetum St. ∞ L.] *Habet Regium exemplar In Blandiniano, & Longolianis libris*, ſtad. mille D.XL. *& in Neapolitano* Ī.D.LX.

Item à portu Aug. vrbis] *Et* vrbis Auguſtæ, *&* portus Auguſti *nomina recentiora videntur, quam vt à Plinio, & Ptolemæo commemorentur. vrbs* Agoſta *nuncupatur.*

Galatam vſque Inſulam Stad. DCCCCX- *Pag 114.*
C.] *Habet Regium exemplar. In Blandiniano* ſtad. DCCCCXXV. *& in Neapolitano* ſtadia DCCCCXXXV. *Longolani libri,* Calatham vſq; Inſulam ſtad. DCCCCXXV. *Credo ex correctione, quod à Ptolemæo inter Inſulas Africæ iuxta continentem* κολάβη *connumeretur. Infra à* Caralis *ad* Galatam *Inſulam hic idem auctor* ſtadia DCCXX. *adſignat. Plinius inter adiacentes Siciliæ,* Galata Lopaduſa. *Fine item libri xxxv.* Ex Galata, *inquit*, Inſula, & circa Clupeam Africæ Scorpiones necat.

A Galata Tabracam St. CCC.] *Eadem* ſtadia *infra* à Tabraca ad Galatam *connumerantur: neque in his exemplaribus* Tabracæ *nomen*

adſpiratur: Pontanus tamen C. in Tabraca fluuio *adſpirat. Plinio* oppidum Tabracha, *ciuium Romanorum, & Ptolemæo* θαβράκα κολώνια.

A Belone.] *Regium exemplar* Stadia DCCLX. *In Blandiniano, & Neapolitano, & Longolianis libris* stad. CCXX. *Ego arbitror legendum eſſe* CCXL. *ex Plinio, qui* Tingim *abeſſe à* Belone *oppido,* Bæticæ *proximo, traiectu* XXX. MP. *perhibet.*

A Carthagine Spartaria.] *In manuſcriptis exemplaribus, & Longolianis libris* ſtad. III. id eſt tria millia. *At Plinius:* Carthago, *inquit,* noua colonia, cuius a promuntorio, quod Saturni vocatur Cæſaream Mauritaniæ vrbem CLXXXVII. MP. *Vetuſtis exemplarib. in eam ſententiam congruentibus.*

Ad portum Ritupium Stad. CCCCL.] *In Regio* Stad. DCCCCL. *& in reliquis ſtad.* CCCCL. *& ſuperiore Itinerario terreſtri, eadem traiectus* CCCCL. *ſtad. conſtituta ſunt. Ad ea, quæ eo loco de* Ritupijs *animaduerſa ſunt, id licebit ad hanc adijcere ſtationem, nomen gentile* Ritupiarum, *quod hic* Ritupium *eſt,* Ritupinum, *aut* Rutupinum *ab Auſonio poëta deductum fuiſſe, carmine, quod Aquileiæ vrbis laudi tribuit.*

Ritupiæ inſ.

——— *Sed magis illud*
Eminet, extremo quod te ſub tempore legit,
Solueret exacto, cui iuſta piacula bello
Maximus, armigeri quondam ſub imagine lixæ.
Felix, quæ tanti ſpectatrix læta triumphi,
Puniſti Auſonio Rutupinum marte latronem.

A Pola

A Pola Iader.in Dalm. St. CCCCL.] *In Regio* Deniſtria A Pola Derinde stad. CCCCL. *& reliqua, quam pratulimus lectionem, proferunt. ſupra traiectus ſinus* Liburnici Iader *vſque* ſtadia CCCCL. *adſignauit pagina lxi. Plinius*: Rurſus in continente Colonia Iader, quæ à Pola CLX. MP. abeſt: *quam lectionem vetuſta etiam exemplaria edunt.*

Ab Ancona Iader.] *In Regio exemplari* Stad. DCCCL. *In Blandiniano, Neapolitano & libris Longolianis* ſtad. ī. D *Plinius* Polam ab Ancona *traiectu* CXX. MP. *abeſſe, auctor eſt.*

Ab Aterno Salonas] *Plinius ab* Aterni *amnis oſtio in* Adriaticum *mare influentis ad* Tiberina *oſtia Italiæ menſuram colligit: &* Salonis *colonia ad* Iader.

A Brundiſio &c. Aulonem] *Supra pag. lxxv. recto itinere ab* Hydrunte Aulonem *eadem* ſtadia mille *adſignantur.*

A Brundiſio Dyrrhachium.] *Supra pagina lxxij. à* Brundiſio *traiectus* Dyrrhachium *vſq; eadem adſignat* ī CCCC. ſtadia.

Vel poſitionum nauium.] *Videtur* poſitionum *nomine* ſtationes *intelligere, quæ portuum tutam manſionem non aſſequuntur, & tamen litoribus præſtant. Cæſar Commentario iij. bellicivili.* Hoc confecto negotio, à Salonis ad Orici portum ſtationes, litoraque omnia longe, lateque claſſibus occupauit. *Iſidorus item in* ſtationes, portus, & litora *diſtinguit, & hoc Itinerario in* portus, poſitiones, plagia: *vt mihi dubium non ſit, quin* poſitiones *pro* *Poſitiones*

Plagia. *ſtationibus & plagia, pro litoribus vſurpentur. De plagijs, ſupra ex Iſidoro, & vulgo playas adpellamus: Græcis ναύσταθμος.*

Arelatum vſque.] *Regium exemplar.* Ab vrbe Arelatum vſque ad portu Auguſti Pirgos Poſio MP XXVIII. *In reliquis.* Ab vrbe Arelato vſque ad Portum Auguſti MP. XXXVIII. *Videtur manſio prima ab* vrbe *ad* portum *deeſſe, quam ſupra deſignat pag.* LXVIII: *&* XVIIII. MP. *numerat, & à* portu Pyrgos XXXIIII. MP.

A Pyrgis Panapionem] Panapione *legitur in manuſcriptis, & Longolianis libris: quæ manſio mihi incognita eſt.*

Caſtrum nouum &c.] *Regium exemplar, & Blandinianum, & Longolani libri,* MP. VII. *præferunt & in Neapolitano* VIII.

Centum Cellas MP. V.] *Totidem ſupra à* Caſtro nouo Centum cellas MP. *conſtituuntur terreſtri Itinerario.*

Ab Algis Rapinium] *In Regio* Rapinio, *& in Blandiniano* à Rapinio Grauiſcas: *vt* Rapinium *legendum ſit, non* Rapionium, *quemadmodum in Neapolitano exemplari, & libris Longolianis præfertur.* Algæ *&* Rapinium *manſiones mihi incognitæ ſunt.*

A Maltano Quintianum] *In manuſcriptis, & Longolianus* Quintiana: *ſed cum ſtatim* Quintiano *in regio legatur, videtur* Quintianum *legendum. vtraq; ſtatio mihi eſt incognita.*

Pag. 115. Arnine fluuius habet poſit. ñ. p. ī. III] *Hæ notæ in Regio præferuntur, cum reliqua tantum* MP. III. *adponant.*

In

In Cetarias Domitianas] *In Regio* Incidria Domitiana Posio MP. III. *Reliqua ex voce,* Domitiana *alteram mansionem confecerunt*, à portu Herculis, in Cetaria, ab incetaria Dentiliana, à Domitiana Altimiana fluuius: *nec visum est à vetustissimi exemplaris lectione deflectere.*

Ab Almina Portum Telamonis] *In Regio vna mansione comprehenduntur, &* Portus Telamonis *&* fluuius Vmbro *&* lacus Aprilis. *In Blandiniano hoc pacto legitur:* Ab Almiania portus Talamonis MP. *nec numeri mansionis adponuntur.* à portu Talamonis lacu Aprili positio MP. XVIII *&* Vmbronis *fluuij nulla fit in eo exemplari mentio. In Neapolitano* Ab Alimania portus Talamonis MP. *neque numeri mansionis adponuntur:* A portu Talamonis Vmbronis MP. XII. A portu Talamonis lacu Aprili, MP. XVIII. *Supra* Vmbronis *fluuij, & lacus* Aprilis *mentionem fecimus, dum* Salebronis *vocē in* Vmbronis *vertendam esse arbitraremur: & Plinij verba hoc loco repetenda videntur:* Hinc amnes Prille, mox Vmbro nauigiorum capax: & ab eo tractus Vmbriæ portusque Telamon *Ptolemæo* τελαμὼν *promuntorium, & Plutarchus in* Mario, *in* Portum Etruriæ Telamonē *delatum, descensione facta, ad pileum seruos vocasse. Stephanus vrbem esse ad* Tyrrhenum *mare auctor est.*

Ab Scabris Falesiam portus MP. XVIII] *In Regio* Ab scabris Falesia, *& in Blandiniano,* ab scabris Falesta. *Neapolitanum exemplar Blandi-*

niani lectionem præfert: vt non dubitem in Rutilij Itinerario, Faleſia, *non* Faleria *illo verſu legere lib. 1.*

Laſſatum cohibet vicina Faleſia curſum;
Quamquam vix medium Phœb. haberet iter.

A Populonio Vada] Vada *hæc* Volaterrana.

A Vadis portum Piſanum] Piſani portus *nulla apud vetuſtos auctores fit mentio, cum in* Piſanorum, *&* Genuenſium *rebus, ſuper* Sardiniæ *Inſulæ imperio, & poſtea in expeditionibus* Aragonenſium regum *maritimis, quibus id regnum ſibi adſeruêre, maximè frequens mentio fiat* Piſani portus.

Fluuius Macra.] *Plinio, Flumen* Macra, Liguriæ *finis, & paulò inferius*, patet ora Liguriæ inter amnes Varum, & Macram CCXI. M P

A Luna Segeſtam] *In Regio exemplari* A Luna Regeſta, *& ſtatim* Segeſta: *Blandinianum exemplar, & Neapolitanum, & libri Longol.* segeſte, *præferunt. Plinio* portus Delphini, Tigulię, intus segeſta Tiguliorum.

A segeſta portum Veneris] *Quod hæc manſio in Regio exemplari præfertur, & in reliquis manuſcriptis exemplaribus, & vulgatis libris deeſt, alijs deſcribitur litteris.* Veneris portus *idem, qui Liuio, Straboni, & Plinio*, Lunenſis *videtur, tametſi hoc Itinerario hic portus manifeſte* Ligurum *regioni attribuitur: & Plinius primum Etruriæ oppidum* Lunam, *portu nobile, recenſuit. Et ſi* segeſta Liguriæ *regioni attribuitur,*

Veneris portus.

tur, necessario Veneris portus *eidem contribuetur: Cum hoc Itinerario à* Luna segestam XXX. MP. *& totidem à* segesta *in* portum Veneris, Genuam *versus numerentur. In Græcis Ptolemæi libris* Veneris portus *non legitur.*

Portum Delphini.] *Huius portus fit à Plinio mentio.*

Tauia fluuius MP. XII.] *In Regio legitur exemplari: quod* Fluuij *nomen in vetustis exemplaribus, & vulgatis libris non habetur, atque ideo alijs designatur litteris, quo à nullo auctore memoratum, in integrum hoc restituatur Itinerario, ope vetustißimi exemplaris.* Tabiæ Castelli *in ea regione, celebre nomen est: quod forte à fluuio vicino nomen accipit: &* portus Maurici *nomen in* portam Morisi *versum est.*

Fluuij nomen restitutum.

Albintimilio Plagia MP. XII.] *Hæc mansio & in Regio deest exemplari, & in reliquis lacera circumfertur: nam in Blandiniano,* A Vindimilia plagia MP. XII. *legitur: & in Neapolitano* A viginti milia plagiam MP. XII. *Longoliani libri Blandiniani lectionem præferunt, & pro* Vindimilia, Viginti milia *corrigunt. Ex his quæ superius adnotata de* Albintimilio *scribimus satis adparet legendum esse,* A portu Maurici Albintimilium plagia MP. XII: *& ideo asteriscis signatur ea mansio.*

Herculem Monœci.] *Ex peruersa litterarum scriptura nemo non viderit, mansionem hanc esse restitutam: nam in exemplari*

Regio à Vintimilio Elelemanico portus MP. XVI. *legitur: & in sequenti mansione* Ab Eclemanico Auisone *In Blandiniano*, Herdemannico & Herchemannico. *In Neapolitano*, Herdemannico, & Herdomannico: *In Longolianis libris* Herclemannico, & Hercolianico. *Strabo ab* Albingauno *ad* Monœci *portum stad.* CCCCLXXX. *numerat: quo in medio vrbem esse ingentem* Albium, Intemelium: & Monœcum *portus stationem quandam esse, non magnarum, neque multarum nauium capacem, quæ templum* Herculis *haberet, cognomento* μονοίκῳ *quod in eo solus inhabitet. Pli.* Portus Herculis Monœci: *& item Tacito li. xix.* Fabius Valens è sinu Pisano sæuitia maris, aut aduersante vento, portũ Herculis Monœci depellitur. *Ammianus libro xv.* Thebanum Herculem Monœci arcem & portum, ad perennem sui memoriam consecrasse, *auctor est. Ptolemæo vicini portus duo in* Liguſtina *ora statuuntur, vnus* Herculis *& alter* Monœci.

Auisionem] *In Regio*, Auisone, *& in reliquis* Auisione. *Numeri mansionis in Regio exemplari deleti sunt.*

Pag 116. Ab Anaone ad Oliuulam.] *In Regio* Olibula *&* Alinbola: *& in Blandiniano* Oliuula. *Neapolitanum exemplar* Oliuilam. *Forte* ad Olbiam *legendum: inter quam, &* Antipolim *Strabo nauale Cæsaris Augusti*, Forum Iulij *nuncupatum, statuit. Ptolemæus inter* Citharistem *promuntorium &* Argentij *fluuij ostium*, Olbi-

Antonini locus expendendus.

am

am *conlocat. Stephanus, inter vrbes huius nominis primam* Liguſtinam *commemorat.* Liguſtinas *enim* Stoechades *ipſas inſulas, idem auctor cognominat.*

Lero, & Lerina Inſulæ.] *In Regio exemplari. Strabo poſt* ſtœchadas Planaſiam, *&* Leronem *ſtatuit, colonias habentes, & in Leronе* Fanum ἱερῶν, *& è regione* Antipolim *adiacere. Plinio* Lero, & Lerina aduerſum Antipolim. *Ptolemæo ſub* Varo *flumine* ληρώνη.

sinus sambracitanus.] *In Regio exemplari legitur, &* sambracitano, *in ſequenti item manſione: & in Blandiniano* sambracitanus, *& in ſequenti manſione,* sabricitano: *In exemplari Neapolitano* samblacitanus, *&* samblacitano: *In Longolianis libris,* sambracitanus, *& in ſequenti manſione* sambracitano, *&* samblacetano *corrigitur. Sinus nomen ad hanc diem mihi inauditum.*

Pomponianas.] *Habet Regium exemplar: & reliqua* Pompeianis, *& libri item Longoliani Fortè* Pomponianam *legendum, vt ſtationem ad ſecundam* stœchadum *inſulam deſignet, quarum inſularum hoc Itinerario maritimo mentionem non fieri mirum videri debet, cum* Leronis, *&* Lerinæ *mentio fiat. Plinius eius ita meminit:* Tres stœchades à vicinis Maſſilienſibus dictæ propter ordinem, quas item nominant vocabulis ſingulis Prote, & Meſe, quæ & Pompeiana vocatur, tertia Hypæa *Strabo tres digna ſatis amplitudine eſſe, ſed duas*

Antonini locus alter expendendus.

perexiguas. Hinc Ptolemaeo item v. stœchades, *Stephano vero tres.*

Taurentum.] *In manuscriptis, & Longolianis libris* Taurento. *Cæsaris Commentario II. belli ciuilis videtur esse* Taurenta Castellum. Nacti, *inquit*, idoneum ventum ex portu (*Massiliensi scilicet*) exeunt, & Taurenta, quod est Castellum Massiliensium, ad Nasidium perueniunt. *Strabo* τὸ δὲ Ταυρέντιον, καὶ τὴν Ὀλβίαν, καὶ Ἀντίπολιν, καὶ Νίκαιαν. *Ptolemæo* ταυροέντιον.

Citharista.] *Plinio promuntorium* Citharistæ *& item Ptolemæo iuxta* Taurentum.

Portus Aemines.] *In Regio* Hemines, *&* Aemines: *& in Blandiniano* Mines, *& in Neapolitano, & in libris Longolianis.*

Immadras.] *In Regio* Inmadras, *&* Immadris, *& in Blandiniano* In matras, *&* In matris, *& item in Neapolitano: & in libris Longolianis* Immatras *&* Immatris.

Massilia, Phocæensium colonia.

Massiliam Græcorum.] *Plinius eodem cognomine quo Antonini hoc Itinerarium*, Massiliam *cohonestat:* At in ora Massilia, Græcorum *inquit*, Phocæensium fœderata. *Quam meritò iure id acciderit, nullius testimonio vti verius possumus, quam ipsorum Græcorum. Princeps Rhodiorum legationis, oratione in Senatu Romæ habita, apud* Liuium, *libro* xxxvij. Massilienses, *inquit*, quos, si natura insita, velut ingenio terræ vinci posset, iam pridem efferassent, tot indomitæ circumfusæ gentes, in eo

honore,

honore, in ea merito dignitate audimus apud vos esse ac si medium vmbilicum Græciæ incolerent. Non enim sonum modo linguæ, vestitumque, & habitum, sed ante omnia mores, & leges, & ingenium sincerum, integrumque à contagione incolarum seruarunt. *Strabonis Græci item auctoris accedet testimonium, qui docet eorum rempublicam ab Optimatibus geri solitam, & ita sua consilia enixos fuisse, vt optimo cuiq; probarentur. Primarios vrbis viros, ad Eloquentiæ, & Philosophandi studium conuersos, ex quo ad vnius arbitrium Romani Imperij res versæ sunt: Adeoque liberalium artium doctrinam ea in vrbe viguisse, vt Romanorum nobilissimi, pro Attica peregrinatione, Massiliam studiorum gratia commeare soliti sunt: atq; eos φιλέλληνας cognominat. Pomponius Mela de* Massilia, Mirum, *inquit*, quam facile & tunc sedem alienam cepit, & adhuc morem suum teneat. *At Agathias sua ætate* Massiliam *ex Græca ciuitate, iam barbaram redditam perhibet: nam patrio illo reiecto, & prisco viuendi more, imperantium institutis vsam fuisse.* *Massiliensium mores*

Ad Gradum Massilitanorum fluuius Rhodanus M P. XVI.] *In Re numeri defecere, & fluuius tantum legitur. In Blandiniano, & Neapolitano, ac libris* Long. Fluuius Rhodanus M P. XVI. *Ammianus libro xv. huius mãsionis meminit,* Rhodani *cursum describens*, Finitusq; inter valles, quas ei natura præscripsit, spumeus Gallico mari cõcorporatur, per patulũ sinũ, quem vocant ad gradus, ab Arelate XVIII. ferme lapide disparatum. Gradus *enim antiquitus vocati* *Gradus, quid.*

viden-

videntur pontes ad litus, aut fluminum ripas constrati, ex quibus naues commodiore ingressu conscenderentur, ad nauigandum, & ad quos adpellerent. In monumentis Commentariorum Regiorum Iacobi Aragonum Regis eius nominis primi, & Petri iiij. Valentini gradus, *quem nunc* Grao *vocant, fit mentio, &* Cullaritani, *ad* Sucronis *amnis traiectum.* Moruedrensis *praterea* Gradus & Orpesensis *& in hoc* Aragoniæ *regno ad* Hiberi *traiectum ad oppidum* Pinam, Gradus Pinensis, *quod nomen in eo traiectu diu est, quod obliteratum videtur*

Per fluuium Rhodanum Arelatum MP. XXX.] *In Regio numeri in hac mansione non adponuntur: & in reliquis exemplaribus, ac Longolianus libris,* Arelatum MP.XXX. *cum superiori Ammiani testimonio* ex Gradu Arelatæ XVIII.MP. *adsignentur.* Arelatum *præterea in omnibus legitur, tametsi supra* Arelate *præferant & Ptolemæo item* ἀρελᾶτον.

Insulæ Orcades ñ.III] *In Regio* ñ.III. *& in reliquis exemplaribus, & Longolianis nulli adijciuntur numeri. Solino item* III. Orcades *sunt, cum* Plinius, *cuius mirabile opus ipse in Epitomen redactum deterit,* XL *esse doceat.* Põponius. Triginta, *inquit,* sunt Orcades angustis inter se spatijs deductæ. *Ptole. item* XXX. *Isidoro,* XXXIII. quarum, *inquit,* XX. desertæ sunt, XIII. coluntur.

Orcades quot sunt.

Insula Clota] *habet Regium exemplar.* III *Blandinianо* Insula Glota, *& in Neapolitano* Dc[illegible]ta, *nomen ex* Clota *ex affinitate litterarum d. &*

cl

zl. *conflatum Longolianilibri.* Glota, *&* Dota *corrigunt.* Glotæ æstus *Tacitus mæminit.* Nam Glota, *inquit*, & Bodotria, diuersi maris æstus per immensum reuecti, angusto terrarum spatio dirimuntur, quod tum præsidijs firmabatur. *Ptolemæo item* κλῶτα æstus, *vt* fluuij *nomen sit.* nõ Insulæ, *nisi eam* Britanniæ *partem intelligat, quæ* Scotiæ *regno continetur.*

In Hiuerione.] *In Re. exemplari, & Neapolitano.* Iniuerione, *& in Blandiniano* Inhiuerione. *Longoliani libri* Niurione, *&* Vierione *corrigunt. Mihi nomen* Insulæ *videtur, quam Pomponius, Plinius, & Tacitus* Hiberniam *vocant. Ptolemæo vrbs mediterranea eius insulæ, à qua nomen accepisse videtur* Insula vniuersa, ἰουερνὶς. Iuuenali Iuuerna, *Satyra secunda:* Hiberniæ.

—— *Arma quid vltra.*
Littora Iuuernæ promouimus, & modo captas
Orcadas, ac minima contentos nocte Britannos.

Solino item Iuuerna *nominatur. Festus Auienus in ora maritima.*

Ast hinc duobus in Sacram, sic insulam
Dixere prisci, Solibus cursus rati est.
Hæc inter vndas multum cespitem iacit,
Eamq; late gens Hiernorum colit.
Propinqua rursus insula Albionum patet.

Stephano ἰέρνη. *Neque enim verisimile est, tam nobilem Oceani Britannici insulã, inter tot insulas, ab auctore huius Itinerarij fuisse prætermissam.* Isidorus Scotiam *eãdem, &* Hiberniam *dictam fuisse adserit, &* Hiberniam *dictam*, quod eius partes priores Hiberiam, *&* Cantabricum Oceanum

num intendunt; Scotiam verò, quod à Scoto-
rum gentibus coleretur.

Ptolemæus, correctus.

Vecta] *Plinio* Vectis, *& Ptolemæo, è portu ma-
gno Insula* οὐίκτησις *deprauate, pro* οὐίκτις, *nam
vetustus interpres* Vectis *reddidit.*

Riduna] *præferunt Regium, & Blandinianum
exemplar, & Longoliani libri, Neapolitanum* Ridi-
nia. *Pl.* Ricneam *Insulam &* Vectim *adiungit.*

Sarmia] *in Regio, & Blan præfertur: & in Ne
Sarma. Longol. libri* Sarmia *præferunt, &* Sarma
corrigunt.

Barsa] *deest hoc insulæ nomen in exemplari Re-
gio, & in reliquis recensetur.*

Lisia] *In Regio* Silia *commutatis litteris. I
Blandiniano* Bisia *& in Neap.* Lisia *Longol. libri
Blandiniani lectionem præferunt, &* Lisia *corri-
gunt.*

Andium] *In Regio exemplari* Adium, *& in r
liquis, atq; item in Long. libris,* Andium. *In Blan
vetustissima manu indicatur Insula esse* Andio, *v
nomen retinere videatur.*

Vxantisina] *In Regio duæ leguntur dictione
Vxanis Ina, & in Blandiniano coniunctim* Vxan-
tisina *legitur. Neapolitanum* Vsantisina *præfer
& Longoliani libri* Vixantissima, & Vsantism
corrigunt.

Vindilis] *legitur in Regio exemplari, & in Bl
diniano* Vindelis. *In Neapolitano* Vindelissiat
libri Longoliani item Vindelis, *&* Vindolisiat
*corrigunt, ex sequenti nomine dempta syllab
quemadmodum & in Neapolitano præfertur exe
plari.*

Sii

Siata Arica] *habet Regium exemplar, quam lectionem reiicere non est visum. In Blandiniano* Siada. Iga. *Neapolitanum* Vindalisiata Iga. *Longoliani libri Blandiniani lectionem præferunt.*

Lesdos] *habet Regium exemplar, & reliqua* Lesbos. Pag. 117.

Ebusos] *Regium* Ebusos: *Blandinianum & Neapolitanum* Erusos. *libri Longoliani* Frusos, *& Erusos corrigitur: ex distantia tamen, quæ ab ea* Carthaginem Spartariam, *&* Baleares *insulas adsignantur, satis adparet* Ebusum *esse maiorem ex* Pityusis, *Insulam, quæ corrupte in Strabonis libro ij. βόσος legitur Nam minor* Ophiusa *Græcis dicta. Latinis* Colubraria *est. Plinius (cum pluribus de ea re prior Pomponius prodiderit) inquit:* Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariæ parit, ideo in festa omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus: Græci Ophiusam dixere. *Vides* Colubrariam *eandem esse, quæ Græcis* Ophiusa *sit? Et Ptolemæus item docet, in Balearico pelago* Pituysas *Hispaniæ adiacere, quarum minor dicta sit* Ophiusa, *maior* Ebysus, *in qua eiusdem nominis urbs. His ita constitutis, quis non videat, luxatum, mancumque esse eum Plinij locum, in quo primo de* Pityusis *sermo cœpit: cuius verba, quod locum expendi oporteat, hæc sunt:* Insulæ per hæc maria primæ omnium Pityusæ à Græcis dictæ, à frutice pineo, nunc Ebusus vocatur: vtraque ciuitate fœderata angusto freto interfluente: patent XLII. MP. *Duplex hic & mani-*

Ebusus & Ophiusa, quæ & Colubraria.

Plinius emendatus, traductis vocibus.

manifestum videtur erratum, quòd alterius Insu-
læ nomen reticeatur, & duas constituat Ciuitates *in eis Insulis* fœderatas. Ophiusa *enim & priscis, & posteris temporibus inculta semper ac deserta habita est, quam* Frumentariam *vocant videtur ergo* Colubrariæ *nomen ex hoc loco in alienum emigrasse, vbi legitur infra:* Tantundem à Pityusis in altum Baleares duæ & sucronem versus Colubraria: *ex quo loco si* Colubrariæ *vocem demas, & superius inseras, sententia ratio constiterit, si legas,* nunc Colubraria & Ebusus vocantur, atque hæc ciuitate fœderata *Manilius lib iiij.*

——— *Primamq; intrantis in orbem*
Oceani victricem Ebusum

Et Auienus Festus:

Ac dilectica vago pecori consurgit Ebusus.

In Isidori Etymologiarum exemplaribus, Ebosus Insula Hispaniæ dicta, quòd à Zanio non procul sit: quasi ἀβόζος cum LXX. stadijs ab eo distet, cuius terram serpentes fugiunt. Huic contraria est Colubraria quæ referta est anguibus, *vt quasi ὀυάπολιν sit legendum, vt suo more auctor etymo respondeat.* Zanium *vero, vti supra est animaduersum, in voce* Hipponis Zarrhyti, Dianium *est: & à Pityusis* septuaginta *stadijs distare Plinij vetustis exemplaribus continetur, non* septingentis, *vt vulgati praferunt libri: & cum Isidori vetustis itidem libris conueniunt.*

Insula Columba Balearis Maior] Dracconaria Insula *nuncupatur in Commentarijs rerum à Iacobo Aragonum Rege primo gestarum, qui ea*

Insula

Insulas, & Valentinum *regnum à Sarracenorum dominatu vindicauit, quæ ante portum* Palumbariæ Maioris *Insulæ adiacet*. Maior, & Minor, Baleares *ab optimis auctoribus adpellantur. Nam quod apud Pomponium, & in manuscriptis exemplaribus legitur de* Balearibus, ex spatio sui cognominibus acceptis, maiores minoresque perhiberi, & castella esse in maioribus Palmam, & Pollentiam colonias, & in minorib. Iamnam & Magonem: *Quis non videat* maiorem & minorem *legi debere? Apud Procopium de bello Vandalico lib. iij. atq; item iv. interpres vertit,* ab incolis eas insulas Maioricam, & Minoricam adpellatas, *nec tamen Græcis exemplaribus vsi sumus, sed apud Isidorum in vetustis exemplaribus legimus,* eas vulgus Maioricam & Minoricam nuncupare.

Balearet. insulæ.

Melæ lectio.

Maioritæ & Minoricæ.

Insula Nura.] *In libris Hieronymi Pauli* Insula Mira *legitur.*

Inter se habent Baleares Stad. D C.] *Numerus stadiorum deest in Regio exemplari: & in reliquis* stadia D C. *adsignantur, quæ mensuræ ratio multo excedit distantiam* XXX M P. *quam Plinius, & Iacobus Aragonum Rex primus inter* Maiorem & Minorem *Insulas interesse produnt. Manilius, quasi* regni solium *constitutum in his Insulis diuinarit,* Balearica regna *nuncupat.*

A Calama.] *In Regio non adponuntur numeri stadiorum, qui* LXXV. *in reliquis præferuntur exemplaribus: & eandem lectionem retinent, de qua nihil video me diuinare posse, in voce* Calama, & Ameras, *pro qua in Longol.* ad Mecas *legitur.*

Insula Crinis & Stœchadis.] *In Regio* Insula Crinis & Stœchadis. *In reliquis*, Insula, Crinis, & Stocadis.

A Populonio Stad. DC.] *In Regio numerus stadiorum interijt: & in reliquis* Stad DC. *manifesti mendi errato. Plinius lib. iij. cap. vi.* Ilua cum ferri metallis circuitu C M. à Populonia X.

Stad. X C.] *Et hoc itidem loco numerus stadiorum inter* Iluam, & Planasiam *in Regio defecit exemplari. In reliquis stad.* X C. *adsignantur. Plinius inter* Iluam & Planasiam XXXIX. M. *attribuit. Ptolem.* Iluam *inter insulas Italiæ* Liguſtini *maris recenset, &* Tyrrheni, Planasiam. *Tacitus 1. Annal. initio:* Nam senem Augustum deuinxerat, adeo vti nepotem vnicum Agrippam Posthumum in Insulam Planasiam projceret.

Insula Aegilium.] *In Regio exemplari* Egilum, *& Blandiniano, & Longolianis libris* Igilum *& in Neapolitano deest hæc statio. Plinius:* Aegilium, & Dianium, quam Artemisiam, ambæ contra Cosanum litus.

A Cosa Stad X C.] *In Regio* à Cosa, *& numeri defecere stadiorum: & in Blandiniano* à Cosa stadia X C.

STAD. DCCXXX.] *In Regio numerus desicit stadiorum. In Blandiniano, & Neapolitano* DCCXXX. *Cum supra in Blandiniano* DCCCCXXV. *& in Neapolitano* DCCCCXXXV. *adsignentur.*

Et à Tabraca ex Africa St. CCC.] *In Regio numeri deleti sunt; & supra* stadia CCC. *In Blandiniano,*

diniano, & Neap. à Tabraca & Africa ſtad. ccc.

Inſula Palmaria] *Plinius alterius* Palmariæ *inſulæ meminit maris* Tyrrheni. *Huius mentionem non reperi.*

Inſula Phalans.] *in manuſcriptis exemplarib. & Longolianis libris legitur.*

A Carthagine St. CCXXX.] *Omnes harum ſtationum numeri in Re. exemplari defecere, & in reliquis* St. CCXXX *Liuius libro XXX.* Pars maxima ad Aegimurũ inſulam: ea ſinum ab alto claudit, in quo ſita Carthago eſt, XXX. ferme M. ab vrbe: *vt rectè conueniant vtriusq; auctoris numeri:* XXX *enim* M P. CCXL Stad. *conficiunt: atq; ideo à Liuio* ferme *adijcitur.*

Inſulæ ñ III. Pontiæ] *In Regio* III. *defecere atq; item ſtadiorum numerus, qui in reliquis manuſcriptis* CCC. *eſt. Plinius* & aduerſus Formias Pontiæ.

Inſula Aegina] *In Reg. & Neap.* Egina. *Blandiniani* Aegina: *cuius nominis inſulã* Aenariæ *adiunctam non reperi ab alijs recenſeri auctoribus.*

Inſula Prochyta] *In Regio numerus ſtad. de-* Pag. 118. *ficit, & in Blandiniano hæc ſtatio. In Neapolitano* Stad. XXX.

Inſula Capraria.] *in manuſcriptis legitur exemplaribus, & libris Long. etſi* Capreas *inſulam, omnes Græci, & Latini ſcriptores nominent.* καπρι ἤνηρ *ab* Hecatæo *vocatã Stephanus prodit, quod idem erit atq;* Capraria. *Ptolemæo* καπραρία *in mari* Liguſtino, *& hæc in* Tyrrheno καπρέα.

Aegira & Celſina] *Regium exemplar habet* Celeſina, *& in Bland. & Neapolitano, & Lon-*

golianis libris Celsina, cuius Aurelius Cassiodorus variarum epistolarum libro vij. meminit. Curitanæ, inquit, & Celsinæ insulis te Iudicem per illam indictionem, nostra dedit auctoritas: In cuius vetusto codice Curitanæ legitur. Et titulus inditur Formulæ Comitinæ Insulæ Curitanæ.

Item Insulæ ñ. I I I.] Duarum ex his tribus, inter Aeolias à Plinio non fit mentio, nisi Didymæ: Strabo item Didymæ meminit, & Ptolemæus. Stephanus vnam ex Aeolijs esse, à figura cognominatam. Iam verò inter has quæ Aegina vocatur, fortè ea est quæ Ptolemæo Αἰγῦσα.

Insula Strongylos.] Strongilos præferunt manuscripta exemplaria. Plinio Strongyle. Strabo Ἡ δὲ Στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος, Ptolemæo item Στρογγύλη, ac Stephano.

Insula Liparis.] Manuscripta, & Longoliani libri Liparos, & Liparis sequenti statione. Straboni λιπάρα, & λιπάρις, & Latinis auctoribus Lipara; & Ptolemæo, & Stephano λιπάρα.

A Strongylo Liparam sunt Stad. C C C.] In Regio deest stadiorum numerus: & in reliquis C C C. adsignantur: cum Plinius à Strongyle, ad Liparam mille tantum passus numeret.

Insulæ Aethusa, & Thapsos] In Regio Insulæ Lareſttasa. & Tapsus. In Blandiniano Insula Aretusa & Tapsus, & in Neapolitano Insula Arethusa, & Tapsus. Aethusæ insulæ, Siciliæ adiacentis, meminit Plinius, quam alij, inquit, Aegusam scripserunt. Eam esse opinantur, quæ nunc Fauignana vocatur. Ptolemæo inter Insulas Africæ adiacentes Ἀθῦσα, & Siciliæ Αἰγῦσα. Tha-

Aethusa.

Thapsus.

psi

psi *celebris oppidi maritimi, Africæ prouinciæ, Græci, & Latini auctores meminere, &* Thapsi Insula, *vnius poëtarum summi testimonium sufficit, ad hunc Itinerarij locum maximè adpositum, quod* Megarici sinus *simul meminit.*

——*Viuo præteruehor ostia saxo*
Pantagiæ, Megarosq; sinus Thapsumque iacentem.

Distat ab oppido Megara.] *In Regio* Megetio, *& in Blandiniano, & Neapolitano* Megera. *Strabo* Dorum coloniam *fuisse* Megarã, *quæ prius* Hybla *vocata sit, perhibet. Ptolemæus* Hyblam. *&* Megaram *diuersa oppida recenset. Præterea* Megaram *eandem esse, quæ nunc* Augusta *vocatur, opinantur, &* Augustæ vrbis *supra hoc Itinerario maritimo mentio facta est.*

Stad. XI.] *In Regio omnes harum stationum numeri deleti sunt. Blandinianum, & Neapolitanum exemplar, & libri Longoliani,* XI. *Isidorus:* Thapsus insula stadijs X. Sicilia remota iacens, & planior: vnde & nuncupata: *de qua Virgilius.*

——*Thapsumq; iacentem.*

Igitur à Sicilia stadijs X. distat *Isidoro, quæ huic Itinerario à* Megara stadijs vndecim.

Insula Cossura.] *Strabo; item huius Itinerarij auctor,* Cossuram *insulam* Lilybæo, *&* Clypeæ *Africæ vrbi adiacentem, atq; aduersam statuit, & inter ambas eas vrbem sitam perhibet. In Plinij libris* Cosyra *&* Ptolemæo Κόσυρα. *Ouidius Fastorum libro* III. Cossura.

Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ
Insula, quam Libici verberat vnda freti.

Arbritantur insulam eam esse, quæ nunc vocatur Pãtalarea.

Insulæ Melita, Icæsia] *In Re.* Insule Maltache Festia. *In Blandiniano,* Insula Maltaciæ Festa, *& in Neapolitano* Maltatiæ Festa. Melitam *verò designari* Siciliæ *adiacentem insulã, &* Africæ, *ex superioribus Ouidij versibus, Strabone, Plinio, & Ptolemæo adparet, qui* Cossyræ *itidem eam adiungit. Huic* Sicilienſi Melitæ *Strabo* Melitæos canes *attribuit, Plinius verò alteri, cuius infra sit hoc Itinerario mentio.* Icæsiæ *Ptolemæus meminit inter insulas* Siciliæ *adiacentes, quæ mihi pro* Festia *substitui ex manuscriptorum corrupta lectione videtur.*

Melita.

Et Phalacron] *legitur in manuscriptis.* Phalacron promuntorium Corcyræ *insulæ notum apud auctores, quod nihil ad hanc stationem pertinet, neque huius nominis* Insulæ *mentionem reperi.*

Stad. DCXXII.] *In Regio deest numerus stadiorum, qui in reliquis est* DCXXII.

Insula Girba] *Legitur in manuscriptis exemplaribus, & Longolianis libris: vt mirum sit.* Meninge clarissimam, *vt Plinius adserit,* Africæ Insulam, *iam hoc tempore vetus nomen amisisse. Sex. Aurelius Victor de Virio Gallo:* Creati, *inquit,* in insula Meninge quæ nunc Girba dicitur: *& in Concilio Carthag sub D. Cyp.* Momillus à Girpa *subscripsit, &* Girba *corrigunt: & in Notitia Prouinciar. sub dispositione Comitis sacrarum Largitionum inter procuratores Baphiorum, Procurator Ba-*

phÿ Girbitani *prouinciæ Tripolitanæ, recenſetur. Quem & Plinius, quod ad hanc* Baphiorũ *procurationem attinet, præcipuũ purpuræ roꝛẽ in* Menin ge Africæ *excipi, poſt* Tyrium Aſiæ, *auctor eſt.*

Gitti de Tripoli] *In Regio verba ea,* à Gitti, *deleta ſunt. In Bl.* à Gitti, *& Ne.* à Giti *Supra* Mu nicipij Gitti *mẽtio facta eſt: quod Tripolitanæ pro uinciæ hic contribuitur: id .n.* de Tripoli *ſignificat.*

Inſula Triaieia] *In Regio tres primæ huius inſulæ litteræ leguntur* Tri: *& reliquæ deletæ ſunt. In Bl.* Traieia *legitur, & in Nea.* Tagreia. *libri Long.* Traietia *&* Tagreria *corrigitur. Plinius* ante Aetoliam, Aechinades, Aegialiam, Coronim *&* Thyatiram *memorat: quæ haud ſcio an ad hãc pertineat Inſulam.*

Sybota] *In Regio* Strota & Chephalenia. *In Bl.* Cephalania Syrota, *& in Neap.* Cephalania Sirota. *Ego arbitror pro* Strota, *aut* Syrota, Sybota *legendum, quam Plinius ante* Leucadiam *conſtituit.*

Aſteris] *Plinius ante* Ithacam *in alto* Aſterim *collocat, & hoc loco etiam* Ithacam *præcedit in Regio exemplari.*

Paxos Propaxos Oxia] *hoc ordine leguntur in exemplari Regio, tametſi vox* Paxos *in eo defecit.* Paxon *Plinius commemorat. Hermolaus* Oxię *videtur legiſſe hoc loco in Antonini exemplaribus, ſed noſtris* Oxia *legitur. De* Oxeis *inſulis ſupra mentio facta eſt.*

Apſoros] *In Regio* Abſoros, *& Neap. & in Bl.* Apſoros. *Ptol. prima inſularum* Liburniæ *adiacentium,* ἄψορος *conſtituitur.*

Brattia.] *In Regio* Brattila, *Bland.* Brattia, *& Neapol.* Bratia. *Plinius*, Contra Surium bubus, & capris laudata Brattia.

Bolentia.] *habet Regium exemplar, quæ vox in Blandiniano exemplari deest. In Neapolitano* Solenitia *legitur, & in libris Longolianis.*

Lissa.] *præfertur, cum* Issa *notißima insula, in vetustis exemplaribus. Plinio*, contra Iader est Lissa.

Melita. Melita.] *Manuscripta, & Longoliani libri* Melta, *cum haud dubiè* Melita *sit legendum. Nam Plinius* Corcyræ *subiungit, & inter eam &* Brattiam *&* Islam, *&* Illyricum *cõlocat: vnde* Melitæ os canes *adpellari, Callimacho auctore perhibet, qui Insulæ* Epiri *Stephanus itidem canes attribuit, cum* Sicilienſi *à Strabone condonentur. In Ptolemæi libris* μελιτινὴ.

Melitæi canes.

Stad. c c.] *In Regio deest numerus stadiorum: & in reliquis* c c. *numerantur.*

Insula Saso.] *In Regio exemplari* Sago, *& in reliquis* Sato. *Supra stadia traiectus ab ea insula* Hydruntem *adsignauit, & hoc loco* Dyrrhachium *vsque*

Insula Cassiope.] Cassiopis *Cicero meminit epistola ix. ad Tironem. lib. xvi. ad Famil. A. D. xv. K.* à portu Corcyræorum ad Cassiopen stad. cxx. processimus. Cassiope *prætereà vrbs, & promuntorium eiusdem* Corcyræ *Insulæ.*

Insula Goreiro.] *Hæc vox* Goreiro *deest in Regio exemplari, quæ in manuscriptis reliquis retinetur. In Long.* Gorreiro: *nomina penitus inaudita.*

Hæc s. s.] supraſcriptas *duas Insulas* Cassiopé

&

& Goreiro *inter se* xx. stadijs *distare, videtur de scribi, qui stadiorum numerus in Regio deletus est.*

Insula Pyridis Stat.] *In Regio* Insulæ Piridis Stat. *& in reliquis* insula Piridis.

Pag. 119.

In mari quod Thraciam.] *In Regio* In mare quod Tracia: *& in Blandiniano* quod Trachiam &c. *& in Neapolitano* Tratia *& infra* Pallenæ Thraciæ Insulæ *fit mentio. In Longolianis libris:* in mari, quod contra Chium, & Cretam interluit. *Mela Pomponius, in* Aegæo *mari, prope* Thraciam, Thasson, Imbron, & Samothracem *constituit lib. II. cap. vij. Et mirum videri debet in commemoratione Insularum,* Chium *nobilem insulam esse prætermissam.*

Insulæ Erithre] *In Regio* Insule Ritre, *& in Blandiniano,* Insula Erithra, *& in Neapolitano* Insula Cridira.

Deleſſa.] *præferunt manuscripta sex exemplaria, & Longolani libri.*

Sigæos.] *In exemplari Regio præfertur, & in reliquis* Sigeos.

Anacole.] *præferunt eadem.*

Calippia] *Regium* Callape Acea. *Blandinianum,* Calippia Cæa. *Neapolitanum* Calippea, Cea *Plinio* ab Helene Ceos, quam noſtri quidem dixere Ceam.

Tenos] *Plinius* Tenos, cum oppido, XV. M P. porrecta, quam propter aquarum abundantiam, Ariſtoteles Hydruſſam adpellatam ait.

Boia Baleſeos, Androſicos.] *In Regio* Boia Valacſos Amdroſicos. *In Blandiniano,* Boia, Baleſos, Andros, Icos.

Cale, Chalcia, Scyros, Icaria.] Chalciæ Insulæ *longè ab hu sitæ, Plinius* mari Cretico *tribuit. In Regio pro* scyros, Tynesros. *In Blandiniano* styros, , *& in Neapol.* sciros. *Infra* scyri *cum* Paro *insula meminit.*

Quæ ante Plotæ] *Idem à Pomponio, & Plinio proditur: & Straboni, ac Plinio duæ sunt* strophades, *atq; item Stephano. Dionysio Alexandrino* Aeolides Plotæ *nuncupantur, qua in versione Auieni carmen luxatum exstat.*

In Ionio mari.] *Virgilij carmine* strophadas Graio nomine dictas insulas Ionio in magno, *notum est.*

Insulæ Cephalenia] *In Regio* Cepalane *& in Blandiniano,* Cephalaniæ, *& in Neapolitano,* Thephalaniæ. *supra iam* Cephaleniæ *mentio fit.*

Et Dulichia.] *In Regio, & Neapolitano* Dulcia *& in Bland.* Dulicia: *cum ab Homero, Virgilio, Strabone, Pomponio, & Pli.* Dulichium *vocetur.*

Patria Vlixis] *præferunt manus. libri, quemadmodum in vetustissimis exemplarib. ferme semper legitur* Vlixes, *vt Quincti. auctor est.* ὀδυσεὺς, *quẽ Aeoles* οὐδυσέα *fecerint, ad* Vlixẽ *deductum. Cicero* Ithacã, *non* Dulichiũ *patriã Vlyssi appellat.* Ac nos, *inquit 1. de Orat.* quod maxime debet, patria nostra delectat, cuius rei tanta est vis, tanta natura, vt Ithacam illam in asperrimis saxulis, tanquam nidum adfixam sapientissimus vir immortalitati anteponeret. *Virgilius* altricem terram *nuncupauit.*

Effugimus Ithacæ scopulos, & Laertia regna,

Et

Et terram altricem ſæui exſecramur Vlyßis.

Et Cicero eandem terram, parentem & altricem patriam *dici perhibet oratione pro Flacco.*

Dryopes] *In Re. exemplari* Driopes, *& in Blandiniano* Dyopes, *& in Neap.* Cliopes. *Long.* Dropes. Parnaſſo *&* Heliconi *montib.* Criſſæus *ſinus expoſitus eſt. quæ tamen cognominentur Inſulæ* Dryopes, *mihi incognitum eſt. Stephanus* Cythnum *inſulam* Dryopim *vocatam perhibet.*

Inſula Bœotiæ Aulis] *In Regio* inſule Bœtiæ Aulis *in Blandiniano & reliquis* inſula Bœotię Aulis. *At ineptum videtur vrbem* Bœotię *inſulam facere, cum* ſtationem ad Aulidem *ſignificet, quæ in continenti Bœotiæ ſita eſt, ex aduerſo* Chalcidis, *vrbis* Eubœæ *inſulæ. Quare ita interpungendū arbitrarer, ne in hanc ineptiā incidatur:* In hac iuno nata eſt inſula: *vt ſtatim ſubdatur,* Bœotiæ Aulis: *&* ſtationē ad Aulidem *ſignificet. Ptol. enim* Bœotiæ Aulis *cognominatur,* Βοιωτίας Αὐλὶς. *At cum videam à Manilio lib. iv. inter inſulas,* Aulidem *connumerari, nihil, tametſi præpoſterum videatur, in hoc* tin *auctore neglegendū, aut contemnendum exiſtimo. Manilij verſus ſunt:* *Antonini locus interpūctus.*

Pulſatur Cypros Aegyptia fluctibus omnis
Totq; minora ſalo tamen emergentia ponto
Littora, & æquales Cycladas Delonq; Rhodōq;.
Aulidaq; & Tenedon, vicinaq; Corcyra terra.

De coniuratione vero, Poetæ carmen notiſſimū eſt.

Non ego cum Danâis Troianā exſcindere gentē
Aulide iuraui ——

Pompon. Mela: Aulis, *inquit,* Agamemnoniæ, Graiorumq; claſſis in Troiam coniurantium ſtatio.

Inſula

Insula Pallene in Thracia.] Pallene Thraciæ *item oppidum, non* insula *Stephano, &* Cherrhonesus, *cuius angustias Gigantes incoluisse, &* Phlegræa *bella memorant. Plinio,* Macedoniæ *iuxta* Canastræum *promuntorium, oppida* Pallene, Phlegra. Dianam *vero non* Mineruam, Palleneam *cognominatam Plutarchus in* Arati *vita meminit.*

Insula Cyprus siue Paphos] *Pomponius, de Cypro* Prope media, *inquit,* Cypros ad ortum occasumq; se mittens, recto iugo inter Ciliciam, Syriasque porrigitur ingens vt quæ aliquando nomen regni (*ita enim legendum pro* nouem regna) reperit, & nunc aliquot vrbes ferat, quarum clarissimæ Salamis & Paphos. *Nam quod* Paphi *nomen insulae tribuitur hoc Itinerario, Anselmi vnius, quod sciam auctoritate fulciri potest.*

Mela castigatus.

Anselmus li. de imagine mũdi

Mela lectio.

Veneri consecrata] *Pomponius de* Aria *insula,* Marti consecratam *perhibet. Ita enim in vetusto legitur exemplari, non* sacrata.

Et Maliæum mare] *In Regio* Malleum, *& in Blandiniano* Mallieum, *& in Neapolitano* Maileum, *Stephano gentile nomen,* καὶ ἀπὸ τοῦ μάλεια, μαλειάτης Ζεύς, *&* μαλειᾶται ἄκρα. *Mela Pomponius:* Maliacus, & Opuntius, grandes sinus. *Plinio item* Maliacus sinus ab incolis dictus.

Ex Latona nati sunt] *Homerus in Hymnis Apollinem in* Delo, *& Dianam in* Ortygia, *quæ eadem insula est, natam dicit: nec tamen desunt, qui diuersam eam à Delo intelligi velint.*

Ortyx dicta est] *In Regio & Blandiniano*

Ortyx,

Ortyx, *& in Neapolitano* Ortygia: *& in Longolianis libris* Ortix, *&* Ortigia *corrigitur*. Ortygiam *dictam Plinius auctor est, non* Ortygem. *Alterius insulæ* Ortygiæ Syracusis *adiacentis insulæ Strabo meminit. Virgilius de ea iij. Aeneid.*

Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum, nomen dixere priores
Ortygiam:

Ab Asteria sorore Latonæ] *In Callimachi Scholijs, non* Asteriam *sed* Latonam *in coturnicem versam perhibetur.*

Icasia à Mycono distat.] *In manuscriptis* Icasia *legitur, & in Longolianus* Incasia, *&* Icasia *corrigitur. Stephanus* Nicasiæ *paruæ insulæ prope* Naxum *meminit, & item Suidas, vt ego nō verear* Nicasiam *apponere, pro* Icasia.

Dionysa] *In Regio* Dionissa, *& in Blandiniano* Dyonisa, *in vetustis Virgilij exemplaribus* Donysam, *&* Donasam, *& item in peruetusto Taciti exemplari, quod Leonis x. tempore in lucem prodijt,* Donusa. Pag. 120.

Edenedia] *præferunt vetusta exemplaria: nomen mihi inauditum.* Odiæ *insulæ à* Plinio *fit mentio.*

Scyros] *præferunt manuscripta exemplaria, & Longolani libri. cum supra* Scyri *facta sit mentio.* Plinius Syrnon *insulam ab* Andro LXXX. M P. *constituit.*

Phocæ] *In Regio* Focœ, *& in Blandiniano & Neapolitano* Foce. *Plinio,* ante Sāmonium promuntorium, Phocæ.

Leuce] *Plinio duplex* Leuce: Dextra Cretam

tam habenti, contra Cidoniam Leuce, & contra Itanum promuntorium Onisa, Leuce.

Cythnos.] *In Regio* Leucocinthos, *& in Blandiniano* Leuce Cinthos, *& in Neapolitano* Leuci Chintos, *legendum* Cythnos. *Plinius iuxta* Seriphum, Prepesinthum, *&* Cythnon *statuit, cuius Ptolemæus, & Stephanus meminere. Suidas vnam esse ex Cycladibus* κθνον.

Ascaphos.] *Huius Insulæ nomen non reperi.*

Siphnos.] *In Regio* Siphnos, *& in Blandiniano* Siphonos, *atq; in Neapolitano, & Longolianis libris. Plinius* Siphnum *cum* Seripho *etiam adiungit,* Insulam circuitus XXVIII. MP. antea Meropiam, & Acin cognominatam: & in ea Insula lapidem esse, qui cauatur, tornaturque in vasa, coquendis cibis vtilia vel ad esculentorum vsus, quod in Comensi Italiæ lapide viridi accidere notum erat. *Ptolemæus inter Cyclades* Siphnon *recenset. Stephanus* Meropem, *non* Meropiam *cognominatam perhibet.*

Cimelos.] *In Regio, & Neapolitano,* Cimelos, *& in Blandiniano* Cymelos. *Plinio* Cimolus, *quæ* Echinussa.

COS.] *In manuscriptis* Coos, *cum monosyllabum sit. Ausonius.*

Aspersit cautes, & dira aconita creat Cos.

Andros Gyaros] *Cum supra* Andron, *nobilissimam Insulam recensuerit, fortè hoc loco* Letandros *legendum, quam Plinius cum* Gyaro *Insula itidem adiungit,* Odia, Letandros, Gyaros: *tametsi in vetustis exemplaribus legitur* Odia, Olentrandos, Gyara. Apol-

Apollo conligauit.] *Ad poêtæ carmen de Delo respexit, lib. iij. Aeneid.*

——*Oras & littora circum*
Errantem Mycone celsa, Gyaroq; reuinxit:
Immotamq; coli dedit, & contemnere ventos.

Explicit.] *In vetustissimo exemplari hæc, pro Coronide, finis est: quæ à vetustis Grammaticis adjici solebat, qua libri finiebantur: & in eum locum* Explicit *adjici videmus: quadere* D Hieronymus *ad Marcellum de Diapsalmate, quid* Explicit *significet docens, à vetustis vsurpatum commemorat.*

In vetustis huius Itinerarij *exemplaribus Fragmenti illius, quod libris à Godofredo Torino ex* Longoliano *exemplari editis, Anno M D xij. in fine adjicitur, vestigia nulla adparuerunt: & multo tamen antea à Iohanne Annio Viterbiensi non editum modo, sed fictitio, & fabuloso Commentario decoratum fuerat.*

FINIS.

ITINE-

ITINERVM AB ANTONINO DESCRIPTORVM ELENCHVS.

A.

A cinco quo castra constituta sint 60
Aemona Sirmium per Siscian 57
Aginno Lugdunum 105
Aemine portu Immadres 116
Agrigento Lilybæum 21. 113
Syracusas per maritima loca 21
Alaunio Condate 88
Albingauno Maurici portum 115
Albintimilio Plagiam 115
Herculem Monœci 115
Alconi Pompeianianas 116
Algis Rapinium 114
Alma fl. Scabros 115
Almina Talamonis portum 115
Anaone Oliuulam 116
Ancona Iader 114
Ancyra Cæsaream per Nyssam 45
Tauiam 44
Anæ fluminis ostio Emeritam 97
Antematunno Cambatem 88
Tullum Leucorum 87
Antiochia Emesam 39
Antipoli Lero & Lerina 116
Aprile à lacu in Alma fl. 115
Aquileia Bononiam 64

Lauriacum 63
Salonas per Istriam extra mare 61
Siscian per Liburniam 62
Veldidenam per compendium 63
Aquis Regis Sufibus 9
Aquis Tarbellicis Burdigalam 104
Tolosam 104
Arabisso Muzana 40
Satalam per compendium 38
per Arabicam partem trans Nilum 35
Arelate Carthaginem Spartariam 90
Castulonem 90
Narbonem 89
Tarraconem 89
Arimino Dertonam 66
Arnine Herculis portum 115
Assuris Thenas 10
Asturica Tarraconem 101
Burdigalam 103
Cæsaraugustam 99
Cæsaraugustam per Cantabriam 100
Aterno Salonas 114
Augusta Vindelicûm Veronam 62
Augusti vrbis à portu Carthaginem
Africæ 113
Pyrgos 114
Augustoduno Lutetiam Parrhisiorum 83
Auisione Anaonem 116

B.

Bagaco Neruiorum Durocortorum Remorum 86
Bario Tarentum per compendium 26
Belone Tingi Mauritaniæ 114

Bemmæri Neapolim 42
Beneuento Hydruntum 26
Tarentum 26
Boerea Hadrianopolim 51
Bracara Asturicam 95.96.97
Asturicam per loca maritima 95
Brigantia Comum 63
Mediolanum per lacum 63
Brundisio Aulonem traiectus 74
Calabriæ Aulonem 114
Dyrrachium in Macedoniam 114
Dyrrachium traiectus 72
Tarentum ad litus 26
Burdigala Argantomagum 105
Augustodunum 104
Buthroto Saſonis insulam 112

C.

Cabyle Hadrianopolim per compendium 37
Cæsarea Anazarum 47
Eleutheropolim 43
Melitenem 46
Satalam 45
Cæsaraugusta Beneharnum 102
Cæsaromago Lutetiam 87
Cala Rusuccurum 7
Calleua Iscadum Nunniorum 111
Callecome Edissam 41
Larissam 42
Callipoli traiectum in Asiam Lampsacum 76
Capua Equotuticum 24
Carocotino Augustolonam 81

Caralis in Augusti portum 113
Carthaginem 113
Galatam inf. 114
Carpis ad Lybiam in promunctorium
Mercurij 113
Carthaginem 113
Clypea 113
Curubim 113
Adrumetum 113
Neapolim 113
Carris Hierapolim 41
Carsicis Citaristam 116
Carthagine Alexandriam 13
Byzacio 10
Caſaream 4
Cirtam 4
Clypeam 12
Leptim magnam 13
Sitifi 4
Sufetulam per Adrumetum 11
Thenas 13
Carthagine Spartaria Caſaream Mauritaniæ 114
Caſtello Coloniam 85
Turnacum 85
Caſtronouo Centumcellas 114
Caſtulone Malacam 91
Catana Agrigentum 20
Syracuſas 113
Centumcellis Algas 114
Cirta Hipponem Regium 8
Citariſta Aeminen 116

Clanouenta Mediolanum 110
Claudiopoli Ancyram 43
Cocuſo Arabiſſon 48
Melitenem 48
Colonia Traiani Coloniam Agrippinam 84
Conſtantinopoli Antiochiam 31
Copto Beronicem 36
Corduba Caſtulonem 91
Emeritam 93
Cremona Bononiam 65
Crotone Naus 112
Cyrrho Emeſam 41
Ediſſam 40

D.

Damaſco Emeſam 43
Delphini à portu Genuam 115
Dili Foſſas Marianas 116
Doliche Serianam Anunea 41
Domitianis Almina fl. 115
Dorilæo Ancyram 44
Dyrrhachio Byzantium per Macedoniam & Thraciam 72
Durocortoro Diuodorum 82
Treueros 82

E.

Eboraco Londinium 109
Emerita Cæſaraugustam 98.99.100.
Equo Tutico Hydruntum ad Traiectum 25
Rhegium per Roſcianum 24
Eſtri Pacem Iuliam 96
Eſuri per compendium Pacem Iuliam 97

F.

Faleſia Populonium 115

Fauentia Lucam 65
Foroiulij Semblacitanum sinum 116
Foßis Marianis ad Gradum Maßilitanorum 116

G.

Gadibus Cordubam 92
Galata Tabracam 114
Genua Vada Sabatia 115
Germanicia Edissam 40
Edissam per Dolichen & Zeugma 39
Edissam per Samosatam 39
Gessoriaco de Gallijs Ritupas in portum Britanniarum 105
Gessoriacensi à portu Bagacum 85
ad Ritupium portum 114
Gradu per fl. Rhodanum Arelatum 116
Grauiscis Maltanum 114

H.

Heluillo Anconam 72
Heraclia Caccabaria Alconin 116
Hercule Monœci Auisionem 115
Herculis à portu in Cetarias Domitianas 115
Hiccaris per maritima loca Drepanum 21
Hippone Regio Carthaginem 8.9
Hilpali Cordubam 93
Emeritam 93
Hydrunte Aulonem 75
Constantinopolim 75
Leucas 112

I.

Immadris Maßilias Gracorum portum 116
Incaro Dlim 116
Isca Calleuam 111

Isthmo Naupactum
Iulio bona Durocasses
Mediolanum

L.

Lamasba Sitifi
Lambese Cirtam
Sitifi
Lauriaco Briganiam per medium Augusta Vin
delicum
Veldidenam
Lerone & Lerina Forum Iulij
Leucis Crotonem
Lilybæo Maritimam in insulam
Messanam
de Sicilia Carthaginem
Laminio Cæsaraugustam
Toletum
Limite id est Vallo, Prætorium
Literno Misenam
Londinio Dubrim portum
Lemanis portum
Lindum
Luguuallum ad Vallum
Luca Lunam
Pisas
Romam per Clodiam
Lugduno Argentoratum
Luna Segesten

M.

Malaca Gadis
Maltano Quintianum
Mariana Plalas

Maritima ab insula *in Aegimurum insulam* 113
in Africam 113
Missuam 113
Maßilia *Græcorum Incarum* 116
Mediolano *ad Galleciam ad leg. vij. geminam* 88.
Argentoratum per alpes Graias 79
Arelate per alpes Cottias 77
Columnam seu Traiectum Siciliæ per Picenum & Campaniam 22
Durocortorum 80
Gesoriacū per alpes Cottias & Durocortorū 80
Maguntiacum per alpes Penninas 79
Vapincum trans alpes Cottias 88
Viennam per alpes Cottias 80
Viennam per alpes Graias 78
Melitene *Samusata* 48
Mercuri ab exploratione *Cæsareā Mauritaniæ* 1
Carthaginem 1
Hipponem Regium 1
Rusader 1
Rusiccadem 1
Saldas 1
Tingim 1
Messana *Tauromenium* 113
Tindaridem 20
Missua Carpos 113
Muridone Viroconium 110
Musti Cirtam 8

N.

Naupacto Oxeas 112

Naus Stilida 112
Neapoli *Ascalonem* 43
Nuceriam 27
Nicia Antipolim 116
Nicopoli *Arabissum* 47
Buthrotum 112
Edissam 40
Satalam 49

O.

Oeni à ponte *ad castra* 57
Veldidenam 57
Olbia Caralim 17
Olisipone *Bracaram Augustam* 95
Emeritam 94
Oliuula Niciam 116
Opitergio Tridentum 64
Oxeis Nicopolim 112

P.

Pachyno Agrigentum 113
Panapione Castrum nouum 114
Pelusio Memphim 34
Parma Lacum 65
Pesinunte Ancyram 43
Pisano à portu Pisas fl. 115
Pisi Lunam Macram fl. 115
Plotinopoli Heracleam 37
Pœtouione *Carnuntum* 58
Siscium 60
Pola Iader 114
Pomponianis Telonem Martium 116
Populonio Vada 115
Ptocolosida Tingi 4

Ptole-

Ptolemaide Alexandriam 15
Prygis Panapionem 114

Q

Quintiano Regas 115

R

Rapinio Grauiscas 114
Regio Messanam 113
Regis Arminensl. 115
Regno Londinium 109
Roma Alexandriam 27
Anconam per Picenum Flaminia 71
Antiochiam 27
Arelatum per Tusciam & Alpes maritimas Aurelia 66
Aquileiam 27
Beneuentum Latina 69
Lauicana 69
Praenestina 69
Centum cellas per Portum 68
Columnam Appia 23
Cossam 68
Forum Clodi 66
Hadriam Salaria 70
Valeria 70
Hierasycaminon Aegypto 27
Mediolanum 27
Nicomediam 27
Sirmium 27
Rusuccuro Saldas 7

S.

Sabaria Acincum 59
Bregetionem 58

Vindobonam 60
Saldis Igilgili 8
Salonis Sipontem 114
Salonis Dyrrhachium 76
Samarobriua Sueſſonas 86
Samblacitano à ſinu Heracliam Caccabariam 116
Saſonis inſula Hydruntem 112
Satala Samuſata per ripam Melitenem 46
Scabris Faleſiam 115
Sebaſtia Cocuſum 47
Cocuſon per Cæſaream 38
per compendium 38
per Melitenam 37
Sebaſtopoli Cæſaream 48
Segeſta portum Veneris 115
Segoncio Deuam 110
Septempeda Caſtrum Truentinum 72
Serapiu Peluſium 36
Seriane Scythopolim 42
Sirmio Auguſtam Vindelicorum 52
Carnuntum 60
ad Fines 52
Lauriacum 52
Salonas 61
Treueros per Soppanas 52
Siſcia Murſam 59
Sitifi Saldas 5
Sopianis Acincum 59
Bregetionem 59
Stilida Zephyrium 112
Sufetula Clypeam 12
Sufibus Adrumetum 12

Sulcis Noram 18
Syracusis Pachinum 113

T.

Tacapis Leptim magnam secūdum iter quod limitē Tripolitanum ducit, per turrem Tamalleni 16
Tamugadi Lamasbam 6
Tarracina *Beneuentum* 27
Neapolim 27
Taruenna *Durocortorum* 86
Turnacum 85
Tauia *Cæsaream* 44
Sebastiam 44
per Sebastopolim 45
Taurento Carsicim portum 116
Tauromenio Catanam 113
Tauruno *Lauriacum* 53
Augustam Vindelicorum 53
Argentoratum 53
Telepte Tacapas 16
Telone Martio Taurentum 116
Theueste *Sitifi per Lambesem* 6
Tusdrum 11
Thenis Teueste 9
Thermis Catanam 20
Tibulis à portu *Caralim* 17
Olbiam 18
Sulcos 18
Tingi *Carthaginem* 1
Rusaderem 2
à Tingi litoribus ad portus diuinos 2
Traianopoli ad Traiectum Asia Callipolim 76
Traiectu *Iader* 61

Lily-

Lilybæum 19
Trapezunte Satalam 49
Treueris *Agrippinam* 84
Argentoratum 84
Tuburbo per Vallos Tacapas 10
Turiasone Cæsaraugustam 100
Turri Cæsaris Cirtam 6
Tusdro Theueste 11

V.

Vadis Pisanum portum 115
Vadis Sabatijs Albingaunum 115
Vallo *Prætorium* 105
ad portum Rutupas. 106
à Veneris portu Delphini portum 115
Venta Icenorum Londinium 109
Vercellis Laudem 64
Verona Bononiam 64
Viminacio Nicomediam per Ripam 49
Vindobona Pœtouionem 58

Z.

Zephyrio Rhegium. 112

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM MAXIME MEMORABILIVM.

A

Abydi Aegyptiorum proceres sepulti 321
Accusandi casu sæpius vsus Antoninus 188
Adramyttium Athenienſium colonia 492
Aethusa 660
Alæ equitum sunt 422
B. Albinus quando & vbi passus 627
Aleria colonia à L. Corn. Scipione deleta 250
Alexandria quo loco condita 238
Alpes pœninæ an pēninæ 505
Anæ fluminis ortus & cursus 603
Ancyra duplex 363
Ancona terminus Italiæ & Galliæ 262
Anicia gens illustris 226
Annibalis sepulchrum vbi 302
Antonini pij obitus 449
Aphrodisias à Iustiniano vallis circundata 490
Apollo in Delo natus 668
Aquæ quid 104
Argenti fodinæ ad Guallalcanalem Fuggerorum 601
Atilia gens 607
Attingere terram 637
Augustus viarum curator 165
Augustæ Emeritæ nummus 567

B.

Baleares insulæ 657
Basilica B. Martini apud Briuam vicum conflagrata 530
Bastuli & Bastitani 551
Benecharnum 612
Beræa duplex 356
Borion promuntorium 232
Bria & Briga quid 528
Britanniæ 619
Butrotum an Buthrotum scribendum 481
Byzacium Africæ prouincia consularis 218

C.

Cælij nomen per diphtongū scribendum 220
Cæremoniæ vnde dictæ 459
Cæsarea Palæstina 311
Cæsarea vnde nominata 342
Cæsarauguſta non Cæsarea Augusta 536
Calles 288
Calagurritani duplices 537
Calagurris Fibularensium Iulia cognominata 539
Capere terram 637
Capsæ oppidi conditor 242
Caput fluminis pro Ostium 246
Carmonis nummus 566

Carræ Crassi cæde nobiles 356
Carteia 556
Carthago Spartaria ab Afris constructa 545
Caudini Lentulorum cognomen vnde 274
Castrũ nouũ Inui dictum 450
Christophori Longolij Belgæ laus 617
D.Chrysostomi exilium 338
D.Chrysost.vbi sepultus 344
Colonia Agrippina 420
Comanæ duæ 342
Comanæ templi sacerdos secundus à Rege 343
Cossura 661
Cottij reguli sepulchrum 496
Cuminarius vicus 602
Cutiliæ D. 463
Decius Imp.natus Budaliæ 431
Diana Pallenea cognominata 668
Diana in Ortygia nata 668
Diomedis stabulũ dirutũ 487
Dirimere quid 187
Domitia gens 533
E.
Ebora per O scribi ex vetusto lapide ostenditur 570
Eboſus insula 656
Ebusus, Ophiusa & Colubraria num idem sint 655
Egesippus qua ætate floruerit 301
Eleusin an Eleusine 483
Elices Columellæ sulci aquarij 221
Emeritã Augusst. condidit 567
Euripedis sepulchrum 477
Europæ ab Asia distantia 490
Explorationẽ ducere quid 180
Explicit quid F. 671
Familiæ illustriores sua monumenta conseruabant 607
Ferdinandus Pintianus 392
Florentiæ vetus nomen 444
G.
Gabriel Barrius Calaber 274
Gadir 560
Gallicus fluuius 609
Germania prima 511
Germaniarum caput 520
GG.geminam significat 383
Graccurris scribendum ex antiquo nummo 609
Gradus quid 651
Gregorius Nyssæus 368
H.
Hadria,Hadrianus & similia cum H scribenda 465
Herculis fanum 559
Hermupolis duplex 317
Hiberus vnde oritur 538
Hibernia vnde dicta 653
Hier.Pauli Barcinonensis 531
Hipponium Locrorum ædificiũ Romani mutato nomine Vibonem Valentiam appellarunt 273
Hippo à Græcis Diarchyrus dictus 196
Hispaniæ diuisio 543
Hispaniæ citerioris & vlterioris iuridici cõuentus vij.595
Hydreuma quid I. 335
Impp.Traiani & Hadriani patria 564
In medio in hoc Itinerario quid denotet 272.408. In-

Intercatia duplex 592
Italica vbi 564
Itinerariorũ vtilitas 166.173
Itinerarium Antonini Augusti quando conscriptũ 173
Itinerarij huius auctor 621
Iuuerna insula ab Hibernia dicta L. 653
Lãpsacũ vnde appellatũ 490
Lapidibus viæ distinguebantur 167
Lares viales qui dicti 164
Leg.xv.Apollin. 347
Leuca vox Gallica 169
Limæa obliuionis antiquis dictus 574.581
Lucus Augusti duplex 578
M.
Maiorica & Minorica 657
M.Antoninus philosophus vbi mortuus 398
Massilia Phocæensium colonia 650
Massilienſium laus 651
D.Martini obitus 519
Maxulæ duæ Ptolemæo 224
Maximianus Galerius Imp. cuias 297
Mauritania triplex 187
Melita 662.664
Mercurius viarũ præfectus 163
Migeria vox Hispanica 169
Milliare & Milliarium 167
Mitra,qua victimæ mactandę ornabantur 609
M.P.quid significet 180
N.
Neapolis Leptis magna Straboni 229
Nicæa duplex 303
Nora vnde dicta 249
Notitiæ prouinciarum quis auctor 239. eius vetustum exemplar in cœnobio S.Mariæ Aulæ Dei 239
Nouæ duæ 381.385
Nuceria triplex 270
O.
Olisipone equæ è vento concipiunt 568
Olisipo scribendum teste Resendio 569
Orcades quot 652
Orippo nummus vetustissimus 562
Ortygia duplex 669
Oscæ vetus academia 535
Osius Cordubensis episc.294
P.
Palatium Imp.ædes 437
Panhormus aspirandum 255
Paretonium vrbs 237
Passus quinque pedibus constat 167
Paternum varia nomina habet 276
Pausanias qua ætate floruerit 484
Pelagus quid 25?
Pelusium oppidum à Peleo conditum 326
Pertinax Imp.vbi natus 496
Pintia an Vallis oletum 594
Plagia id est litus 644
Plin. Nouocomensis 440.Cęsaris res in Hispania procurauit 576
Plotina Traiani vxor 337
Pompei Magni sepulchrum 314. Pon

Pons Alcantarenſis 573
Poſitiones.i.ſtationes 643
Potentia duplex 263
Ptolemæi ætas 509
Q.
Quintiliani patria 537
R.
Refugij voce deſignatur ſtatio 259
Rhegium aſpirandum ἀπὸ τοῦ ἔχειν 275
Rhinocolura vnde dictũ 313
Rhodanus fluuius 651
Ritupiæ inſulæ 642
Romanis viarum cura maxima 165
S.
Salacia Oceani ſoror 570
Schœnos menſura 314
Scotia vnde dicta 654
Segontiæ nominis variæ vrbes 589
Segouiæ nũmus vetuſtus 586
Sentice vulgo Zamora Florini Ocampij patria 585
Septem fratres vnde appellantur 184
Siga Syphacis regia 188
Silius Italicus an Hiſpanus 564
Silures 635
Stœchades quot 649
Stadia 434
Subſicare pro Subſecare 277
Subſiciua 277
Summuranum ex Syphei ruinis conſtructum 267
T.
T inuerſum quid denotet 170
Tamugalis à Mauruſijs ſolo æquata 206
Tauia fluuius 647
Teanum ſine aſpiratione ſcribendum 284
Tenere litus 636
Teuth Deus Aegyptiorũ 319
Thapſus 660
Tibularij qui 243
Traiani diligentia in vijs ſternendis 172
Traianus vbi obierit 337
Traiectũ vrbs vnde dicta 521
Trapezus 379
Treueri 396
Tritium duplex 607
Turiaſonis nũmi vetuſti 598
Turranij Gracculæ patria 554
Turris quid 207
V.
Valentia vrbs 549
Vallus pro foſſa 199
Veneris portus 646
Venta triplex hoc Itinerario 630
Vexillum erectum, ſignum deducendæ coloniæ 536
Via Appia quouſque extenſa 268
Viæ militares, conſulares & regiæ 167
Viminacium 580
Vliæ nummus antiquus 563
Vlyſſis patria 666
Vxama à Cn. Pompeio euerſa 596
Z.
Z pro Di vſurpatum 196

FINIS.

IN-

INDEX AVCTORVM QVI IN HIS SVRITAE EMENDATIONIBVS CORRIGVNTVR.

A. Hirtij commentarij Gallici restituti 617
Apuleius 208
Ammianus Marcellinus 192. 418. 483 504. 513
Cæsaris commentarij, 222. 499. 502, 513. 565
Claudianus 244. 305
Commentarij Alexandrini locus 562. 565
Dionysius Lambinus in Horatium 279
Egesippus 301
Eutropius 300. 354. 431
Ferdinandus Pintianus 189. 196. 198. 593
Florianus Ocampius 587
Iouianus Pontanus 280
Iulius Frontinus 605
Marcianus Capella 193
M. Varro 218. 568
Martialis 588
M. Tullius Cicero 255
Nicephori interpres 394
Notitia Prouinciarum, vt quidam volunt, Mariani Scoti 217. 325. 409. 415 625
Pausanias 245. 246. 255. 363
Petrus Crinitus 564
Plinius 176. 177. 180 186. 194. 196. 214. 217. 223. 238. 244. 278. 281. 301. 303 334. 371. 375. 434. 454. 455. 487. 533. 537. 541. 543. 555 562 566. 568. 572. 582 598. 602. 605. 611. 614. 655
Polybius 208
Pomponius Mela 176. 187. 235. 557. 560. 574 657. 668
P. Ouidius Naso 277
Procopius 247 466
.... *eius interpres* 354
Ptolemæus 186. 189. 191. 192. 198. 209. 213. 217. 218. 223. 227. 229 234 246. 257. 258. 273. 281. 285. 291 293. 296. 322. 223. 349 372. 389 413 430. 467. 486. 527, 530 534. 553. 554 557. 569. 572. 573. 575. 581. 586. 589. 591. 594. 602. 603 606 629. 631. 654.
Rutilij Numatiani itinerarium 646
Stephanus de vrbibus 281. 314. 552. 555
Strabo 251. 279. 284. 463. 498. 503. 552. 563. 587. 605.
.... *eius interpres* 276. 555 638.
Tacitus 228. 419. 442. 455. 482
T. Liuius 207. 211
Xiphilinus 363.

GEOGRAPHICA LOCOR. NOMINA, QVAE RECENTIORIBVS NOMINIBVS à Surita reddita sunt.

Antonini

Pag. 82. Tricasses & Trecae] *Troye en Champaigne Pe. Pithœus subseciuor. lib. 11. cap. 1.*

Gessoriacum] *Audomari fanum, non Bononia. Adr. Turnebo Sotacus sinus iuxta Audomari fanum. lib. 8. cap. 21.*

85. Taruenna] *Nomen retinet locus oppidum deletum à Karolo V. in Morinis. Terouane.*

Bagacum] Bauacum *in Hannonia sunt qui suspicentur.*

Nemetacum] Menin *in agro Insulano.*

Castellum] Casletum *putant.*

Vodgoriacum] V Veruiacum *super Lysam.*

89 Salsulæ] *nomen retinet.*

Cæsarauguſta] *Caragoça.*

Cascantum] *nomen hodie retinet.*

Calagurris] *Calahorra.*

Varia] Varea *hodie in Variæ vrbis vestigijs iuxtæ* Logronium.

Virouesca] *Viruesca hodie, in Riogiæ regione oppidum.*

90 Ruscino] *Turris Rußilionis, haud procul Perpiniano, nomen retinet.*

Aquas Voconias] Caldes agnas *vulgo: In Auscetanis.*

91. Saltus Casculonensis] *Portus S. Stephani.*

Anti-

Antiquaria] Antiquera. *Ibidem lapides, vnde Singiliam cognominatam apparet infr. Hispa. Inscriptionum pagin. 34. idq; ex fluminis nomine.* 93.

Vlia] *ex monumentis vett. lapp. in oppido* Montemajore, *vnde colligas hic Vliæ ruinas contineri.*

Olisipo] *sic scrib. non Vlyssippo* Lisboa. 94.

Pax Iulia] *in Begia oppido, vestigia eius cerni Surita affirmat, non in Badajor.* 96.

Ocellus Duri] *Eius vestigia iuxta* Fermosel. 98.

Segontia] *in Arevacis, quæ hodie* Medina Zelim, *vbi vetustatis vestigia apparent: quæ nunc* Siguencam *translata sedes est: quod D. Isidoro li. 15. in vet. lib. adscriptum vidit.* 99.

Pintia] *negat esse Vallisoletum. Altera Pintia in Gallæcia, quæ est* Penna fiel. 100.

Rauda] *Aranda, hodie ex Annalib. regum Legionensium.*

Vxama] *vestigia illius, & parietinæ ad castellum* Castri *cognomento, quod Osmæ imminet.*

Voluce] *Cantannacior. oppidum.*

Augustobriga] *Eius ruinæ in oppido Muro, duabus leucis supra* Agredam.

Turiaso] *Taracona.*

Allobo] Alagon *oppidum; cuius Ecclesia cum Archidiacono Cæsaraugustano attributa sit, in antiquis monumentis vocatur Alauonensis Archidiaconus.*

Larcuris] Alacros, *hodie*

Consaburo] *Consuegra vulgo* 101.

Libisosa] *Eius ruinas in oppiduli agro quod* Lebaza
101 za *cognominatur conspici ex vetusto monumento admonuit Friaz Albornozius.*

Palantini campi] *Quæ nunc regio Camporum.*

Ad Gallicum flumen] Zuera *oppidum & flumen ipsum,* Galigo.

102 Borduna] *Eius vestigia ad opp.* Almudenar, *non Barbastrum vt quidam credidit.*

Forum Gallorum] *Oppidum nunc* Gurrea *nuncupatum, ad Gallici fluminis ripas.*

Aspa luca] *Hodie* Aspa.

Iluro] *nominis oppidi huius vestigia mansere, vbi* Oloronem *vocant.*

Aracæli] *Forte in Nauarræ regno oppidum* Araciel *inter Coreliam & Pharum.*

103 Imus Pyrenæus] *Nunc oppidum esse* D. Ioannis *nomine clarum videtur,* pedis portus *cognomento.*

Limonus Pictonum] *Pictauium esse vulgo* Poictiers, *Christ. Longolius significat orat. 1. suarum defens.*

104

Saso] *Insula hodie nomen retinet.*

Aethusa] *Ins. vulgo* Fauignana.

112 Cossura] *Hodie* Pantalarea.

118 Megara] *nunc* Augusta *vocatur.*

ODE

ODE
AD REV. P.
AND. SCHOTTVM
ANTVERP.

Qvæ vena vatis, quisúe pedestribus
Qvæ verbis macentem mille laboribus
Te, vel tuas laudes in æuum
Per titulos ita Schotte *claros*
Aeternet? ô quos vndiq; vindicum
Antiquitatis sol videt optume,
Quem rite mensores aquarum
At q; soli, didicere nuper
Quid arte posses. nam calamo tuo
Pomponij *sat difficilem librum*
Melæ, *situm terræ, locos q;*
Alpibus appositos tremendis,
Lustrator orbis sedulus explicat.
Antiquitatem plus vice simplici
Ante innouauisti, bona cum
Aurelium *volucri edidisti*
Spectandus in seruitio nouem
Musis, sororum, pectore dedito
Quantum fatiges te studendo.
Assiduum mouet vt laborem
Pictor Cous, dum mille coloribus
Vngit tabellas, impiger omnium
Versare libros, diligentem
At q; animum satiare scriptis.

Te Galliarum nobile lilium,
Cis quicquid Alpes, te Leo Belgicus
Miratur, ô lumen, decus q́,
Es patriæ, dominæq́; Romæ!
Te lata tellus nouit Iberiæ,
Te curua vellent littora Tybridis,
Te, quicquid est sub sole doctum,
Carmine perpetuò eleuabit.

Arnoldus Mylius
Arn. F. Birckmannus
a. e. ponebat.

GEO-

GEOGRAPHIAE STVDIOSIS

AND. SCHOTTVS ANTVERP.

ACtum, aiunt, ne agas. Quod igitur *Antonini Augusti* ITINERARIVM ad vetera exemplaria calamo exarata plurima *Hieronymus Surita*, vir eruditissimus, & ad Parisiēsem *Christopho. Longolij*, longe cæteris omnibus præstantiorem editionem contulisset, breues Notas duntaxat, ne ἀσύμβολος hinc discederem, subieci; superuacaneum ratus singula anxie appendere, ac pæne adnumerare, quæ olim in Celtiberia è duob. membraneis libris *Cæsaraugustano*, ac *Valentino* (qui hisce notis *Cæs.* & *Val.* designantur) descripsissem. Plerunque vnius literæ varietas erat, resq; plena tædij lectori fuisset: quæ tota consensu confirmari debet: Geographorum, Historicorumq;, cū Græcorum, tum Latinorū, marmorum, Inscriptionum, ac lapidum, quib. viarum olim interualla (teste in Gracchis Plutarcho) designabantur: veteris deniq; appellationis vestigijs, quę hodieq; appareant, atq; distantijs: Translatitia alioquin cum omni, & periculi plena alea. Quid? numerorum, quibus milliarium interualla *Antoninus* numerat, vt in numerorum Notis primum est, etiam in Ptolemæo Græco, quæ, & quanta diuersitas? Putidum itaq; visum, singula persequi velle: quod & in vna eadēq; Prouincia ingens

sit leucarum varietas. Illud tantum monuisse contentus: vt totius summæ præscriptæ singuli collecti numeri respondeant, exæquentq; maximè allaborandũ. Sic æræ ratio cõstabit probè. Quæ quidem interuallorum oppida accusandi casu omnia *Surita*, auferendi fere *Car. Sigonius*, vt quà iter ad terminum esset, extulit. Qui *Sigonius*, homo historiarum peritissimus ANTONINI fragmentum ITALIAE Indici Historiarum regni Italiæ apud suos cõmodè inseruit; Typographi enim Germani, cætera diligentes, forte quod nacti non essent ab opere auulsum, quod equidem miror, non addiderunt. Nos hominis eruditissimi, patriæ historiæ ac soli diligentiam minime contemnendam existimauimus. Notas interim ἀποράδην qua licuit breuitate, ne fastidio essemus, damus, tanquam digitum ad fontes doctorum hominum, qui *Varias lectiones* hodie scribunt, intendendo. Aequi boni, mi Lector, consule: Equidem vt vtriusq; amici morte amissi, *Suritæ* & *Ortelij*, dolorem aliqua ex parte minuerem, tollere enim solus potest Deus, diesq;, Epitaphia adieci; vtq; mortalem me esse assidue recordarer, Venusini illud Poetæ identidem vsurpans:

Omnes compositi, Felices, nunc ego resto.

HIERO-

HIERONYMO SVRITAE
Cæsarauguſtano
IOAN. SECVNDVS
Hagienſis.

VNica nata meis requies Hieronyme curis
Qui facis Heſperiæ iam mihi dulce ſolum,
Cuius in auriculis argutis Iulia gaudet
Laudatos tenera voce ſonare modos.
Cuiq́ mea ante alios non dedignata Neæra eſt
Humida adhuc labris baſia ferre meis.
Quæ te cumq́ mihi lux obtulit optime rerum
Inter ſolenneis hæc mihi ſemper erit.
Hæc mihi cum Maij celebretur ſæpe calendis,
Credo equidem, chari menſis & ipſa fuit.
Sed quæcunq́ fuit, mihi te donauit amicum,
Quo mihi non alius charior ante fuit,
Tu mihi labent eis ſolito breuioribus horis
Ire iubes Phœbo candidiore dies.
Quam iuuat antiquos pariter cantare Poetas,
Magna quibus veteres Roma tuetur opes.
Cumq́ pio Aenea Laurentem quærere Tybrim,
Securos, Turno quam paret ille necem.
Aut legere infeſtas qui Cæſaris intonat iras,
Et deflet Magni colla reſecta ducis.
Quin & Claudiani doctas euoluere chartas,
Hic Reges etiam, nec minus arma canit.
Et raptam Siculo Cereris de littore natam,
Quam nunc & Manes, & Stigis vnda colit.
Dein Vatis varias per ſyluas Parthenopi.
Ire Amphionias mœnia in alta lyræ,
Et fera Thebanos armare in prælia fratres,
Et procul è tuto bella videre loco.

Mox bello fessas in blanda reducere Musas
Ocia, Pegasei qua fluit vnda pedis.
Adsunt, & dominas per odora vireta sequuntur
Lesbiaq; & Tyrios culta Corinna sinus,
Deliaq; & Nemesis, tortoq; superba capillo
Primus amor Latij Cynthia Callimachi.
Quam multa interea subeunt iucunda relatu?
Vnà mihi tecum quot parit vna iocos?
Seu varios hominum mores ridemus, & artes,
Seu Complutensis Grammatici cerebrum.
Dij mihi dent tecum, iuuenis lectissime, longum
Degere, & insulsos ludere Grammaticos.

Ad eundem in Grammaticos.

Si te ruris opus iuuat beati,
Si te liberioris aura cœli
Salubris iuuat, arborumq; fœtus
Distinctus viror omnium colorum,
Si lenis tremula quies in Vmbra,
Qua fagus patulis comata ramis,
Laurusq; innuba, populusve pallens
Confringit rabiem Leonis vsti,
Qua centum querulæ strepunt volucres,
Et centum superat modos volucrum
Crudum Threicij scelus Tyranni
Longa Daulias integrans querela:
Qua stringit virideis amœna ripas
Christalloq; liquente serpit vnda,
Mox cum murmure bulliens sonoro
Pugnanteis aqua concitat lapillos.
Hæc si te recreant, amice dulcis,
Nec cœnare poeticis patellis,

Lactu-

Lactucas q3 times, cucurbitas q3
Huc ad nos propera, feras q3 tecum
Totum quicquid habes facetiarum,
Et quicquid salis, atq3 risionis
Triginta solidis diebus absens
Seruasti accumulans tuo Secundo.
Sed te per Genium tuum, meos q3,
Per Faunos, Dryades q3 per puellas,
Hellespontiacum per & Priapum,
Ne de Grammaticis amice quenquam
Adducas precor huc, molestagens est,
Nec ridere mihi liceret illos,
Vt mos est meus, omnibus cachinnis,
Nam quidam mihi rettulit Poeta,
Notæ Grammaticum seueritatis,
Noctes atq3 dies dolenter angi,
Quod nec Grammaticum vocare doctum
Nec se Grammaticam vocare doctam,
In libri titulo sui venusti
Posßit, cum generis sit ipse neutri.
Cui Vates meus, vt graui labore
Iam tandem miserum senem leuaret,
Securè pater, inquit, eloqueris
Si te Grammaticos q3 masculinos
Tecum, Grammaticos q3 fœmininos
Communes q3 simul, simul q3 neutros.
Omneis, Grammaticum pectus vocabis.

EPI-

EPITAPHIVM HIERONYMI SVRITÆ.

HIERONYMO SVRITAE MICH. F.
GABR. N. CAESARAVGVSTANO
HISTORIAE ARAGONIAE
DILIGENTISS. ATQ. ELECTO
SCRIPTORI PATRI B. M.
HIERONYMVS F. POSVIT.
VIXIT ANN. LXVII. MENS. XI.
OBIIT CAESARAVG. III. NON. NOVEMB.
cIↃ. IↃ. LXXX.

MARTINI AZAGRIAE Aragonensis.

Dum Salo, dum Sicoris, dum Cinga augebit Iberi,
Dum maris augebit magnus Iberus aquas,
Post cineres, manesq; tuos, heu magne SVRITA,
Semper erit maius nomen in orbe tuum.
ANNALESQ *tui tantarum pondere rerum,*
AEterni æternum te sine morte dabunt.

IACOBI FALCONIS, EQVITIS VALentini, Poetæ, & Mathematici summi, carmen retrogradum.

Ingenium & candor SVRITAE *viuet opinor,*
Viuet, dum mundo carmen & Historia.
Historia & carmen dum mundo viuet, opinor
Viuet SVRITAE *candor & ingenium.*

ANTVER

ANTVERPIAE
AD D. MICHAELIS.

ABRAHAMI ORTELII
QVEM VRBS VRBIVM ANTVERPIA EDIDIT,
REX REGVM PHILIPPVS GEOGRAPHVM HABVIT,
MONVMENTVM HIC VIDES.
BREVIS TERRA EVM CAPIT,
QVI IPSE TERRARVM ORBEM CEPIT,
STILO ET TABVLIS ILLVSTRAVIT:
SED MENTE CONTEMPSIT.
QVA CAELVM ET ALTA SVSPEXIT,
CONSTANS ADVERSVM SPES AVT METVS.
AMICITIAE CVLTOR, CANDORE, FIDE, OFFICIIS:
QVIETIS CVLTOR, SINE LITE, VXORE, PROLE,
VITAM HABVIT, QVALE ALIVS VOTVM.
VT NVNC QVOQVE AETERNA EI QVIES SIT
VOTIS FAVE LECTOR.
OBIIT IIII. KAL. QVINCT. ANNI CIↃ. IↃ. XCIIX.
VIXIT ANNOS LXXI. MENS. II. DIES IIXX.

COLII EX SORORE NEPOTES B. M. POSS.

Ibidem

Ibidem Sarcophago insculptum.

PIAE MEMORIAE
ABRAHAMO ORTELIO ANTVERP.
GEOGRAPHO REGIO
FRATRI CARISSIMO
ANNA ORTELIA
CAELEBS CAELIBI M. F. C.
CIↃ. IↃ. XCVIII.
HAEC META LABORIS.

Chronographicum.

Orta qV ater septena Dies Vt IVnIo, eheV VIr
AnnorV M OrteLIVs septVagInta obIIt.
Ossa habet hic tumulus fragili cũ carne, sed astr
Amplius his, animam, cui bene vixit, habent.
O fera fata! ó mors! non sic tibi cedere Magn
Debuit Ortelius: Musa mori hunc vetuit.
Sed natura iubet: malum ineuitabile mors e
Ortum quicquid habet, spectat ad interitum.

A. M. B.

ELC

ELOGIVM
ABR. ORTELII ANTVERPIAE
ad Diui Michaelis.

D. O. M.

ABRAHAMO ORTELIO ANTVERP.
GEOGRAPHO REGIO.
QVI POST PTOLEMAEVM ORBIS TERR.
SITVM IN THEATRO THESAVROQ.
SPECTANDVM POSTERIS PRAEBENS
MANV ORNANS, AT MENTE VT AIEBAT
CONTEMNENS
GEOGRAPHIAM PRINCEPS CVM GER.
MERCATORE
SIC ILLVSTRAVIT VT PARVO IMPENDIO
PERICVLO NVLLO MVNDVM
DOMI DESPECTARE SIMVL LICEAT.
CIVI OPTET AMICO B. M.
HAEREDES MOESTI POSS.

VIXIT ANN. LXXI. M. II. D. XVIII.
OBIIT IV. KAL. SEXTIL. CIↃ. IↃ. XCIIX.

Ad V. C.

Ad V. C.

ABRAHAMVM ORTELIVM, GEOGRAPHVM Regium, ex nominis anagrammatiſmo Epigramma.

Abrahamus Ortelius Antuuerpienſis
Inſulas, vrbes, arte ornaui, vah tempſi.

Nomen Abráme tuum, poſitas te in littore terras
Arte ornaſſe *ait, ac* vrbibus *eſſe decus*:
Arte *geographica totum quia pinxeris orbem*
Et nullum quia non videris arte *locum.*
Vah *etiam* tempſiſſe, *inquit, quia diuitis orbis*
Omnia tempſiſti *paupere dona animo.*

Carmen retrogradum.

Ortelio decus, his terris dum lucida præbet
Lumina ſol, gignent, vrbs, loca picta, libri.
Libri, picta loca, vrbs, gignent, ſol lumina præbet
Lucida dum terris his, decus Ortelio.

Hermannus Mylius
Arn. F. Birckmannus

ANTONINUS
PIUS

ITINERARIUM

1600

Full period calf.